Quas interuallum binas disterminat vnum:
Cetera pars læta tenui cum lumine serpit.
Illæ quæ fulgent luces ex ore corusco,
Sunt inter partes gelidas Aquilonis locatæ,
Atque inter spatium, & læti vestigia Solis.
At pars inferior Delphini fusca videtur
Inter solis iter, simul inter flamina venti,
Viribus erumpit quà summi spiritus Austri,
Exinde Orion obliquo corpore nitens,
Inferiora tenet truculenti corpora Tauri.
Quem qui suspiciet in cælum nocte serenâ,
Latè dispersum non viderit, abdita verò,
Cetera se speret cognoscere signa potesse.
Namque pedes subter rutilo cum lumine claret
Feruidus ille Canis stellarum luce refulgens.
Hunc tegit obscurus subter præcordia Vesper:
Ver toto spirans rapido de corpore flammam
Æstiferos validis erumpit flatibus ignes;
Totus ab ore micans iacitur mortalibus ardor,
Sirion hunc Græci præclaro nomine dicunt.
Hic vbi se pariter cum sole in lumina cæli
Extulit, haud patitur foliorum tegmine frustra
Suspensos animos arbusta ornata tenere;
Nam quorum stirpes tellus amplexa prehendit,
Hæc augens anima vitali flamine mulcet:
At quorum mi[illegible]queunt radices findere terras,
Denudat foliis ramos, & cortice truncos.
Tendentem occiduas etiam hunc sentimus ad oras:

Cætera

Cætera signandis sunt languida sidera membris.
Hunc propter, subterque pedes, quos diximus, ante
Oriona iacet leuipes Lepus. hic fugit ictus
Horrificos metuens rostri tremebundus acuti.
Nam Canis infesto sequitur vestigia cursu
Præcipitantem agitans: oriens iam denique paullò
Curriculum nunquam defesso corpore sedans.
At Canis ad caudam serpens prælabitur Argo,
Conuersam præ se portans cum lumine puppim:
Non aliæ naues vt in alto pondere proras
Antè solent rostro Neptunia prata secantes;
Sed conuersa retrò cæli semper loca portat.
Sicut quum cæptant tutos constringere portus
Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ,
Aduersamque trahunt optata ad littora puppim,
Sic conuersa vetus super æthera vertitur Argo,
Atque vsque à prorâ ad cælum sine lumine malum,
A malo ad puppim cum lumine clara videtur.
Inde gubernaclum disperso lumine fulgens,
Clari posteriora Canis vestigia condit.
Exin semotam procul, in tutoque locatam
Andromedam tamen explorans fera quæ fere Pistrix
Pergit, & vsque sitam validas Aquilonis ad auras.
Cærula vestigat finita in partibus Austri.
Hanc Aries tegit, & squammosi corpore Pisces,
Fluminis illustri tangentem corpore ripas.
Namque etiam Eridanum cernes in parte locatum
Cæli, funestum magnis cum viribus amnem,
Quem lachrymis mæstæ Phaëthontis sæpe sorores
Sparserunt, lætum mærenti voce canentes.
Hunc Orionis sub læua cernere plantâ
Serpentem poteris, proceraque vincla videbis,
Quæ retinent Pisces, caudarum parte locata,
Flumine mixta retrò ad Pistricis tergâ reuerti.

Hic vna ſtella vertuntur, quam iacit ex ſe
Piſtricis ſpinæ valida cum luce refulgens.
Exinde exiguæ tenui cum lumine multæ,
Inter Piſtricem fuſæ, ſparſæque videntur,
Atque gubernaclum ſtellæ, quas contegit omnis
Formidans acrem morſum lepus: his neque nomen,
Nec formam veteres certam ſtatuiſſe videntur.
Nam quæ ſideribus claris natura poliuit,
Et vario pinxit diſtinguens lumine formas,
Hæc ille aſtrorum cuſtos ratione notauit,
Signaque ſignauit cæleſtia nomine vero:
Has autem, quæ ſunt paruo ſub culmine fuſæ,
Conſimili ſpecie ſtellas, parilique nitore,
Non potuit nobis nota clarere figura.
Exinde, auſtralem ſoliti quem dicere Piſcem,
Voluitur inferior Capricorno verſus ad Auſtrum,
Piſtricem obſeruans, procul illis Piſcibus hærens.
At propè conſpicies expertes nominis omnes,
Inter Piſtricem, & Piſcem quem diximus Auſtri,
Stellas ſub pedibus ſtratas radiantis Aquarî.
Propter Aquarius obſcurum dextrâ rigat amnem,
Exiguo qui ſtellarum candore niteſcit.
E multis tamen his duo latè lumina fulgent:
Vnum ſub magnis pedibus cernetur Aquarî:
Quod ſupereſt gelido delapſum flumine fontis.
Spiniferam ſubter caudam Piſtricis adhæſit:
Et tenues ſtellæ perhibentur nomine Aquarî.
Hic aliæ volitant paruo cum lumine claræ,
Atque priora pedum ſubeunt veſtigia magni
Arcitenentis, & obſcuræ ſine nomine cedunt.
Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
Aram, quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri,
Exiguo ſuperum quæ lumina tempore tranat:
Nam procul Arcturo eſt aduerſa parte locata:

Arcturo magnum ſpatium ſuperâ dedit orbem,
Iupiter hunc paruum inferiore in parte locauit.
Hæc tamen æterno inuiſens loca curriculo nox,
Signa dedit nautis, cuncti quæ noſcere poſſent,
Commiſerans hominum metuendos vndique caſus.
Nam quum fulgentem cernes ſine nubibus atris
Aram ſub media cæli regione locatam,
A ſummâ parte obſcurâ caligine tectam,
Tum validis fugito deuitans viribus Auſtrum:
Quem ſi proſpiciens vitaueris, omnia cautè
Armamenta locans, tutò labêre per vndas.
Sin grauis inciderit vehementi flamine ventus
Perfringet celſos defixo robore malos,
Vt res nulla feras poſſit mulcere procellas,
Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem
Cœperit, & ſubitis auris diduxerit ara.
Sin humeros medio in cælo Centaurus habebit,
Ipſeque cæruleâ contectus nube feretur,
Atque Aram tenui caligans veſtiet vmbrâ,
Ad ſignorum obitum vis eſt metuenda Fauonî.
Ille autem Centaurus in alta ſede locatus,
Quà ſeſe claro collucens Scorpius infert,
Hæc ſubter partem præportans ipſe virilem
Cedit, equi partes properans coniungere Chelis.
Hic dextram porgens quadrupes qua vaſta tenetur,
Quam nemo certo donauit nomine Graium,
Tendit & illuſtrem truculentus cedit ad Aram.
Hic ſeſe infernis de partibus erigit Hydra
Præcipiti lapſu, flexo cum corpore ſerpens.
Hæc caput atque oculos torquens ad terga Nepaï.
Conuexoque ſinu ſubiens inferna Leonis,
Centaurum leni contingit lubrica cauda:
In medioque ſinu fulgens cratera relucet,
Extremum nitens plumato corpore Coruus

Roſtro

Roſtro tundit; & hic Geminis eſt ille ſub ipſis,
Ante canem, Graio Procyon qui nomine fertur.
Hæc ſunt, quæ viſens nocturno tempore ſigna
Legitimo cernes cæli luſtrantia curſu.
Æternumque volens mundi pernoſcere motum.
Nam quæ per bis ſex ſignorum labier orbes
Quinque ſolent ſtellæ, ſimili ratione notari
Non poſſunt: quia quæ faciunt veſtigia curſu,
Non eodem ſemper ſpatio portata feruntur.
Sic malunt errare vaga per nubila cæli,
Atque ſuos vario motu metirier orbes.
Hæc faciunt magnos longinqui temporis annos,
Quum redeunt ad idem cæli ſub tegmine ſignum:
Quare ego nunc nequeo totos euoluere curſus.
Verùm hæc, quæ ſemper certo voluuntur in orbe
Fixa ſimul magnos edicam gentibus orbes.
Quattuor æterno luſtrantes lumine mundum,
Orbes ſtelligeri portantes ſigna feruntur,
Amplexi terra cæli ſub tegmine fulti:
E quibus annorum volitantia lumina noſces,
Quæ denſis diſtincta licebit cernere ſignis.
Tum multos orbes magno cum lumine latos
Vinctos inter ſe, & nodis cæleſtibus aptos,
Atque pari ſpatio duo cernes eſſe duobus.
Nec ſic nocturno cognoſcens tempore cælum,
Quum neque caligans deterſit ſidera nbes,
Nec pleno ſtellas ſuperauit lumine Luna,
Vidiſti magnum candentem ſerpere circum:
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur;
Is non perpetuum detexens conficit orbem:
Quattuor huic ſimili nitentes mole feruntur:
Sed ſpatio multum ſupereſt: præſtare duobus
Dicitur & latè cæli luſtrare cauernas.
Quorum alter tangens Aquilonis vertitur auras,

Ora

Ora petens geminorum, illustratum genus ardens
In sese retinens Aurigæ portat vtrumque.
Hunc sura læua Perseus humeroque sinistro
Tangit: at Andromedæ hic dextra de parte tenetur,
Cui manus ad Boreã, cubitus cui spectat ad Austrum,
Imponitque pedes duplices Equus: & simul Ales
Ponit auis caput, & clinato corpore tergum.
Anguitenens humeris connititur: illa recedens
Austrum consequitur deuitans corpore Virgo.
At vero totum spatium conuestit, & orbis
Magnu' Leo & claro collucens lumine Cancer,
In quo consistens conuertit curriculum Sol
Æstiuus, medio distinguens corpore cursus.
Hic totus medius circo disiungitur ipso:
Subter testarum caua tegmina, & intus & extrà,
Lumen habens, sæui sed vis horrenda Leonis
Pectoribus validis, atque aluo possidet orbem.
Hunc octo in partes diuisum noscere circum
Si potes, inuenies supero conuertier orbe
Quinque, pari spatio, partes tres esse relictas,
Tempore nocturno quas vis inferna frequentet.
Ille quidem à Boreæ cancro connectitur *auris*,
Alter ab infernis *contra connititur* Austris:
Distribuens medium subter secat hic Capricornum,
Atque pedes gelidum riuum fundentis Aquarî
Cæruleæque feram caudam Pistricis, & illum
Fulgentem Leporẽ, inde pedes Canis, & simul amplam
Argolicam retinet crebrò cum lumine Nauem:
Tergaque Centauri, atque Nepaï portat acumen:
Inde Sagittarî defixum possidet arcum.
Hunc à clarisonis auris Aquilonis ad Austrum
Cedens postremum tangit rota feruida solis,
Exinde in superas brumali tempore flexu
Se recipit sedes: huic orbi, quinque tributæ
Noctur-

Nocturnæ partes, ſuperâ tres luce dicantur.
Haſce inter mediam in partem retinere videtur
Tantus quantus erit collucens Lacteus orbis,
In quo autumnali, atque iterum ſol lumine verno
Exæquat ſpatium lucis cum tempore noctis.
Hunc retinens Aries ſublucet corpore totus,
Atque genu flexo Taurus connititur ingens:
Orion claro contingens corpore fertur:
Hydra tenet flexu Crateram, Coruus adhæret:
Et paucæ Chelis ſtellæ: ſimul anguitenentis
Sunt genua, & ſummi Iouis Ales nuntius inſtat:
Propter Equus capite, & ceruicum lumine tangit.
Hoſce æquo ſpatio deuinctos ſuſtinet axis,
Per medios ſummo cæli de vertice tranans.
Ille autem claro quartus cum lumine circus
Partibus extremis extremos continet orbes,
Et ſimul à medio media de parte ſecatur,
Atque obliquus in his nitens cum lumine fertur:
Vt nemo cui ſancta manu doctiſſima Pallas
Sollertem ipſa dedit fabricæ rationibus artem,
Tam tornare catè contortos poſſiet orbes,
Quam ſunt in cælo diuino lumine flexi,
Terram cingentes, ornantes lumine mundum,
Culmine tranſuerſo retinentes ſidera fulta,
Quattuor hi motu cuncti voluuntur eodem:
Sed tantum ſuperà terras ſemper tenet ille
Curriculum, obliquè inflexus tribus orbibus vnus,
Quanto eſt diuiſus Cancer ſpatio à Capricorno,
Ac ſubter terras ſpatium par eſſe neceſſe eſt.
Et quantos radios iacimus de lumine noſtro,
Queis lunæ conuexum cæli contingimus orbem,
Sex tantæ poterunt ſub eum ſuccedere partes,
Bina pari ſpatio cæleſtia ſigna tenentes.
Zodiacum hunc Græci vocitant, noſtrique Latini

Orbem ſigniferum perhibebunt nomine vero:
Nam gerit hic voluens bis ſex ardentia ſigna.
Æſtifer eſt pandens feruentia ſidera Cancer:
Hunc ſubter fulgens cedit vis torua Leonis:
Quem rutilo ſequitur collucens corpore Virgo:
Exin proiectæ claro cum lumine Chelæ:
Ipſaque conſequitur lucens vis magna Nepaï:
Inde Sagittipotens dextra flexum tenet arcum:
Poſt hunc ore fero Capricornus vadere pergit:
Humidus inde loci collucet Aquarius orbi.
Exin ſquammigeri ſerpentes ludere Piſces:
Queis comes eſt Aries obſcuro lumine labens,
Inflexoque genu proiecto corpore Taurus,
Et Gemini clarum iactantes lucibus ignem.
Hæc ſol æterno conueſtit lumine luſtrans,
Annua conficiens vertentia corpora curſus.
Hic quantus terris confectus pellitur orbis,
Tantundem ille patens ſuperà mortalibus edit.
Sex omni ſemper cedunt labentia nocte,
Tot cælum iuſſus fugientia ſigna reuiſunt.
Hoc ſpatium tranans cæcis nox conficit vmbris,
Quod ſuperà terras prima de nocte relictum eſt,
Signifer ex orbis, & ſignorum ordine fultum.
Quod ſi ſolis aues certos cognoſcere curſus,
Ortus ſignorum nocturno tempore viſes:
Nam ſemper ſignum exoriens Titan trahit vnum.
Sin autem officiens ſignis mons obſtruet altus,
Aut adiment lucem cæca caligine nubes:
Certas ipſe notas cæli de tegmine ſumes:
Ortus atque obitus omnes cognoſcere poſſis.
Quæ ſimul exiſtant cernes, quæ tempore eodem
Præcipitent obitum nocturno tempore noſces.
Iam ſimul vt ſupero ſe toto lumine Cancer
Extulit, extemplò cedit delapſa Corona,

Et loca

Et loca conuisit caudâ tenus infera Piscis,
Dimidiam retinens stellis distincta Corona
Partem etiam superâ, atque alia de parte repulsa est:
Quem tamen insequitur Piscis, nec totus ad vmbras
Tractus, sed supero contectus corpore cedit,
Atque humeros vsque à genibus, clarumque recondit
Anguitenens validis magnum à ceruicibus Anguem.
Iam verò Arctophylax non æquâ parte secatur.
Nam breuior claræ cæli de parte videtur,
Amplior infernas depulsus possidet vmbras.
Quattuor hic obiens secum deducere signa
Signifero solet ex orbi, tum serius ille,
Quum supera sese satiauit luce, recedit,
Post mediam labens claro cum corpore noctem.
Hæc obscura tenens conuestit sidera tellus:
At parte ex aliâ claris cum lucibus errat
Orion humeris, & lato pectore fulgens,
Et dextra retinens non cassum luminis ensem.
Sed quum de terris vis est patefacta Leonis,
Omnia, quæ cancer præclaro detulit ortu,
Cedunt obscurata, simul vis maior Aquarî
Pellitur, ac flexo confidens corpore Nixus.
Iam supero ferme depulsus lumine cedit:
Sed læuum genus, atque illustrem linquit in altum
Plantam, tum contrà exoritur clarum caput Hydræ,
Et Lepus, & Procyon, qui sese feruidus infert
Ante Canem: inde Canis vestigia prima videntur.
Non pauca è cælo depellens signa repentè
Exoritur candens illustria lumina Virgo.
Cedit clara Fides Cyllenia, mergitur vnda
Delphinus, simul obtegitur depulsa Sagitta,
Atque auis ad summam caudam, primasque recedit
Pinnas, & magnus pariter delabitur Amnis.
Hic Equus à capite, & longa ceruice latescit:

Longius exoritur iam claro corpore Serpens,
Crateraque tenus lucet mortalibus Hydra.
Inde pedes Canis oſtendit iam poſteriores,
Et poſt ipſe trahit claro cum lumine Puppim:
Inſequitur labens per cæli lumina Nauis.
Et cum iam toto proceſſit corpore Virgo:
Hæc medium oſtendit radiato ſtipite malum.
At quum procedunt obſcuro corpore Chelæ,
Exiſtit pariter larga cum luce Bootes,
Cuius in aduerſum eſt Arcturus corpore fixus,
Totaque iam ſuperâ fulgens prolabitur Argo,
Hydraque quod latè cælo diſperſa tenetur,
Nondum tota patet, nam caudam contegit vmbra.
Anguitenens autem renouata luce refulget.
Iam dextrum genus, & decoratam lumine ſuram
Erigit ille vacans vulgato nomine Niſus,
Qui fidis Arcadicæ ſemper confinia tangit.
Quem nocte exſtinctum, atque exortum vidimus vnâ,
Perſæpe vt paruum tranans gemmauerit orbem,
Hic genus, & Suram cum Chelis erigit altè,
Ipſe autem præceps obſcurâ nocte tenetur,
Dum Nepa, & Arcitenens inuiſant lumina cæli,
Nam ſecum medium pandet Nepa, tollere verò,
In cælum totum exoriens conabitur arcus.
Hic tribus elatus cum ſignis corpore toto
Lucet; at exoritur mediâ de parte Corona,
Caudaque Centauri extremo candore refulget.
Hic ſe iam totum cæcas Equus abdit in vmbras,
Quem rutila fulgens pluma præteruolat Ales.
Occidit Andromedæ clarum caput, & fera Piſtrix
Labitur, horribiles epulas funeſta requirens:
Hanc contrà Cepheus non ceſſat tendere palmas:
Illa vſque ad ſpinam mergens ſe cærula condit.
At Cepheus caput atque humeros palmaſque reclinat.

Quum

Quum verò vis est vehemens exorta Nepai
Late fusa volat: in terras labitur vnda,
Orionque metu perculsus conditur vnà.
Pace huius liceat causam explicuisse timoris
Virgo tuâ, mihi quæso veni placata Diana.
Hæc famæ est hominum, hæc per terras fama vagatur:
Vt quondam Orion manibus violasse Dianam
Dicitur, excelsis errans in collibus amens,
Quos tenet Ægæo defixa in gurgite Chius,
Brachia quam viridi conuestit tegmine vitis.
Ille feras vecors amenti corde necabat,
Oenopionis auens epulas cenare nitentes.
At verò pedibus subitò perculsa Dianæ
Insula discessit, disiectaque saxa reuellens
Perculit, & cæcas lustrauit luce lacunas:
E quibus ingenti existit cum corpore præ se
Scorpius infestus, præportans flebile acumen.
Hic valido cupidè venantem perculit ictu,
Mortiferum in venas figens per vulnera virus:
Ille grauj moriens constrauit corpore terram.
Quare cum magnis sese Nepa lucibus effert,
Orion fugiens commendat corpora terris.
Tum verò fugit Andromeda, & Neptunia Pistrix
Tota latet, cedit conuerso corpore Cepheus
Extremas medio contingens corpore terras.
Hic caput, & superas potis est demergere parteis
Infera lumborum nunquam conuestiet vmbra:
Nam retinent Arcti lustrantes lumine suras
Labitur illa simul gnatam lachrymosa requirens
Cassiopéa, neque ex cælo depulsa decorè
Fertur: nam verso contingens vertice primum
Terras post humeros euersa sede refertur.
Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ,
Cum quibus (vt perhibent) ausa est contendere forma.

Hæc obit inclinata: at pars exorta Coronæ est
Altera, cum caudaque omnis iam panditur Hydra.
At caput, & totum sese Centauris opacis
Eripit è tenebris linquens vestigia parua,
Ante pedum contecta: simul cum lumine pandit.
Ipse feram dextrâ retinet, *sed cætera magni*
Exspectant arcus ortum. Prolabitur inde
Anguitenens capite, & manibus, profert simul Anguis
Iam caput, & summum flexo de corpore lumen.
Hic ille exoritur conuerso corpore Nixus,
Aluum, crura, humeros, simul & præcordia lustrans,
Et dextra radios læto cum lumine iactans.
Inde Sagittipotens superas conuisere luces
Institit, & mergit Nixi caput, & simul effert
Sese clara Fides, & promit pectore Cepheus.
Feruidus ille Canis toto cum corpore cedit.
Abditur Orion, obit & Lepus abditus vmbra:
Inferiora cadunt Aurigæ lumina lapsu.
Inde obiens Capricornus ab alto lumine pellit
Aurigam, instantemq. Capram, paruos simul Hædos,
Et magnam antiquo depellit nomine Nauem.
Obruitur Procyon, emergunt Alite lapsum,
Et terris volucris existit clara Sagitta.
Crus dextrumque pedem linquens obit infera Perseus
In loca, tum cedens à puppi linquitur Argo.
At postquam superum conuisit Aquarius orbem,
Australisque Aræ surgit sanctissima sedes,
Seque humero, & pedibus primis equus exerit altè:
Centauri oppositam deuoluit ad infera caudam
Nox, caput, & latos humeros, & pectora magna
Non potis obscurare, & Hydræ quæ proxima collo est
Subducit Spiram, rutilantiaque ora recondit:
Cætera sed longum radianti lumine perstant,
Nec prius à superis cedunt cum semifero oris

Omnia

Omnia, quàm surgant geminato corpore Pisces
Surgit & Ægouri vicinus ab æquore piscis,
Parte alia exspectans instantis sideris ortum:
Sic humeri Andromedæ, & cum lassis inclyta palmis
Crura bipartito signorum tempore surgunt:
Cùm primum planis Pisces orientur ab undis
Andromedes dextras dabitur tibi cernere partes,
At læuas Aries linquens inferna locorum
Ostendit terris, illo sub tempore fermè
Hesperij seruantem Aram confinia ponti,
Perseaque vsque humeros Eoâ in parte videbis:
Hoc dubium est, cessánsue Aries præcordia Persei
Attrahat, an Taurus: Tauro simul Æthera lustrat
Sed non desinere hæc Tauro exoriente putarim:
Nam vicina illis Aurigæ sidera fulgent,
Quem tamen haud totum dias in luminas oras
Taurus agit, Geminis sed enim completur in ipsis
Sed duplices hœdi, & cum plantâ capra sinistrâ
Cum boue se tollunt, tunc terga immania Pistrix
Erigit, & cæli splendentem in fornice caudam.
Occidit ipse etiam prima iam parte Bootes:
Quattuor hunc lato vix condunt sidera ponto,
Læuaque inoccidua constans subuoluitur vrsa.
Ambo pedes vsque ad geminum genus Anguitenentis
Cedentes cælo, atque immensa sub æquora lapsi;
Surgentes alibi poterunt monstrare Gemellos.
Iam lateri Pistrix nulli vicina videtur,
Mox visenda tamen, cùm iam fluuij agmina prima
In medio venient nautæ cernenda profundo,
Qui signum exspectans magnum manet Oriona,
Nempe iter vt ratis, & noctis mensura patescat,
Qualia plura hominum generi Dî signa dederunt.

PRIMVM equidem modicæ parent cum cornua Phœbes
Æquore ab Hesperio, nascentem cernere mensem est:
At cùm prima Deæ tenuem lux emouet vmbram,
Luna tibi quartam properabit reddere lucem.
Dimidia octauam, medium fax integra mensem
Denotat, atque aliàs aliis variata figuris
Venturi numerum solita est narrare diei.
Nempe extrema tibi poterunt edicere noctis
Signiferi partes, magnum qui digerit annum.
Quin & plantandi cum tempore, tempus arandi
Iupiter è celso cunctis monstrauit Olympo.
Nauita venturos è cælo prouidet imbres,
Et catus in medio sæuos timet æquore nimbos,
Arcturum obseruans, & cætera sidera ponto
Aut creperâ luce, aut primis exacta tenebris,
Scilicet hæc longo rota feruida Solis in anno
Permeat, aut pelago candens cum surgit Eoö,
Aut ruber occidui cum mergitur æquoris vndis,
Cuncta suam spectant dum cæli sidera lucem.
Scire tibi hoc facile est: namque isthæc omnia monstrant
Bis quini atque nouem Phœbei luminis orbes.
Quid ferat Orion à zona clarus ad imum
Iam nosti, & rabidò flagrantem Sirion æstu.
Iam varias sortes terræ & maris è Iouis astris
Nosce potes, stellisque tridentiferi Neptuni.
His operam naua: nec sit tibi quærere durum,
Si te sollicito cupias committere ponto,
Quæ tibi vel fluctus vel venti flamina monstrent.
Est labor hic paruus: non præmia parua labori,
Grandiaque assiduas edulcant gaudia curas.
Ipse etiam sese seruat sibi, seruat & illum,
Quem monet horrendum, sapiens, vitare periclum,

Sæpe

Sæpe adeò nauem pelago sub nocte serenam
Subducit, metuens venturam manè procellam.
Tertia nunc illam, nunc quarta aurora videbit:
Nunc subita incautos veniet super. omnia nondum
Iupiter humanum docuit genus: abdita cæcis
Multa latent tenebris: quæ, cùm volet, ipse docebit
Altitonans, qui nos præclaris vndique signis
Adiuuat, & sortis tradit monimenta futuræ.
Multa monet facies aut dimidiata Dianæ,
Aut vtraque augens, aut aucto lumine fulgens.
Multa etiam Eoâ surgens Sol aureus orâ,
Occiduámve petens: & sunt etiam altera signa
Plurima, quæ noctu, vel clara luce videntur.
Obserua primùm nitidæ duo cornua Lunæ,
Illam aliàs alio depingit lumine Vesper,
Et diuersa redit variatæ forma Dianæ,
Cùm primò crescit, cum quarta, & tertia fulget.
Hæc etiam instantem poterit tibi ducere mensem.
Tertia nam tenui, sed puro sidere fulgens
Suda erit: at raro paulum perfusa rubore
Ventosa est: nullo si cornua acumine surgant,
Quartáque quæ sequitur crasso fax langueat igni,
Aut Austro, aut pluuiæ properis obtunditur vndis.
Quòd si nec nutent nascentis cornua Lunæ,
Tertia nec iaceat resupina per æthera Phœbe,
Cornua sed rectè per cælum prona ferantur,
Cras Tertessiacis Zephyrus spirabit ab oris.
At cùm recta etiam quartâ sub luce renidet,
Collectam metues pluuiam, tunc omnia nimbo
Feruere deciduo cernes. cornu altius aptè
Inflexum, Boream; resupinum parturit Austros.
Sed si post triduum Lunam ruber ambiat orbis,
Tempestas pelago, tempestas imminet agris:
Quoque rubor maior, maior solet esse procella.

Bis cum dimidio, cum pleno lumine fulget
Aſpice, cùm creſcit, cùm cornua priſca reſumit,
Aſpice: ſigna tibi color haud dabit irrita menſis.
Namque auram facies portendit pura ſerenam;
At cùm tota rubet furibundos indicat Auſtros,
Imber erit nigro ſi ſit variata colore.
Tempora ſed dandis non ſunt paria omnia ſignis.
Nam quæ quarta tulit Phœbe vel tertia, durant
Dimidiam ad Lunam, quæ dimidia omnia tendunt
Ad plenam, quæ plena dedit ſpectare videntur
Dimidiam rurſum, & quæ tunc præbentur ab illâ,
Excipiet moribundi aut quarta, aut tertia menſis.
Si parilis totam Latoïda circulus ambit,
Aut terni geminíve vtraque ex parte locati;
Vnicus aut ventos nobis, aut indicat æthram;
Diruptus ventos, euanidus indicat æthram,
Horriferos nimbos geminatus præmonet orbis,
Maioréſque trahit triplicata corona procellas;
Maiores ſi nigra iacet, ſi ſcinditur vltro.
Hæc tibi vel menſis, vel Phœbe menſtrua dicent.
Nec ſolem geminâ ſpectare in littoris actâ
Pæniteat: Solem certiſſima ſigna ſequentur:
Cùm ſurget gelidis, & cùm ſe condet in vndis.
Nolim interſtinctam, cùm deſeret æquora, lucem
Cernere, ſi Soles optem radiare ſerenos;
Malim vnum nullis maculis ſpectare colorem:
Si iuga demat equis pacato lumine Titan
Blandus, & Heſperium ſubeat ſine nubibus æquor,
Pulcra ſerena die poteris ſperare ſequenti.
Non ita ſi recauus ſummo de margine ſurgat,
Fulgeat aut ſparſis radiis: pars tendat ad Auſtrum,
Pars eat ad Borean, mediúſque renideat orbis;
Tunc aut ſuſpectus tibi ſit Notus, aut grauis imber.
Vt videas, ſubſitne ſuo lux ſplendida Soli,

Inſpice

Inspice Solem ipsum (namque is certissimus auctor)
Inspice num rubeat (fieri quod sæpe videmus:
Creber enim educit contracta nube ruborem)
An niger obscuret faciem: niger indicat imbres,
Rubraque venturos species denuntiat Euros.
Sin ruber incipiet color immiscerier atro,
Omnia tunc Boreâ pariter pluuiáque videbis
Feruere: sin radij coëant, crescantque sub vnum,
Cùm pelago Titan, terrísve admouerit orbem,
Aut latcat victus per nubila, siue relictâ
Nocte petens lucem, seu noctem luce relictâ,
Illa dies pluuias, & quæ nascetur ab illâ
Proferet: Eôo nec si præëuntia cælo
Nubila Sol radiis picto disiecerit astro,
Sis pluuiæ ignarus: si se Titanius orbis
Eôo latè diffuderit æquore surgens,
Indè magisque, magisque exsparsum contrahat ignem,
Dulcior æthra subest, pluuio se tempore quanquam
Abdiderit Phœbus: si cælo decidit imber,
Ex imbri alterius sortem te quærere lucis,
Nubiláque, & Solem moneo spectare cadentem.
Nam si nigræ obiens condatur carcere nubis
Phœbus, & exiguo radij fulgore micantes
Immensum nebulis circumfundantur in orbem,
Non erit alterius melior fortuna diei.
Purus at Hesperias si Sol labatur in vndas,
Cumque parat terris in aquas migrare relictis,
Vicinæ rubeant nubes, non crastinus imber,
Non tibi nocturno est metuendus tempore nimbus.
Si Solis radij nigris absconsa tenebris
Marcentes nitido depromant lumina cælo,
(Vt cùm Luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguuntur radij cæca caligine tecti,)
Aut Phœbo instantem tardanti reddere lucem,

Se toto fundant latè ignea nubila cælo,
Non sicco prægnans arebit puluere tellus,
Nec tibi, si superis cùm Sol est proximus oris,
Obscurâ radios præeunteis luce videbis,
Sit pudor aut pluuiam, aut ventos vitare futuros.
Quoque adeò surgens primo iubar æquore condunt
Maiores tenebræ, maior supereminet imber.
Sin tenui lateant radij caligine, qualis
Est teneræ facies nebulæ, & subtilibus vmbris,
Venturus rapidis Sol obscurabitur austris.
Sed neque si cingat nigro splendore corolla
Suda dabit, quoque est Solis vicinior astro
Quo nigrior, peior: binæ sæuissima signa.
Aspice num terras cùm Sol petit, aut petit vndas
Erubeant nubes, (dixêre Parelia Graij)
A Boreâ, aut Austro, aut à Boreâ, & ab austro,
Aspice, & hanc secors non vnquam neglige curam.
Namque vtrimque facis si nubila surgere cernes
Æmula Phœbea, mediumque apud æquora Phœbum,
Nulla mora est, subito densissimus ingruit imber.
Sin Boreas vnam cæli sub culmina nubem
Emittat, metue à Boreâ, sin Auster ab austro.
Iunctus erit nimbus, si iunctæ nubibus vndæ.
Quin etiam occidui spectabis littoris oram,
Certa tibi Occidui monstrabit littoris ora
At vero tenui caligans lumine Phatne
Signa dat in Cancro spectans aquilonia flabra:
Et geminæ tenui stellæ fulgore micantes:
Has non distantes nimium, nimiúmve propinquas
Dispescit spatium cubito non latius vno:
Illa subit Borean, subit hæc vicinior Austrum.
Has Asinos dicunt: mediam Præsepe vocarunt,
Quod subito liquidas sæpe euanescit in auras,
Cùm cæli nituit genitabilis aura sereni,

Conium-

Coniungens geminos ſubtracto ſidere aſellos:
Poſt illa vndoſam poteris ſpectare procellam.
Si nigra ſit Phatne, geminus color vnus in aſtris
Si niteat, pluuiis decliuibus arua madebunt.
Si Boreæ propior languenti torpeat igne
Nube latens cæcâ, niteat vicinior Auſtro,
Par metuiſſe Notum eſt: contrà hic ſi marceat, ille
Fulgeat, à ſæuo ventos Aquilone notabis.
Atque etiam ventos præmonſtrat ſæpe futuros
Inflatum mare, cùm ſubitò penituſque tumeſcit,
Saxaque cana ſalis niueo ſpumata liquore
Triſtificas certant Neptuno reddere voces:
Aut denſus ſtridor cum celſo è vertice montis
Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſu.
Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti,
Nuntiat horribiles clamans inſtare procellas,
Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.
Cepphum etiam videas cælo volitare ſereno
Contrà venturos connixum corpore ventos:
Sæpe feras anates cernas, mergóſve relicto
Aequore, mox tremulis tellurem plangere pennis;
Aut iuga ſe ſuperà montis diſtendere nubem:
Quin etiam pappi ſenium canentis acanthæ
Dant venti indicium, numero cùm forte videntur
Innumero placidi fluitare per æquora ponti.
Imò adeo ex illâ, volitant quà dira per æſtum
Fulgura, parte potes venturos noſcere flatus.
Si videas ſtellas noctis volitare per vmbram
Præcipites, longoſque à tergo albeſcere tractus,
Hoc iter emenſi venient per inania venti.
Si variâ varias videas ex parte cadenteis
In terras ruere, & cæli per nubila ferri,
Diſcordes tendent animæ in diuerſa locorum,
Et vario humanas percellent flamine mentes.

Fulmen vbi ex Euro, fulmen volitabit ab Austro,
Et Zephyro horriferisque Arctoi Aquilonis ab auris,
Tunc nautæ pauidos penetrat tremor algidus artus.
O vtinam pelago ne tunc obsessus, & imbre
Mixta perhorrescat densatis fulgura nimbis!
Sæpe etiam pluuiâ poteris spectare futura
Nubila, ceu lanæ per cælum vellera ferri:
Tum gemino cingit cælum Thaumantias arcu,
Aut aliqua atratam producit stella corollam:
Crebra etiam volucris salsas & crebra palustres
Haurit aquas, potasque sitit vehementius vndas.
Sæpe etiam pluuiæ prænuntia venit hirundo,
Limosam tumido protundens ventre paludem.
Vos quoque signa videtis aquaï dulcis alumnæ,
Cum clamore paratis inaneis fundere voces,
Absurdoque sono fonteis & stagna cietis.
Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen,
Et matutinis acredula vocibus instat,
Vocibus instat, & assiduas iacit ore querelas,
Cùm primùm gelidos rores aurora remittit:
Fuscaque nonnunquam cursans per littora cornix
Demersit caput, & fluctum ceruice recepit:
Mollipedesque boues spectantes lumina cæli,
Naribus humiferum duxêre ex aëre succum.
Sæpius & tectis effert penetralibus ora
Angustum formica terens iter, vndique & albos
Millepedes circa muros cernuntur Iuli,
Quæque nigræ veteres dixerunt viscera terræ.
Tunc quoque cristatæ soboles Gallina volucris
Ore pedes legit, & crocitans è gutture rauco
Expressit sonitus vndæ stillantis in vndam.
Tunc volucris galli soboles, pulicesque, pedesque,
Inquirit pipiens, summaque indagine lustrat,
Stillantisque vndæ sonitus imitatur acutos.

Coruus

Coruus, & atratis velata monedula pennis
Venturo terras maditur as imbre monebunt,
Accipitrum in morem, si magnis garrula turmis
Agmina concelebrent: gruibus vox æmula guttis
Coruorum: pluuias prædixit sæpe futuras
Aut adeò streperas gaudens coniungere voces
Increpuit crociens densis exercitus alis.
Tunc mansuetæ anates, atque intra limina degens
Graculus assiduis quatiunt suggrundia pennis:
Tunc fulicæ magnis poscunt clamoribus vndas.
Hæc ne, si pluuiæ cupies cognoscere sortem,
Despicias, nec cum solito maioribus ausis
Purpureum muscæ certant haurire cruorem:
Aut nocte incipiunt putres concrescere fungi,
Ardenti in testa: gelidæ vel tempore brumæ,
Nunc se submisit sublimes ardor in auras,
Et nunc deciduos ignes vomuere lucernæ
Ampullis similes, tenuésve à lumine summo
Dimanant radij, seu fortè æstate serena
Conspicias densas anatum volitare cateruas:
Aut igni appositas multo cum lumine cernis
Scintillare ollas, & multo ex ære lebetes:
In cinerive vides rutilas carbone tepenti
Effervere notas, formâ non dispare cenchris.
Hæc catus obserua, & pluuiam sperare memento.
Infima si montis videas sola cuncta tenebris
Et cæcâ obuolui nebulâ, summumque cacumen
Nulla nube premi, candenti fide sereno.
Fide sereno etiam, ponti super æquora ferri
Nubila si cernas, sed nondum vergere in altum
Ceu pelago eminulas videas consurgere rupes.
Cùm renitet sudum, venturam inquire procellam:
Cumque procella furit sudum: atque omnia Phatnen
Aspice, quæ curui conclusa est sidere Cancri,

Primum adeò abstersis cùm fulget pura tenebris:
Hác pura subitò tempestas horrida cedit.
Hinc tacitæ in lychnis flammæ, blandumque susurrans
Noctua sub mediam noctem, marcescere sensim
Horrisonas monstrant hyemes, & vespere sero
Voce canens variá placidum cornicula carmen.
Rauca etiam primum soli tunc murmura corui
Ingeminant, & se magno post agmine iungunt,
Atque alacri subeunt nocturna cubilia turma
Cantantes multùm: multùm gaudere putares,
Sic lætos mistim iactant super æthera cantus:
Et vel in aëriis ramis, vel in arbore summâ,
Concutiunt reduces Eoo tempore pennas.
Tunc immensa gruum videas veniente sereno
Agmina prolixo ferri super aëra tractu,
Nec semel inceptum verso pede flectere cursum.
Si subito astrorum nitidum iubar obscuretur,
Nec densæ abscondant atrâ caligine nubes,
Nec nebulis, nec sint victrici obnoxia Lunæ,
Inclita sed proprio marcescant sidera motu,
Tunc tibi non placidam promittit Iupiter æthram,
Sed tristeis auras: Cæli regione sub vna
Immotam videas illo quoque tempore nubem,
Præterlapsam aliam, atque aliam post terga sequentem.
Ibit & ad pastum magnis clangoribus anser:
Sæcula passa nouem cornix tibi signa procellæ
Nocte dabit stridens, serumque monedula cantans,
Et surgente die passer, reliquæque volucres
Æquora linquentes: tunc & speleæ subibit
Orchilus, & recauas latebras anquiret Eritheus,
Nocturnoque satur condetur graculus antro.
Cùm fera tempestas instat nullæ vndique ceras
Phœnicias variarum apium struxere catervæ,
Mellifico ast intus sese accinxere labori:

Atque

Atque iter inceptum refugo per aperta volatu
Strymoniæ rupere grues, & terga dederunt.
Nec leuis in placido cùm fertur aranea cælo,
Aut inuita nitet manantis flamma lucernæ,
Aut tenuis cinerem percurrit fulgor ab igni,
Neglige sæuam hyemem. Sed quid documenta futuri
Multa tibi referam? cinis (& quid vilius illo?)
Concretus nimium niueos denuntiat imbres:
Præmonet hos & fax nocturni conscia pensi,
Cùm milio paribus candent ellychnia signis.
Tunc spisso veniet glacialis ab æthere grando,
Cum nitet extremus candenti lumine carbo,
Sed medius nebulæ tenui velatur amictu.
Non caruit signis, quæ non & fructibus, ilex,
Non nigra lentiscus: ne forsan inutilis æstas
Effueret manibus crebrum monuêre colonum.
Cùm nigra densatis curuatur glandibus ilex,
Inuocat hybernæ gelidissima tempora brumæ.
Sin modicos radix emittat viuida fructus,
Nullo obsessa situ tellus florebit aristis,
Iam verò semper viridis, semperque grauata
Lentiscus, triplici solita est grandescere fœtu,
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi:
Nam tres esse ferunt promendi vomeris horas,
Primus habet primam fructus, mediusque secundam,
Tertius extremo fœtus respondet aratro.
Si grauida egregios glandis lentiscus aceruos
Proferat, hoc largas sperabis ab omine messes,
Et modicâ modicam, parcâ prænoscere parcam
Glande potes: terno pariter quæ tempore floret
Squilla tibi dicet quo surgant mergite culmi:
Nam quæcunque auidum lentiscus fœta colonum
Præmonuit, squillæ poterunt tibi dicere flores.
Si crebra autumno videas pereunte moueri

Agmina vesparum, subitæ se frigora brumæ,
Ante etiam Hesperio quàm surgant Pleiades ortu,
Præcipitant, densóque ruit cum turbine vortex.
Si porcæ turpes, & oues, graciles´que capellæ,
Expectare mares aueant genitalibus aruis,
Concubitus´que nouos semper iam nota voluptas
Sollicitet, simili brumam ratione notabis.
Si videt in Venerem tardas, nec sponte moueri
Securas nimium generis, cui pallia desunt
Gaudet inops, hyemes iussus sperare serenas:
Gaudet & assuetâ gruibus venientibus horâ
Tempora qui seruat, tardis & tardus arator:
Namque grues venturæ imitantur tempora brumæ:
Si subitò veniunt, densisque per aëra turmis
Immitis festinat hyems; si tardius illæ
Agmine non vno, non vno tempore tendunt,
Lenis hyems serum veniens sata sera iuuabit.
Si gravido autumno pecudes, & buceras sæcla,
Effodiant pedibus glebas, obnixaque vento
Sustentent capita, horrendis furibunda procellis.
Surget hyems, nostros fugiet cùm lucida visus
Pleias, & miseros vexabit bruma colonos,
Non teneræ plantæ, flauo non vtilis aruo.
Quin potius totis iaceat nix plurima terris,
Cùm nondum grandeis culmus distinxit aristas,
Vt beet agricolam multo cum fœnore tellus.
Nolim equidem gemini, plurésve, vnúsve cometes
Flammiferum ducant spatioso limite crinem,
Ne sitiat toto tellus malè fertilis anno:
Nec qui continuam proscindit vomere terram,
Si forte emittat volucres circumflua multas
Insula, lætetur: timeat magis: obsita multo
Ne squallore seges vanis eludat auenis
Spes tumidas domini: sed vbi conspexerit illas

Gaudeat vpilio, ſiquidem tunc lacte recenti
Implebunt multum niueæ mulctralia vaccæ.
Sic (miſerandum) alios alienis viuere damnis
Nos voluere Dij, & ſemper contraria vota
Fundere, & exiguis vanas ſpes paſcere ſignis.
Venturas hyemes pecoris didicêre magiſtri
Cùm depulſi ouium properant ad pabula fœtus,
Lanigeríque duces pecoris cum fortibus agnis,
Innixi gemino ludunt per compita cornu,
Hirſutoſque pedes multo cum puluere iactant,
Cornigeri binos ductores, quattuor agni:
Aut vbi iam ſerò proceſſit Veſper Olympo
Inuiti ſtabulum repetunt, atque obuia carpunt
Gramina, nec miſſos curant in terga lapillos.
Sæpe etiam inſtantem minitari dira procellam
Ruricolæ docuêre boues, cùm lingere tentant
Poſteriora pedum glabris veſtigia linguis,
Aut dextrum in ſtabulo ponunt latus: hiſce magiſtris
Stiuæ opus inceptum differt longæuus arator.
Sæpè etiam inſolito mugitu paſcua complent,
Cùm ſtabula, & notos repetunt armenta penates,
Floridáque inuitæ linquentes prata iuuencæ
Ante feras cupiunt ventrem ſaturâſſe procellas:
Nec leuis iliceis nimium capra dedita ramis
Suda monet, multo nec circumfuſa luto ſus.
Si ſecum in campis vlulet, ſoluſque pererret
Arua ignota lupus, quem dira coëgit egeſtas
Non vitare homines, propiuſque accedere ſuaſit
Mendico ſimilem, & dignam conquirere prædam,
Tertius æquoreis cùm ſurget Lucifer vndis
Horrida tempeſtas inſtat: Sic cætera cuncta
Ventíque pluuiæque, & ſæuæ ſigna procellæ
Ipſa, ſequénſve dies, aut tertia perficit Eos.
Quin etiam paruos, deſpecta animalia, mures

Confremere, & lætas visos ductare choreas
Vsibus edocti non contempsere priores,
Sollicitósque canes: gemino pede nam sola terræ
Dum canis infestat sæuas prænuntiat auras.
Tunc etiam æquoreis exurgit Cancer ab vndis,
Solus & in siccâ secum spatiatur arenâ.
Inde domus socij mures è mollibus herbis
Componunt pedibus lectos, pluuiamque futuram,
Venturásque hyemes gaudent eludere somnis.
Hæc ne despicias: sed signum iungere signo
Esto memor, geminis rem præsignantibus vnam.
Spes subeat: ternis vt sit fiducia signis.
Quin & præterito quæcunque notaueris anno
Confer, & obserua queis sidera quæque diebus
Humanos fugiant visus, fugiántve tenebras,
Quídve astrum moneat: nec sit tibi quærere durum,
Quid vel nascenti primum, vel quarta cadenti
Mense ferat; luces namque hæ, seu vincula, menses
Connectunt geminos, atque octo noctibus æther
Lubricus est, tectâ Phœbe cum luce laborat.
Quæ tu si totum fueris speculatus in annum,
Certa tibi certum promet præsagia cælum.

FINIS.

Fragmenta Ciceronis, quæ vix huc referri potuerunt.

*

Caprigeni pecoris custos, de gurgite vasto.

*

Nauibus amissis fluitantia quærere aplustra.



ARATEA
PHAENOMENA
GERMANICO CÆSARE
INTERPRETE.

AB Iove principium magno deduxit Aratus
Carminis, at nobis genitor tu maximus auctor:
Te veneror, tibi ſacra fero, doctique laboris
Primitias, probat ipſe Deûm rectorque ſatorque.
Quantum etenim poſſint anni certiſſima ſigna,
Quà Sol ardentem Cancrum rapidiſſimus ambit,
Diuerſaſque ſecat metas gelidi Capricorni,
Quæ've Aries, & Libra æquant diuortia lucis,
Si non parta quies te præſide, puppibus æquor,
Cultorique daret terras, procul arma ſilerent.
Nunc vacat audaces ad cælum tollere vultus,
Sideraque, & Mundi varios agnoſcere motus;
Nauita quid caueat, quid ſcitus vitet arator,
Quando ratem ventis aut credat ſemina terris.
Hæc ego dum lætis conor prædicere Muſis,
Pax tua, tuque aſſis nato, numenque ſecundes.
Cætera quæ toto fulgent vaga ſidera mundo,
Indefeſſa trahit proprio cum pondere cælum.
* Axis at immotus ſemper veſtigia ſeruat, al. *Axis ſtat motus*
Librataſque tenet terras, & cardine firmo
Orbem agit extremũ. * geminus determinat axem, al. *gemini*
Quem Graij dixêre polum: pars merſa ſub vndas

Oceani, pars celsa sub horrifero Aquilone.
Arctoi. Axem Cretææ dextrâ, læuâque tuentur,
al. Romanæ. Siue Arctœ, seu * Romani cognominis Vrsæ,
al. Plaustrúmve, & facies stellarū est pr. v. * Plaustrum, vel facies stellarum proxima vero.
Tres temone rotisque micant, sublime quaternæ.
Si melius dixisse feras, obuersa refulgent,
Ora feris, caput alterius super horrida terga
Alterius lucet: pronas rapit orbis in ipsos
Decliueis humeros, veteris si gratia formæ.
Cresia vos tellus aluit, moderator Olympi
Donauit cælo, meritum custodia fecit:
al. fidei Quod * fidæ comites primo incunabula magni
al. Viderunt *Fuderunt Iouis, attonitæ cum furta parentis
*Ærea pulsantes mendaci cymbala dextrâ,
Vagitus pueri patrias ne tangeret aures,
al. Dictæ exercere * Dictæi exercent dominæ famuli Corybantes
Hinc Iouis altrices Helice, Cynosuraque fulgent:
al. cursus Dat Graiis Helice * cursum maioribus astris,
Phœnicas Cynosura regit: sed candida tota,
Et liquido splendore Helice nitet: haud prius vlla,
Cum Sol Oceano fulgentia condidit ora,
Stella micat cælo, septem quam Cresia flammis:
Certior est Cynosura tamen sulcantibus æquor,
Quippe breuis totam fido se cardine vertit,
Sidoniamque ratem nunquam spectata fefellit.
Draco. al. luminis Has inter medias abrupti * fluminis instar,
Immanis serpens sinuosa volumina torquet;
Hinc atq. hinc, superatq; illas mirabile monstrum.
Cauda Helicen suprà tendit, redit ad Cynosuram
Squamigero lapsu: qua desinit vltima cauda:
Hac caput est Helices, flexu comprenditur alto
Serpentis: Cynosuræ ille explicat amplius orbes.
Sublatusque retrò maiorem respicit Arcton,
Ardent ingentes oculi, caua tempora claris

ARCTOE ET DRACO.



Ornantur flammis, mento sedet vnicus ignis
Tempus dexterius quæ signat stella Draconis:
Quæque sedet mento, lucetque nouissima cauda,
Extremumque Helices sidus micat, ac radiatur
Serpentis decliue caput, quæ proxima signa
Occasus, ortusque vno tanguntur ab ore,
Oceani tumidis ignotæ fluctibus Arctœ,
Semper in occiduis seruantes ignibus axem.

ENGONASIN.

al. vnde Haud procul effigies * inde est defecta labore,
al. numen Non illi * nomen, non magni caussa laboris:
Dextro namque genu Nixus, diuersaque tendens
Brachia, suppliciter pansis ad numina palmis,
Serpentis capiti fugit vestigia sæua.

ENGONASIN.



Corona.

Clara Ariadnæo ſacrata eſt igne Corona,
Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.
Terga nitent ſtellis, ad quas ſe vertice tollit,
Succiduis genibus laſſum, & miſerabile ſidus.

CORONA.



Hîc

OPHIVCHVS.

Hîc Ophiuchus erit longè caput ante nitendo,
Et vaſtos humeros, tum cætera membra ſequuntur,
Illis languet honos humeris, manet integer ardor.
Luna etiam pleno menſem cùm diuidit orbe.
ANGVIS. Lux tenuis manibus, per quas elabitur Anguis,
Preſſus vtraq. manu medium cingens Ophiuchum.
SCORPIVS Scorpius ima pedum tangit: ſed planta ſiniſtra
In tergo reſidet, veſtigia dextera pendent.
Eſt impar manibus pondus: nam dextera paruam
Partem Anguis retinet, per læuam attollitur omnis,
Quantumque à læuâ diſtantia ſerta notantur,
Erigitur tantum Serpens, atque vltima mento
Stella ſub ætheriâ fulget crinita coronâ.

OPHIVCHVS, ANGVIS, SCORPIVS.




CHELAE.

al. ∫ Ad quam * se dorso peruadet lubricus anguis,
Insignes cælum perfundunt lumine Chelæ.

CHELÆ.





ARCTOPHYLAX.

Ipſam Helicen ſequitur ſenior, baculoq́ue minatur
Se velle Arctophylax, brachiorum munera cæcus,
Icarus ereptam penſauit munere ripam.
Non illi obſcurum caput eſt, non triſtia membra,
Sed proprio tamen vna micat ſub nomine flamma,
Arcturum dixêre ſinus quà vincula nodant.

ARCTOPHYLAX.



VIRGO.

Virginis inde ſubeſt facies, cui plena ſiniſtrâ
al. *manum* Fulget ſpica * manu, maturiſque ardet ariſtis.
Quam te diua vocem, tangunt mortalia ſi te
Carmina, nec ſurdam præbes venerantibus aurem,
Exoſa heu mortale genus? medio mihi curſu
Stabunt quadrupedes, & flexis lætus habenis,
Teque tuumque canam terris venerabile numen.
al. *tegeret* Aurea pacati * regeres cum ſæcula mundi
Iuſtitia inuiolata malis placidiſſima Virgo,
al. *Siue illi Aſtræ genus fuerit* *Seu genus Aſtræi fueris, quem fama parentem
Tradidit aſtrorum,* ſeu verò intercidit æuo
al. *ſeu vero intercipit* Ortus fama tui, mediis te læta ferebas
al. *deſignata* Sublimis populis, nec * dedignata ſubire
Tecta hominũ, & puras ſine crimine, diua, Penateis
Iura dabas, cultuque nouo rude vulgus in omnes
Formabas vitæ ſinceros artibus vſus.
Nondum væſanos rabies nudauerat enſes,
al. *nata* Nec conſanguineis fuerat diſcordia * nota,
Ignotique maris curſus, priuataque tellus
Grata ſatis, neque per dubios auidiſſima ventos
Spes procul amotas fabricatâ naue petebant.
Diuitias fructuſque dabat placata colono
Sponte tua Tellus, nec parui terminus agri
Præſtabat dominis ſigno tutiſſima vita.
At poſtquam argenti creuit deformior ætas,
al. *inuaſit* Rarius * inuiſit maculatas fraudibus vrbes,
Seraque ab excelſis deſcendens montibus, ore
al. *triſtiſq;* Velato, * triſtique genas abſcondita ripâ,
Nulliuſque Larem, nullos adit illa Penates.
Tantum cum trepidum vulgus, cœtúſque notauit,
al. *Increpito partum* * Increpat: ô patrum ſuboles oblita priorum
Degeneres ſemper, ſempérque habitura nepotes,

Quid

VIRGO.



Quid me cuius abît vſus per vota precatis?
Quærenda eſt ſedes nobis noua: ſæcula veſtra
Artibus indomitis tradam, ſceleriq́ue cruento.
al. monitus Hæc effata, ſuper * montes abit alite curſu,
Attonitos linquens populos grauiora pauenteis.
Ærea ſed poſtquam proles terris data, nec iam
Semina virtutis vitiis demerſa reſiſtunt,
Ferriq́ue inuento mens eſt læta metallo,
Polluit & taurus menſas aſſuetus aratro,
Deſeruit properè terras iuſtiſſima Virgo,
Et cæli ſortita locum, quà proximus illi
Tardus in occaſum ſequitur ſua plauſtra Bootes.
al. at Virginis * ac placidæ præſtanti lumine ſignat
Stella humeros, Helicen ignis non clarior ambit:
Quiq́. micat caudâ, cuiq́. armum fulget ad ipſum,
Quiq́ue priora tenet veſtigia, quiq́ue ſecunda,
Clunibus hirſutis & qui ſua ſidera reddit.
Nanq́ue aliæ quibus expletum ceruixq́ue, caputq́.
al. ignotis Vatibus * ignotæ priſcis ſine honore feruntur.

CANCER.

Quà media eſt Helice ſubiectũ reſpice Cancrum:

CAN-

CANCER.



GEMINI.

al. *Ancipitis suberat* * At capiti ſuberunt Gemini : ————

GEMINI.



LEO.

—— quà poſterior pes,
Horrenteîſque iubas, & fuluum cerne Leonem.
Hunc vbi contigerit Phœbi violentior axis,
Accenſa in Cancro iam tum geminabitur æſtas:
Tunc lymphæ tenueis, tunc eſt triſtiſſima tellus,
Et denſas lætus ſegetes benè condit arator.
Ne mihi tunc remis pulſet vada cærula puppis:
Dem potius ventis excluſo vela rudente,
Excipiamque ſinu Zephyris ſpirantibus auras.

LEO.



AVRIGA.

Eſt etiam Aurigæ facies, ſiue Atthide terrâ
Natus Erichthonius, qui primus ſub iuga duxit
Quadrupedes, ſeu Myrtoas demerſus in vndas
Myrtilus: hunc potius ſpecies in ſidere reddit.
Sic nulli currus, ſic raptis mæſtus habenis
Perfidiâ Pelopis raptam gemit Hippodamiam.
Ipſe ingens trauerſus abit læuâ Geminorum,
Maioriſque Vrſæ contrà delabitur ora.
Numina prætereà ſecum trahit: vna putatur
Nutrix eſſe Iouis, ſi verè Iuppiter infans
Vbera Cretææ mulſit fidiſſima capræ,
Sidere quæ claro gratum teſtatur alumnum.
Hanc Auriga humero totā gerit: ac manus Hœdos
Oſtendit nautis inimicum ſidus, vbi illos
al. ob Orbis* ab Oceano celſus rapit:* haud ſemel Hœdi
al. aut Iactatam vidêre ratem, nautaſque pauentis,
Sparſaque per ſæuos morientum corpora fluctus.

AVRIGA.



Aurigæ

TAVRVS.

Aurigæ pedibus trux adiacet ignea Taurus
Cornua fronte gerens, & lucidus ore minaci.
Quem libet ignarum cæli tua forma docebit,
Et caput, & patulas nares, & cornua tauri.
Fronte micant Hyades, quæ cornus flamma sinistri
Summa tenet: subit hæc eadem vestigia dextra
Aurigæ, mediâque ligant compagine diuos.
Myrtilus exoritur summo cum piscibus ore,
Totus cum Tauro lucet; ruit Oceano Bos
Antè, super terras cum fulget Myrtilus ore.

TAVRVS.



CEPHEVS.

Iaſides etiam cælum cum coniuge Cepheus
Aſcendit, totâque domo: quia Iuppiter auctor
Eſt generis prodeſt maieſtas ſæpe parentis.
Ipſe breuem patulis manibus ſtat poſt Cynoſuram,
Diducto paſſu quantum latus à pede dextro,
Cepheus extremam tangit Cynoſurida caudam:
Tantumque ab læuo diſtat minor: vtraque iungit
Regula; Cepheos veſtigia baltheus ambit.

CEPHEVS.



CASSIEPEA.

Quà latus afflexum sinuosi respicit anguis,
Cassiepea virum residet sublimis ad ipsum :
al. pernix Clara etiam * pernox cælo cum Luna refulget :
Sed breuis, & paucis decorata in Sidere flammis,
Qualis ferratos obicit clauicula dentes,
Succutit & foribus prædicti vincula claustri,
Talis disposita est stellis, ipsa horrida vultu:
Sic tendit palmas ceu sit planctura relictam
Andromedam, meritam non iusta piacula matris.

CASSIEPEA.



ANDROMEDA.

Nec procul Andromede, totam quam cernere posse
Obſcura ſub nocte licet: ſic emicat ore,
Sic magnis humeris candet nitor, hãc media ambit
Ignea ſubſtrictâ lucet quæ Zonula pallâ:
Sed pœnæ facies remanet, diſtractaque pandit
Brachia, ceu duri teneantur robore ſaxi.

ANDROMEDA.



Andro-

EQVVS.

Andromedæ capiti ſonipes ſupereminet ales;
Vertice & Andromedæ radiat quæ ſtella, ſub ipſâ
Aluo fulget equi: tres armos & latera æquis
Diſtinguunt ſpaciis, capiti triſtiſſima forma.
Aſt ceruix ſine honore obſcuro lumine ſordet,
Spumanti mandit ſed quà ferus ore lupatos,
Et capite & longè ceruice inſignior exit
Stella nitens, armis, laterique ſimillima magno.
Nec totam ille tamen formam per ſingula reddit,
Primo præſtat equũ: medio rupta ordine membra
Deſtituunt viſus, rudis inde aſſurgit imago.
Gorgonis hic proles in Pierio Helicone,
Vertice cum ſummo nondum decurreret vnda,
Muſæos fonteis dextri pedis ictibus hauſit.
Inde liquor genitus nomen tenet Hippocrenen.
Fontes nomen habent:ſed Pegaſus æthere ſummo
Veloces agitat pennas, & ſidere gaudet.

EQVVS.



ARIES.

Inde ſubeſt Aries, qui longè maxima currens
Orbe ſuo ſpatia, ad finem non tardiùs Vrſæ
Peruenit, & quanto grauiore Lycaonis arctos
Axem actu torquet, tanto pernicior ille
Diſtantes cornu properat contingere metas.
Clara nec eſt illi facies, nec ſidera poſſunt,
Officiat ſi Luna, ſuâ virtute nitere.
Sed quærendus erit Zonæ ratione micantis
Andromedæ: terit hic ſummi diuortia mundi
Vt chelæ candens aut baltheus Orionis.


ARIES.



DELTOTON.

Eſt etiam propiore Deum cognoſcere motu,
Deltoton ſi quis donum hoc ſpectabile Nili,
Diuitibus generatum vndis, in ſede notabit.
Tres illi laterum ductus, æquata duorum
Sunt ſpatia, vnius breuior, ſed clarior ignis.
al. *Hunc* * Hinc aries iuxtà medium Deltoton habebit,
Inter lanigeri tergum, & Cepheida mæſtam.

DELTOTON.




 Hunc

PISCES.

*al. Huic 'Hunc vltrà gemini Piſces, quorum alter in Auſtros
Tendit: Threïcium Boream petit alter, & audit
Stridentis auras, niueas quas procreat Hœmus.
Non illis liber curſus, ſed vincula caudâ
Singula vtrumque tenent vno coëuntia nodo.
Nodum ſtella premit Piſcis, qui reſpicit auras
Threïcias. dextram Andromedæ cernuntur ad vl-
nam.

PISCES.



Subter

PERSEVS.

Subter vtrumque pedem deuotæ virginis, ales
Perſeos effigies ſeruatæ grata puellæ.
Moles ipſa viri ſatis eſt teſtata parentem;
Tantus vbiq. micat, tantum occupat ab Ioue cæli.
Dextera ſublatæ ſimilis propè Caſſiepeam
Sublimis fulget, pedibus properare videtur,
Et velle aligeris purum æthera findere plantis.

PERSEVS.



PLEIADES.

Poplite ſub læuo Tauri, certiſſima ſigna
Pleïades ſuberunt: breuis eſt locus: occupat omnis:
Nec facilè cerni, niſi quod coëuntia plura
Sidera communem oſtendunt ex omnibus ignem:
Septem traduntur numero, ſed carpitur vna
Deficiente oculo diſtinguere corpora parua:
Nomina ſed cunctis ſeruauit fida vetuſtas:
Electra, Alcyoneq́ue, Celænoq́ue, Meropeq́ue
Aſterope, & Taijgete, & Mea parentem
Cælifero genitas, ſi verè ſuſtinet Atlas
Regna Iouis, ſuperoſq́ue, atq. ipſo pondere gaudet.
Lumine non multis Plias certauerit aſtris,
Præcipuo ſed honore oſtendit tempora bina.
Cùm primum agricolam ventus ſuperimminet auſter,
Et cùm ſurgit hyems portu fugienda peritis


PLEIADES.



LYRA.

Quin etiam Lyra Mercurio dilecta Deorum
* Plurimulum accepta prolis cælo nitet ante labore.
* Deuictam effigiem plantâ, erectaque dextra.
Tempora læua premit tortis ſubiecta Draconis,
Summa genu ſubuerſa tenet, quà ſe Lyra verſat.

LYRA.



CYGNVS.

Contrà ſpectat auem, vel Phœbi qui fuit olim
Cycnus, vel candens thalamis qui lapſus adulter
Furta Iouis falſâ volucer ſub imagine texit.
Inter defectum ſidus, Cygnumq́ue nitentem
Mercurialis habet ſedem Lyra: multa videbis
Stellarum vacua in cygnum: multa ignea rurſus,
al. *Haut* *Aut medij fulgoris erunt: penna vtraque lata.
Dexterior iuxta regalem Cepheos vlnam,
At læuâ fugit inſtantem ſibi Pegaſon alâ.
Piſcibus interlucet equi latus, at caput eius
Dextra manus latices quâ fundit Aquarius exit.

CYGNVS.



Nec

AQVARIVS.

Nec procul hinc dextrâ defundit Aquarius vndas,
Atque imitata cadunt errantis ſigna liquoris.
* Scorpius erecta torquet quà ſpicula caudâ.
* Cùm primum Ægocero ſemper properare videtur

AQVARIVS.



CAPRICORNVS.

Oceano merſus ſopitas condere flammas.
Tum breuis occaſus ortuſque intercipit hora.
Cùm Sol ambierit metas gelidi Capricorni:
Nam neque perficiet curſus & vota breuis lux
*al. *mox.* Et cum terrores auget * nox atra marinos,
Multum clamatos fruſtra ſpectaueris ortus.
Tunc rigor, aut rapidus ponto tunc incubat Auſter:
Pigra miniſteria, & nautis tremor occupat artus.
Sed rationem animi temeraria pectora ſoluent.
Nulla dies oritur, quæ iam vacua æquora cernat
Puppibus, & ſemper tumidis ratis innatat vndis.
Interea tentare vndas iuuat: aſpera ſed cùm
Aſſultat lateri deprenſæ ſpuma carinæ
Tunc alti curuos proſpectant litore portus,
Inuentaſque alij terras pro munere narrant.
Intereà exanimat pauidos inſtantis aquæ mons.
Aſt alij procul à terrâ iactantur in alto:
Munit eos breue lignum, & fata inſtantia pellit,
Nam tantum à letho, quantũ rate fluctibus abſunt.

CAPRICORNVS.



SAGITTARIVS.

Belligerum Titan magnum cùm contigit arcum,
Ducentemq́ue ferunt ſinuato ſpicula neruo,
Iam clauſum ratione mare eſt, iam nauita portu
* Infeſtam noctem fugit ad longaſq́ue tenebras.
Signum erit exoriens nobis tum nocte ſupremâ
Scorpius, ille micat ſupra freta cærula caudâ.
Inſequitur grauis arcus, & in lucem magis exit.
Tunc altè Cynoſura regit, tum totus in vndas
Mergitur Orion, humeris & vertice Cepheus.


SAGIT-

SAGITTARIVS.




SAGITTA & AQVILA.

Eſt etiam, incertum quo cornu miſſa, ſagitta,
Quam ſeruat Iouis ales: habet miracula nulla.
* Si cælum aſcendit Iouis armiger: hic tamen ardum
Vnguibus inneruis Phrygium rapuit Ganymedem,
Et cælo appoſitus cuſtos, quo Iupiter arſit
In puero, luit excidio quem Troia furorem.




SAGIT-

SAGITTA ET AQVILA.



Delphini



DELPHIN.

Delphini inde breuis lucet iuxta Capricornum
Paucis ſideribus: tulit hic Atlantida Nymphen
In thalamos Neptune tuos, miſeratus amantem.
Sidera quæ mundi pars celſior æthere voluit,
Quæque vident Borean ventis adſueta ſerenis,
Diximus: hinc alius decliuis ducitur ordo,
Sentit & inſanos obſcuris flatibus auſtros.

DELPHIN.



ORION.

Primus in obliquo rapitur ſub pectore Tauri
Orion: nonnulla magis vicina notabit
Stella virum, ſparſæ quum toto corpore flammæ.
al. magniſque Tale caput, * magnique humeris ſic baltheus exit,
Sic vagina enſis, pernici ſic pede fulget.

ORION.



SIRIVS.

* Talis & cuſtos aderit Canis ore timendo,
Ore vomit flammam, membris contemptior ignis,
* Sirion hunc Graij prio ſuu nomine dicunt.
Cum tetigit Solis radios, accenditur æſtas,
Diſcernitque ortu longè ſata viuida firmat.
At quibus arctatæ frondes, aut languida radix,
Exanimat: nullo gaudet maiúſve, minúſve
Agricola, & ſidus primo ſpeculatur ab ortu.

SIRIVS.



Lepvs.

Auritum Leporem ſequitur Canis,& fugit ille,
* Vrgetur curſu rutili Canis ille per æthera.
Sic vtrunque oritur, ſic occidit in freta ſidus.
Paruulus in ſtellis Lepus eſt quoque; nanque vbi magnus
Emicat Orion, gemina ad veſtigia ſubter
Voluitur, inſtantem premit igneo Sirius ore.

LEPVS.




At quà

Argo.

At qua cauda Canis languenti deſinit aſtro
Fulgent Argoæ ſtellis apluſtria puppis.
Puppe etenim trahitur, non recto libera curſu:
Vt cum decurrens inhibet iam nauita remos,
Auerſamque ratem votis damnatus ab ore
Perlegit optatam cupiens contingere terram.
Sed quia pars violata fuit coëuntia ſaxa
Numine Iunonis tutus confugit Iaſon.
Hæc micat in cælo lateri non amplius aucta,
Quà ſurgit malus; quà debet reddere proram,
Intercepta perit nullâ ſub imagine forma.
Puppis demiſſo tantum ſtat lucida clauo.

ARGO.



PISTRIS.

At procul expoſitam ſequitur Nereïa Piſtris
Andromedam: media eſt Solis via, cum tamen illa
Terretur monſtro pelagi, gaudetq́ue ſub axe
Diuerſo poſita, & Boreæ vicina legente.
al. piſtris agit. Auſter * piſtris agens duo ſidera, perlegit vnum:
Namque Aries ſuprà Piſtrim, piſceſq́ue feruntur,
Bellua ſed ponti, non multum præterit amnem:
Amnem, qui Phaëthonta ſuas defleuit ad vndas,
Poſtquam patris equos non æquo pondere rexit,
Vulnere reddentem flammas Iouis: hunc noua ſilua
Planxere ignotis mæſtæ Phaëthontides vlmis.

PISTRIS.



ERIDANVS.

Eridanus medius liquidis interiacet astris.
Huius pars vndæ læuum ferit Orionis
Lapsa pedem, procul amotis qui Piscibus vsus
Vincula coniectat nodus: cristam super ipsam
Æquore Pistris adit. sunt illi libera cælo
Sidera, nonnullam specie reddentia formam,
Sub leporis latus, auersam post denique puppim,
Inter & Eridanum, flexusq́ue, cauumq́ue carinæ:
Atque hæc ipsa notat, si nullam ferre figuram.
Sunt etiam toto sparsi sine nomine mundi
Inter signa ignes, quibus etsi propria desit
Forma per oppositi noscuntur lumina signi.

ERIDANVS.



Piscis notius.

Est etiam à Geminis diuersis Piscibus vnus
Qui Borean fugiat, totus directus in Austros,
Ventre sub Ægoceri, Pristim conuersus ad imam.
Infimus Hydrochoos sed quà vestigia figit,
Sunt aliæ stellæ, quà caudam bellua flectit,
Quaque caput piscis mediâ regione locatæ.
Nullum nomen habent, nec causa est nominis vlla,
Sic tenuis cunctis iam penè euanuit ardor.
Nec procul hinc dextrâ defundit Aquarius vndas,
Atque imitata cadunt errantis signa liquoris,
E quibus vna magis sub caudâ flamma relucet
Squammigeræ Pistris: pedibus subit altera signi
Fundentis latices. Est & sine honore corona,
al. *nullum* Ante Sagittiferi* multum pernicia crura.

PISCIS NOTIVS.



Thuri-

Thvribvlvm.

Thuribulum vicinum auſtris ſacro igne videbis
Arcturum contrà: ſed quantò tardius ille
Oceanum occaſu tangit, tantò & magis arte
al. *Thuribulo.* * Thuribulum metæ vim cælo ſuſcipit, & iam
al. *tactu.* Præcipiti* tractu vaſtis dimittitur vndis.
Multa dedit Natura homini rata ſigna ſalutis,
Venturamque notis cladem depellere ſuaſit.
al. *numerum.* Inter certa licet* numeres ſub nocte cauendâ
Thuribulum: nam ſi ſordebunt cætera cæli
Nubibus obductis illo ſplendore timeto,
Ne pacem pelagi ſoluat violentior auſter.
Tunc mihi ſiccentur ſubſtricto cornua velo,
Et rigidi emittant flatus per inane rudentes.
Quod ſi deprenſæ turbauit lintea puppis,
Incubuitque ſinu laxo, vel mergitur vndis
Prona ratis, ſoluetque inimicum Nerea prorâ
Vel ſi reſpexit ſeruator Iupiter, ægrè
Vltima perſoluunt iactatæ vota ſalutis.
Nec metus ante fugit, quam pars perfulſerit omnis,
Quæ Borean cælum ſpectantibus indicet orbem.

THVRIBVLVM.



Centavrvs.

Sunt etiam flammis commissa immania membra
Centauri, capite, atque hirsuto corpore, & aluo
Subter candenteis hominem reddentia Chelas.
Inde per ingentes costas, per crura, per armos
Nascitur intactâ sonipes sub Virgine dextrâ.
Seu prædam è siluis portat, seu dona propinqua
Placatura Deos, cultor Iouis admouet Aræ.
Hic erit ille pius Chiro, tutissimus omnes
Inter nubigenas, & magni doctor Achillis
Hic humero medium scindens iter ætheris alti.
Si tenuem traxit nubem, stellasque recondit
Toto clarus equo, venienteis nunciat Euros.


CENTAVRVS.



HYDRA, CRATER, CORVVS.

* Nec procul hinc Hydros trahitur, cui cauda ſuperni
Centaurum lucet, tractus ſubit ille Leonem,
* Peruenit ad Cancrũ capite, & triſtia ſidera tangit.
Hic primos ortus Crater premit vlterioris,
Vocali roſtro coruus forat: omnia lucent,
Et coruus pennis, & paruo pondere crater,
Et ſpatio triplici formatus ſideris Hydros.

HYDRA
CRATER
CORVVS.



PROCYON.

Sub Geminis Procyon fulgentia sidera surgit.

PROCYON.




Hic

PLANETAE.

Hic cælo ornatus trahitur noctemque diemque.
Sors sua cuique data est; semel adsignata tuentur
* In morti loca, nec longo mutantur in æuo.
At quinque stellæ diuersa lege feruntur,
Et proprio motu mundo contraria voluunt
Curricula, exceduntque loco, & vestigia mutant.
* Haud equidem passim alio contingere signo,
* Quæ diuisa dies hinc atque hinc sæpe videntur,
Occasus, ortusque, neque anfractus breuis illis,
Annosasque vias tardus vix perficit orbis.
Hoc opus arcanis si credam post modo musis,
* Tempus & ipse labor patiatur fata docebit.


PLANETÆ.



CIRCVLI.

Signorum partes quorum prædicta figura,
Annum expleturi prædicunt quatuor orbes.
Interualla trium transuersus colligat vnus,
Nec par est illi spatium: duo namque feruntur
* Inter se æquales, quorum est maxima forma,
Et totidem inter se prædictis ante minores.
Hi semper dictant illos: communia signa
Committunt, qua se tangunt: pars æqua rotarum
Diuiditur binos vt si quis desecet arcus.

CIRCVLI.



LACTEVS.

Diſſimilis cunctis liquidâ ſub nocte videtur,
Sydera cum reddunt ſinceros eminus ignes,
Lactis ei color eſt, mediis vt lucet in vmbris.
Lacteus hic orbis nullo minus orbe rotatur.

LACTEVS.



TROPICVS CANCRI. Celſior ad Borean qui vergit circulus, altos
Et peragit tractus vicinis haud procul Vrſis,
Per Geminos currit medios, veſtigia tangit
Aurigæ plantamque tegit Perſeida læua,
* Tranſuerſæ Andromedæ ſecat vtraque latera tactu,
* Et totam ab humero dextram ſumma vngula curſu
* Diuidit & ſagittiferi medium pernicia crura.
Hinc alius rapit orbis iter, tum candidus ora
Cycnus habet, iuxta cubito lucet ſuper ipſum
Nixa genu facies, & primis ignibus anguis
Effugit, at Virgo totus Leo, totus in ipſo
Cancer, ab aduerſis omnem ſecat ille Leonem
Clunibus, hirſutique iubam per pectoris exit:
Cancro qui fulgent oculi, cui regula currit
* Per medios, ſic diuidit latera vtraque tangunt,
Et geminis humeros, & Tauri vngula dextra.
* Radit Ophyuci humeros vaſtos fulgere notabis.
Hunc octo in partis ſi quis diuiſerit orbem,
Quinque ſuper terras ſemper fulgere notabis,
Abdit tres vndis, leuibuſque latere ſub vmbris.
Hoc Cancrum tetigit cum Titan orbe timeto
Æſtatem rapidam, & ſoluentis corpora morbos.
Tunc habet æterni cuſtos faſtigia ſumma,
Erectoque polo breuibus non applicat vnum
Candentis curſus. Auerſo nititur orbe
Dum tangant metas: pronus deuoluitur inde.
TROPICVS CAPRICORNI. Hinc Boreæ proprior: contrarius excipit Auſtros:
Ægocero metas hyemis glacialibus Auſtris,
Æſtatiſque tenet flagranti ſydera Cancer.
Hoc medium ſydus findit deuexior orbis,
Fundentis latices genua implicat: illigat illum
Intorta priſtis caudâ, velocia crura
* Configit leporis, canem iam deſecat imum.
* Deſecat & ſacra ſpecioſæ pluſtria puppis,

Centau-

Centaurique humeros, & scorpion vltima cauda
Spicula torquentem: magnus micat orbis in illo.
Inde Austro propior sol est aquilone relicto,
Et gelidas hyemes hebetato lumine portat.
Huius tres cælo partes adsurgere cernes,
Quinque latent vndis, & longâ nocte feruntur.
Hos inter medius nullo minor orbis habetur, ÆQVINOCTIALIS.
In quo cum Phœbus radiatos extulit ignes,
Diuidit æquali spatio noctemque diemque
Bis redit hæc facies librato sydere mundi,
Cùm ver fœcundum surgit, cum deficit æstas:
Signa aries taurusque æquo tanguntur ab orbe:
Sed princeps aries toto fulgebit in orbe,
Tauri armum subit, & flexi duo sydera cruris.
At medium Oriona secat, spiramque priorem
Hydri, & Crateram læuem, coruique querentis
Vltima deficiunt nigrâ quà sydera caudâ.
Illic & Chelas transuerso lumine quæres,
Et celsi mediâ partē anguis, & à medio Ophyucum, *
Nec procul inde Aquila, toto capite incubat ardēs *
Pegasus, & longæ spacio ceruicis inhæret.
Hos orbes, quorum actus, & signa docemus, *
Rectus per medios decurrens traiicit axis:
Tres interuallis paribus sine fine notantur,
Nec mutare vias possunt, nec iungere sulcos:
Quartus in obliquam tres vnus colligit orbis,
Partibus extremos diuersos implicat vnus,
Inter vtrunque secat medium defectus in illum.
Non si Palladiâ doctus formaret ab arte,
Distantes orbes melius religasset ab vno.
Sed tribus idem ortus omni nascentur ab æuo,
Atque eadem occasus remanent certissima signa. ZODIACVS.
Quartus ab Oceano tantum vestigia mutat,
Obliquo currens spacio, quantum Capricornus,

Æſtifero diſtat Cancro, quam latus ad auras
Ætherias ſurgit, tam ſacris mergitur vndis.
In ſex ſigniferum ſi quis diuiſerit orbem,
* Æqualis aries, ſuccumbit regula binis
Inferior ſignis ſpatiis, tantumq́ue tenebit
Vna ſuis lateris, quantum à tellure recedit:
Nec tamen humanos viſus fugit vltimus orbis.
Hæc via Solis erit bis ſenis lucida ſignis.
Nobilis hic Aries aurato vellere, quondam
Qui tulit in tauros Phryxum, qui prodidit Hellen,
Quem propter fabricata ratis, quē perfida Colchis
Sopito vigili inceſto donabit amore.
Corniger hic taurus, cuius decepta figura
Europæ thalamis, & Virginitate relictæ
Per freta ſublimis tergo mendacia ſenſit
Litore, Cretæo partus enixa marito.
Sunt Gemini, quos nulla dies ſub Tartara miſit,
Sed cælo ſemper nautis lætiſſima ſigna
Lædeos ſtatuit iuuenes pater ipſe deorum.
Te quoq. fæcundâ meteret cum cominus hydram
Alcydes auſum morſu contingere bello,
Sidere donauit Cancrum Saturnia Iuno,
Numquam oblita ſui, numquam ſecura nouercæ.
Hinc Nemeœus erit iuxta Leo, tunc pia Virgo,
Scorpios hinc duplex, quam cætera poſſidet orbe
Sydera, per chelas geminato lumine fulgens.
* Quæ mihi dicta canant magnum ſidus Orionis.
Inde ſagittifero lentus curuabitur arcus,
Qui ſolitus Muſas venerari ſupplice & plauſu,
Acceptus cælo Phœbeis ardet in armis.
Poplitis inuentor, cuius Titania flatu
Bellantem comitata Iouem, pietatis honorem
Vt fuerat geminus forma, ſic ſydere cæpit.
Hic Auguſte tuum genitali corpore numen,

Attonitas

Attonitas inter gentes, patriamque parentem
In cælum tulit, & maternis reddidit astris.
Proximus infectas olim quas fugerat vndas
Deucalion parùm defendens indicat vlnam. *
Annua concludunt Syriæ duo nomina pisces
Temperat: hunc iterum prædictus nascitur ordo.
Lanigeri, & Tauri, Geminorum, postea Cancri,
Tunc Leo, tunc Virgo, tũ Scorpios, Arquitenensque,
Et gelidus Capricornus, & imbriferi duo pisces.
Æui perfecti diuisus tollitur orbis.
Sæpe velis quantum superet cognoscere noctis
Et spe venturæ solari pectora lucis:
Prima tibi nota Solis erit, quo sidere currat;
Semper enim Phœbus signo radiantis in vno.
Cætera tum proris ardentia suscipe flammis,
Quid cadat vt surgat summóve feratur ab orbe,
Quantóve exiliant spatio cum cærula lingunt.
Namque alius pernix, alius maiore trahetur
Mole alio: Oceanum tardo liquentia passu.
Quòd sine fine caua solis via forte latebit, *
Occulet aut signum conscendens vertice cælum
Altus Athos vel Quillene vel candidus Hæmus,
Gargaro nauti dens superisve agitatus Olympus, *
Tum dextra læuaque simul redeuntia signis
Sydera si noris, nunquam te tempora noctis
Effugient, nunquam ventus Tithonius ortus. ORIENTIA ET OCCIDENTIA CANCRO ORIENTE.
Cùm primo Cancrum Tethys emittit in auras,
Excipit Oceanus Minoiæ serta coronæ,
Occidit & dorsus piscis, caudaque priore:
Mergitur in totos humero Ophiuchus, & anguis
Vltima cauda micat, ortus habet illa timendos.
Nec multo Arctophylax his longe subiacet astris,
Lumine qui primo, cùm Scorpios occidit vndis,
Occulitur pedibus, durat tamen arduus ore,

m Dum

Dum rigidum Ægoceri signum freta lucida terret:
* Sydereâ vix tuum satiatus luce Bootes,
In terras abit, & noctis plus parte relinquit.
At contra nullo defectus lumine totus
Orion humeris splendebit, magnaque diui
Vagina & claro celatus alteus igni,
Cornua & Eridanus liquido feret vtraque cælo.

ORIENTE LEONE.

At cum prima iuba radiarit flamma Leonis,
Quicquid parte micat cælo nascente sub vndas
Omnem abit, atque feri venientis defugit hora.
Tota Iouis mersa est pennis stellantibus ales,
Quique genu posito defessus conditur vndis
Crure tenus redit in cælum, vasti caput Hydri,
Et pernix lepus, & Procyon, & Sirius ipse,
Toriusque Canis rabidi vestigia prima.

ORIENTE VIRGINE.

Accipe quæ vitent exorsæ Virginis ora;
Delphinus motis iam tum deflexerit vndis,
Et Lyra dulce sonans, & flammis cincta sagitta,
Et niueus Cygnus properarit tangere fluctus,
Vtraque penna volans caudam vix lucet ad ipsam:
Nigrescitque Padus, terræ qui proximus amnis.
Tum caput abscondit sonipes, cum tota latebit
Ceruix, at contra sublimior Hydra feretur.
* Terratenus traxit surgentia plustria puppis
Argoæ, totusque canis: sed cum pia virgo
Nascitur illa ratio media plus arbore lucet.

ORIENTE LIBRA.

Surgenteis etiam Chelas sua signa notabunt:
Exilem Oceano nunc toto crine Bootes,
Quem claro veniens Arcturus nunciat ore:
Celsaque puppis habet: cauda minus attamen illa;
Nixa genu species flexo redit ardua crure,
* Partibus haud alij noctem fluctuata suprema:
Bis solet illa vnâ cælo se ostendere noctem,
Nam si Phœbeos currus, dum longa venit nox,

Occasus.

Occaſus ſequitur, rurſus fugit Oceanum ortu.
Crure ſimul Chelæ fulgent, cum ſcorpios exit,
Tam totis radiat membris miſciabile ſidus:
At cum tantus abit, quantum lira ſurgat ab vndis,
Argoſipia ſuo cælo refertur imago. *
Imperfecta redit cælo cum tota corona, ORIENTE SCORPIO.
Et Chiton prius ad caudam cognoſcitur vna,
Pegaſus abſcondit toto tunc pectore pennas,
Nec lucet cauda præmerſus pectore cygnus:
Ardet & Andromedæ vultus, priſtis & maxima *
Occaſum ſequitur venientis & Virginis ora: *
Criſta ſuper cælo fulget, caput abditur ipſi.
Regalis Cepheus altis intactus ab vndis.
Scorpios exoriens, quàm clarus fulſerit annus.
Scorpius Oriona fugat, pauet ille ſequentem.
Si vati placata precor Latonia Virgo,
Non ego non primus, veteres cecinere poëtæ:
Virginis intactas quondam qui tangere veſtes
Auſum hominem diuæ ſacrũ temeraſſe pudorem.
Deuotus pœnæ tunc impius ille futuræ,
Nudabatque feris anguſto ſtipite ſiluas,
Pacatamque Chion dono dabat Oenopioni.
Ad patiens etenim Phœbi germana repente
Numinis vltorem mediâ tellure reuulſa
Scorpion ingenti maiorem contulit hoſtem.
Parcite mortales: nunquam leuis ira deorum.
Horret vulnus adhuc & ſpicula tincta veneno
Flebilis Orion, & quanquam parte relictâ
Cæli pæne fugit tamen altis mergitur vndis.
Scorpios ardenti cum pectore contigit ortus,
Nil ſuper Andromedæ, nil priſtis luce fruetur;
In caput atque humeros rapit orbis Caſſiepia,
Declinemque trahunt æterno pondere mundi,
Corruptaque cadunt forma, certauerit olim

Quà sinus æquorei natis, cum litore Cancri
Doridos, & Panopes spectasset stulta choreas.
* Illa abit Oceano, totiensque serta corona
In cælum redeunt, totum se liberat Hydrus.
Cruribus exspectat Chiron obscurior arcu,
Corpore iam toto vastus, & vertice clarus.
Tum fera, quam dextra portat Centaurus, in auras
Exilit, & claris aperitur flexibus anguis,
Innixusque genu læua minus æquora lincunt;
ORIENTE SAGITTARIO. At cum prima subit facies remeabilis arcu,
Iam sicca Oceano Chiron pernicia crura
* Expulit, celsis Ophiuchus fulget in astris.
Nil trahit obscurum serpens, sed trunca recepta
Desinit esse manum mediis deformis imago.
Iam Lyra cum superis, & cygni dextera penna,
Radit tellurem rediens cum sidere Cepheus,
Tum canis abscondit totius corporis ignis,
Et latet Orion, & semper tutus in vndis
Est Lepus, argoæque ratis qua flexile signum
In puppim formatur: adhuc aplustria lucent:
Mergitur & Perseus, & Capræ nobile lumen.
ORIENTE CAPRICORNO. Aurigam totum abscondit veniens Capricornus,
Atque omne ornatum venerandæ numine puppis,
Tum Procyon obscurus abit: redit armiger vncis
Vnguibus, ante omnis gratus tibi, Iuppiter, ales:
Omnibus & stellis Cygnus redit, & leue telum,
Et paruus Delphinus, & apta altaria sacris.
* Eminus exurgit Minoia nota corona.
ORIENTE AQVARIO. Hydrochoos cælum scandens simul euocat ore
Et ceruice tenus fidentem Pegason alis.
Auersum Chirona trahit nox atra sub vndas,
Oceanus caudam tingit, nondum capit ora,
Non vastos humeros, tum pectora tristia sertis.
Hydram plus mediam tondit, pars tertia lucet.

Hanc

Hanc pisces addunt orti tumque bis omnes;
Cum geminos pisces Aquilonis prouocat aura ORIENTIBVS PISCIBVS.
Ille etiam surgit, qui tristes respicit Austros:
Piscibus ille simul surgit & liberat ortus,
Cùm pernix Aries in cælum cornua tollit,
Pisces educunt Cepheïda, lætior illa
Nereïdos, pontoque fugam, cæloque refertur.
Ortus lanigeri properabunt condere sacrum ORIENTE ARIETE.
Thuribulum: patrio fulgebit in æthere Perseus.
Persea cum pinnæ redeunt, iam Plias ab vndis
Effugit, & dextro Tauri & cognoscitur armo.
Fixus & immotus trahitur sine curribus illis
Myrtilus, aut totum cernens, cùm interit ipsum.
In cælum redit, & pars dextera mergitur vndis.
Vertice lucebit, teneros manus effugit hædos,
Læua Iouis nutrix humero radiauit in ipso.
Proxima telluri nascetur planta sinistra:
Cætera cùm geminis perfecto sidere surgent:
Tauro pistrices pariter, cristæque refulgent, ORIENTE TAVRO.
Caudaque vicinum terris iam cernet Booten,
Et cum se genibus demisit pars Ophiuchi,
Signum erit Oceano geminos remeare relicto. ORIENTIBVS GEMINIS.
Totaque iam piscis lucebunt squamea terra,
Eridani & primo deprendat nauita fontes,
Cælum conspiciens, dum claro se mouet ortu
Orion: habet ille notas quæ tempora noctes
Significet, ventósve truces, fidamque quietem.

FINIS.

FRAGMENTVM PROGNOSTICORVM.

GRANDINE permixtus Aries, niuibusq; caducis
Spargunt vicina tristis supra iuga Piscis.
Taurus portat aquas, & ventos, excitat aries.
Fulmina cum crebrò iaculatur Iuppiter, & tunc
Intonat emissos violentior ignibus æther.
At geminis leuiter perstridunt cærula venti,
Rarus & in terras cælo dimittitur humor.
Omnia mitescunt tranquillo sydere Cancri.
Siccus erit Leo: præcipuè cui pectora feruent:
Virgo refert pluuias, & permouet aëra ventis.
Lenius est libræ signum, vix rore in illo.
Scorpios assiduè cælo minitabitur ignis,
Lentior in pluuias, magis inuenit arua quieta,
Atque trucis ventos, densâ niue sæpe rigebunt.
Sagittiferique rarâ descendit pluuia terris.
Ægoceros alia spargit & frigora durat,
Instabilique gelu falli vestigia passus.
Qui fundit latices cælo quoque permouet imbres.
Omnia miscentur cum piscibus: aspera ventis
Æquora turbatos voluunt ad sydera fluctus:
Imbribus incumbit in cælum solemque recondit:
Grandine pulsatur tellus, niue mœnia durant.
Hæc vt quisque deus possedit numine signa:
Adiungunt proprias vires: torpere videntur
Omnia Saturno: raros ille exprimit ignes,
Et siccas Hyemes adstrictis perficit vndis,
Grandine durantur pluuiæ, niue grande putrescit,
Et rigor accedit ventis: mitissimus ille



HVGEIANI GROTII
NOTAE
AD
PHÆNOMENA ARATI.

ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ]. Opuſculum hoc τῶν φαινομένων πραγματείαν Proclus & Theon vocant. φαίνεσθαι aſtrorum eſt proprium. Ariſtoteles aliique ſæpè ſtellas vocant φαινόμενα. Titulo hoc libros ſcripſerunt plurimi, vt ante Aratum, Eudoxus Cnydius, Laſus Magneſius, Ariſtophanes Byzantius, & Hermippus, & Hegeſianax, quorum meminit Ptolemæus in illo Epigrammate:

Πάνθ' ὑπὸ ἄνακτι, καὶ ἑρμῆς τὰ περὶ αὐτῶν
Τείρεα. Καὶ πολλοὶ τοῦδε τὰ φαινόμενα
Βίβλοις ἐσφραγίσαντο, ἀπὸ σκοποῦ δ' ἀφάμαρτον,
Ἀλλὰ τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον Ἄρατος ἔχει.

Laudat Rex Ptolemæus Aratum λεπτολογίας gratiâ, vt & Callimachus:

Χαίρετε λεπταὶ
Ῥήσιες, Ἀρήτου σύμβολον ἀγρυπνίης.

De hiſce Arati lucubrationibus extat ſplendidiſſimum Cinnæ Epigramma, quod apud Iſidorum inuenies:

Hæc tibi Arateis multum inuigilata lucernis
Carmina, quîs ignes nouimus æthereos,
Leuis in aridulo maluæ conſcripta libello,
Perſica conuexit munera nauicula.

Cæterum dubitandum non eſt quin Aratus opuſculum hoc ſuum ex aliis præcedentis æui auctoribus concinnarit. Quid itaque mirum ſi Cicero ait: *Conſtat inter doctos homines, ignarum Aſtrologiæ ornatiſſimis atque optimis verſibus Aratum de cælo ſtelliſq́; ſcripſiſſe.* Præcipuè verò Eudoxum eſſe imitatum iſta Auieni indicant:

Hic primum Cnydij radium ſenis intulit aſtris,
Mortaléſq; loqui docuit conuexa Deorum,

Poſteà ſubiungit:

Quæ rurſum ingenio, numeriſq; Soleuſibus idem
Iuppiter efferri melius dedit;

Ergo Aratus Eudoxum carmine tranſtulit, quod & ſequentia indicant. Celebre eſt illud Fabij de Arato noſtro iudicium: *Materia Arati motu caret, vt in quâ nulla varietas, nullus affectus, nulla perſona, nulla cujuſquam ſit oratio.* Sed quod ille vitio videtur vertere, id Ptolemæus Rex, & ipſe Callimachus non excuſant modo, ſed & admirantur, τὴν λεπτὴν ῥῆσιν nimirum. Sed quid potuiſſet, in Virginis fabulâ expreſſit: In reliquis, id quod voluit. Quæ ſequuntur apud Quintilianum: *Sufficit tamen operi, cui ſe credidit parem*, omnino reſpiciunt illos verſus.

ἄρχαιον ἦλθεν
ἀπλανίας τάπε κύκλα, τά τ' αἰθέρι τέρματ' ἐνεστῶν.

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα] Citat Clemens Alexandrinus Strom. V. ἀρξώμεσθα. Ego alterum præfero: Ita Heſiodus Theogoniâ:

Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν

Et poſteà:

Τύνη Μουσάων ἀρχώμεθα.

Et Theocritus Aratum imitatus:

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα καὶ ἐς Δία λήγετε Μοῦσαι.

Vtrumque Maro ſequutus eſt iſto carmine,

Ab Ioue principium Muſæ: Iouis omnia plena:
Ille colit terras, illi mea carmina curæ.

Μεσταὶ δὲ Διὸς.] Citat apud Euſebium Ariſtobulus Peripateticus Θεοῦ, & infrà πάντη δὲ Θεοῦ κεχρήμεθα πάντες.

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.] Citat Apoſtolus Paulus ſcribente Lucâ: ἐν αὐτῷ (τῷ Θεῷ) γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν, ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι.

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

Quod ex hoc loco deſumptum monet Clemens Strom. I. & V. Vnde liquet ea quæ Aratus hic canit nō de aere cum Germanici Scholiaſte intelligenda eſſe, ſed de Deo. Bene quiſquis ille qui διαίρεσιν illam ἀρατείας σφαίρας ſcripſit ait intelligere Aratum τὸν ὄντως θεόν: vel vt ego malim inibi legi βασιλέα. Nam & Theon ait βασιλεὺς δὲ τῶν ὅλων καὶ πατὴρ ὁ Ζεύς.

Ἀρίστη] Videtur legiſſe Aſclepiades ἀρεστὴ pro ἀρίστη.

Καὶ φυτὰ γυρῶσαι.] Euſebius ὑγρῶσαι.

Ἀστέρας διακρίνας.] Hunc locum innuit Manilius, cum canit:

Sentiréntq; Deum gentes quàm maximus eſſet,
Quis ſua diſpoſuit per tempora, &c.

Ὡράων.] Vt ſenſus ſit expeditior lego,
ἀνθρώποισιν, ὡράων ἐφ' ἑκάστῳ ἐμπεδα πάντα φύονται.

Πρῶτοι καὶ ὕστεροι.] Homerus:

Ἐν σοὶ μὲν λήξω· σέο δ' ἄρξομαι —

Heſiodus:

 σφᾶς

Σφᾶς δ' αὐτὰς πρὠτόνης καὶ (σφέων) αὐτὸν ἀείδειν.] optimè vetteres obseruarunt, & infrà clarius patebit.

Theognis:

Ω ἄνα Λητοῦς υἱὲ, Διὸς τέκος οὔποτε σεῖο
Λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ' ἀναπαυόμενος.

Theocritus Id. 17. vt supra citauimus:

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα καὶ ἐς Δία λήγετε Μοῖσαι.

Et ibidem:

Ἀνδρῶν δ' αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω,
Καὶ πύματος καὶ μέσσος. ——

Ἐσκίψατο.] Theon exponit ἐφρόντισεν. Sed puto non male cum Clemente Alexandrino legi posse ἐσκέψατο. Ita Homerus dixit:

Ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.

Αὐτὸς καὶ προτέρη γενεή.] Duplicem expositionem affert Scholiastes. Prior est, vt disiunctè intelligamus, per προτέραν γενεὰν Heroas antiquos, quorum nonnulli nomina sideribus dederunt. Altera est, vt coniunctim hæc de Ioue intelligamus, quasi dicat. χαῖρε, ἐπεὶ αὐτὸς εἶ, καὶ ἡ προτέρα γενεὰ, vt Auienus dixit, *Atque tui pariter gemini.* Sed non male eò possit referri quod Iuppiter sit Sol nonnullis, & πρωτογόνος, quæ duo explicauimus in Onomacriticis. Capellæ dicitur *prima progago*, hoc est ad verbum προτέρη γενεή.

Μειλίχιαι μάλα πᾶσαι.] Imitatur Maro:

Me verò primum dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero ingenti percussus amore,
Accipiant, cælique vias & sidera monstrent.

Ἀελίοις] Æolicum est, vt ἄμυδις. Hoc in versu pro ἐόντες multi ἰόντες legerunt. Sed est περιττολογίας sermo.

Σμοιχίς.] ν debet geminari, vt apud Hesiodum συνεχέως ἐμάχοντο.

Ἔχε δ' ἀτάλαντον.] Rectè: ἀτάλαντος Æolicum est pro ἀματάλαντος, vt ἀδελφὸς, ἀμάδελφος. ἀκόλουθος, ἀμακόλουθος. Aliter legit, aut intelligit Leontius qui ait: δῆλον δὲ τὸν ἄξονα φανταζέσθαι τὸ περὶ τοῦ ποιητοῦ ἄτλαντα καλούμενον. Non Germanicus, qui transfert:

Librataque tenet terras.

Περὶ δ' οὐρανὸς αὐτὸν ἀγινεῖ.] Grammatici exponebant, οὐρανὸς περιαγινεῖ ἤγουν περιάγει αὐτὸν τὸν ἄξονα. Pessimè: nam axis

Οὐδ' ὀλίγον μετανίσσεται.

Scholiastes ait: ὁ δὲ οὐρανὸς περὶ αὐτὸν ἀγινεῖ τὰ ἄστρα. Mihi non displicet Mathematicorum lectio:

Περὶ δ' οὐρανὸς αὐτὸν ἀγινεῖ.

Leontius: καὶ ἄξων λέγεται, ἐπεὶ περὶ αὐτὸν ὁ οὐρανὸς ἄγεται. Manilius hoc modo:

Sidereus circa medium quem voluitur orbis.
Æthereosque rotat cursus.

Vide etiam cætera quæ mihi præcedunt & sequuntur ex Arateis translata.

Ὑψόθεν ὠκεανοῖο.] Aratus vbique Horizontem vocat Oceanum, vt & Homerus, quod optimè vetteres obseruarunt, & infrà clarius patebit.

Ἀμάξας.] Nomen ἁμαξῶν Aratus more Grammatico, hoc est suo, nam & ipse erat Grammaticus, deriuat ἀπὸ τοῦ ἅμα ἄγεσθαι.

Ἀπ' ὤμων.] Ita nempe vt prioris caput conuersum sit ad clunes posterioris (quod omninò verum) non quod quæque suum caput ad suas nates inclinet (eo quod capite demisso appareant) vt voluit Aristarchus. Benè & clarè Germanicus: *caput alterius super horrida terga Alterius lucet.* Ἰξύα Scholiastes ἄκρον interpretatur. Manilius caudam: ait enim: *vtraque caudam Vergit in alterius rostro* vel sic *ita malis, Vertit in alterius rostrum.*

Δίκτῳ ἐν εὐώδει.] Scholiastes distinguit:

Δίκτῳ ἐν, εὐώδει, ὄρεος χεδὸν Ἰδαίοιο.

Sed vtcunque legat non facile persuadebit de Dicto monte. Dicten noui, Dictum non noui. Zenodotus Mallotes Δίκτον pro δικτάμνον per syncopen dictum putauit, quod vt non planè improbem facit primò quod dicat εὐώδει deinde quod partui apta hæc herba, ideoque eâ coronatam Ilithyiam fingit Euphorion:

Στεψαμένη Ειλείθυια πολυδίκτου δικτάμνοιο.

Tum quod, cum a capris Iupiter feratur enutritus, hæc herba capris sit amicissima, præsertimque in Cretâ. Imò adeò (vt ait Theon) βέλει τρωθεῖσαι αἶγες ὀρύττουσι αὐτὴν καὶ ἀποβάλλουσι τὸ βέλος. Virgilius:

Dictamnum genitrix Cretæâ carpit in Idâ
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.

Cicero 2. de Natur. Deor. *Capras autem in Cretâ feras, quum essent confixæ venantium sagittis, herbam quærere quæ dictamnus vocatur, quam cum gustauissent sagittas excidere dicunt è corpore.* Quod si coniectura in hunc auctorem recipitur putem ego legendum:

Δίκτῃ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν Ἀργαίοιο.

Nam nemo est Græcarum literarum non ignarus qui literarum λ & δ itemque ο & ι in scribendo ignoret affinitatem multis erroribus ansam dedisse. Quod ad alteram vocem attinet scire oportet in quibusdam codicibus Αἰγαίοιο legi. Restat vt rem doceamus quia de verbis & literis euicimus: Hesiodus, cuius imitatorem testantur omnes Aratum, ait in Theogonia:

Πέμψαν δ' ἐς Λύκτον, Κρήτης ἐς πίονα δῆμον,
Ὁππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι
Ζῆνα μέγαν· τὸν μέν οἱ ἐδέξατο Γαῖα πελώρη
Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ τραφέμεν ἀτιταλλέμεναί τε.
Ἔνθα μιν ἷκτο φέρουσα θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν,
Πρώτην ἐς Λύκτον· κρύψεν δέ ἑ χερσὶ λαβοῦσα
Ἄντρῳ ἐν ἠλιβάτῳ, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης,
Αἰγαίῳ ἐν ὄρει πεπυκασμένῳ ὑλήεντι.

Ἐπὶ ἰσχῷ ὀρθ. καλέσσι.] Hesiodus Theog.

Τὴν δ' ἑτέρην Ἑλίκην ἐπικέκληνται καλέεσθαι.

Orpheus:

Ἥλιος ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν.

Homerus Iliad. σ.

Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.

Qui versus Homericus non modò ad hunc Arateum, sed & ad illum qui suprà est:

Ἄρκτοι ἅμα τροχόωσι τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαι.

pertinet. Idem de Sirio:

Ὅν τε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν.

Ἑλίκῃ μὲν ἄνδρες Ἀχαιοί.] Helice Graij vtuntur, vnde ἑλίκωπες Ἀχαιοί Homero: hanc inuenisse fertur Nauplius. Phœnices in rebus nauticis gnariores cynosurâ, quæ ob breuiorem στροφὴν certiora dat signa nautis. Hanc inuenit Thales. Consentit Arato Ouidius:

Magna, minorq́; feræ quarũ regis altera Graias,
Altera Sidonias vtraque sicca rates,

Et idem alibi:

Esse duas Arctos, quarum Cynosura vocatur
Sidoniis, Helicen Graia carina notat.

Ἐπιφέρονται ἰδέσθαι] Lege ἐπιφέρονται.

Πρώτης ἀπὸ νυκτός.] Manilius de Italia:

Quam septem stellæ primo iam Sole remoto
Producunt nigra præbentem lumina nocti.

Τὰς δὲ δι' ἀμφοτέρας] Atticismus pro τὰς δὲ δι' ἀμφοτέρων. quod autem ait οἵη ποταμοῖο ἀπορρὼξ optimè monet Scholiastes ex Hesiodo adumbratum qui viam versâ flumen serpenti comparat.

Κεῖται δ' ἐρχόμενος ἀπειγμένος εἶσι δράκοντος.
Et sanè verum omninò reperio id quod ait ille qui Arati vitam scribit, Poëtam nostrum Hesiodum magis sibi imitandum proposuisse, quàm Homerum; quod & ex phrasi, & ex formulis quibusdam, & ipsis fabulis apertissimè liquet.

Ἐν δ' ἄρα.] Fortè.
Ἐν δ' ἄρα.

Quod verius.

Κείνη που κεφαλῇ τῇ νίσσεται.] Sensus est: Draconis caput Arctici circuli peripheriam tangit: quod verum in eleuatione Gnydi, ad quam Eudoxus, quem Aratus sequitur, hæc scripserat. Arcticus circulus qui hic describitur, alius neotericis alius veteribus. Neotericis est circulus per polum Zodiaci circa mundi axem ductus: Veteribus erat circulus per intersectionem Horizontis, & Meridiani circa axem descriptus, indefinitæ magnitudinis, qui quia semper Horizontem attingeret, prout regio vel Septentrionalius vel Australius esset sita variabat, quod vt probetur, & vicissim loci Aratum illustrantes illustrentur, hos auctores proferemus. Proclus: ὁ μὲν γὰρ ἀρκτικὸς κύκλος ἀφορίζει τὰ ἀεὶ φανερούμενα. Et alibi: οἱ δὲ ἀρκτικοὶ μεταπίπτουσι κατὰ τὰ μεγέθη, καὶ οἷς μὲν μείζονες, οἷς δὲ ἐλάττονες γίνονται. Τοῖς μὲν γὰρ πρὸς ἄρκτον οἰκοῦσι μείζονες οἱ ἀρκτικοὶ κύκλοι γίνονται. Τοῖς γὰρ πόλον μετεωρότερον φαινόμενον, ἀνάγκη καὶ τὸν ἀρκτικὸν κύκλον τὸν ἐφαπτόμενον τοῦ ὁρίζοντος μείζονα ἀεὶ μᾶλλον γίνεσθαι, & quæ sequuntur. Hyginus etiam hos versus vna cum Ciceronis interpretatione in Arctici poli declaratione citat. Capella lucidè ait: *Verum ex parallelis primus is est, qui & semper apparens, & contingens confinia finitoris nunquam mersus assurgit qui Septentrionalis circulus perhibetur, ex eo quod cum cæteris quæ promentur, etiam sydera Septentrionis includit.* Et alibi: *Ab eo* (mundi cardine) *ad Draconis caput, quod iam notaueram vsque ad Finitoris circulum peruenire, lineam duxi.* Et Cleomedes de arctico & antarctico: οὗτοι δὲ διὰ τὰς τῶν κλιμάτων διαφορὰς ἄλλοι παρ' ἄλλοις εἰσὶ μείζους, καὶ ἐλάσσους γινόμενοι, καὶ τέλειον ἀφανιζόμενοι. Et Strabo: οἱ ἀρκτικοὶ μήτε παρὰ πᾶσιν εἰσί, μήτε οἱ αὐτοὶ πανταχοῦ. Vide Scaligeri Maniliana. Scholiastes hunc locum non videtur intellexisse. Locum hunc Arati innuit & mecum explicat Leontius: ἐξ οὗ δὲ φησὶ περὶ τοῦ δράκοντος, ὅτι ὀλίγον ἡ κεφαλὴ κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐστὶ τοῦ ὁρίζοντος, καθ' ὃ αὐτὴ ἀνατέλλει. καὶ αἱ δύσεις μίσγονται ἀλλήλοις: δηλοῖ τοῦτο ὅτι τὴν κεφαλὴν, τοῦ δράκοντος ἐν τῷ μεγίστῳ τῶν ἀεὶ φανερῶν βέλτιον εἶναι. ἔστι γὰρ καὶ μόνος διὰ τῆς βορείας κοιλότητος, ἄντα ἀνατέλλει ἡμικύκλιον τοῦ ὁρίζοντος καὶ τὸν ἀλλαχοῦ τὴν διαφορὰν ποιεῖται. Circulum Arcticum veteres Sphæris non inscribebant: neque enim poterant ob varietatem. Nam breuitatis ratio, quam Gellius ex Varrone affert friuola, qui meo quoque errat, quod Polos cum circulis confundat, vt & Isidorus lib. III. cap. XXXVI. In hoc Arati versu pro νίσσεται Hipparchus νεῖσθαι citat, & Theon aliquo in loco νίσσεται. Sed νήχεσθαι siue natare, est circà Oceanum, Horizonta videlicet ferri.

Τῆς δ' αὐτοῦ] Malim τῇ δ' αὐτοῦ. Vtrunque ἀκλίτως.

Τὸ μὲν εἴδωλον.] Consentit Manilius qui eleganter dixit de Nixa hac specie: *sibi conscia causa.* Dissentiunt Auienus, & Hyginus, Herculem ille, hic etiam Cetea nuncupans.

Οὐδ' ἄρα τις.] Alij οὐδέ τις legunt nullo sensu, alij οὔ τοι nullo metro. Forte legendum sit ὅτ' ἄν. Illustrissimus Scaliger legit ὅ τοι aut ὅ τι.

Ὀκλάζοντι.] Eleganter hoc verbo & situm & laborem indicauit, nam & deficere significat, & ingeniculare.

Οὔνομ' ἐς ὀργυιὰν] Hoc est quod alibi dixit, ἐν γούνασι κάμνοντι. Sic infrà: Ἐγγόνασιν καλέουσι Ὀργυιῇ.

Μέσσῳ δ' ἐφύπερθε καρήνῳ.] Ita legendum non μέσου καρήνου docet Hipparchus.

Δεξιτεροῦ.] Imò læuo pede: nam dextro inclinatus est. Hyginus in Engonasi. *Sinistro*

 genu

autem toto Draconis caput opprimere conatur. Et ita effictus est in omnibus sphæris. Auienus tamen cum Arato.

> *— Dextræque dehinc impulsio plantæ,*
> *Tempora conculcat maculosi prona Draconis.*

Quid Germanicus sentiat inibi dicemus.

Ὑπερείπεται.] Alij ὑπερίπτεται. Vtrunque probum.

Ὀφιούχου.] Hipparchus ὀφιουχίου, nam ὀφιουχίου mendum est. dixit itaque κεφαλὴν ὀφιούχου vt infrà ὀφιουχίου γοῦνα φέρονται: aut potiùs ὀφιουχίου pro ὀφιούχου κεῖται παρὰ τὴν κεφαλὴν, quod verius. Hunc locum ita exprimit Leontius: ὅτι ὀφιοῦχος καὶ ὀρθὸς, τὴν μὲν κεφαλὴν ἔχων πρὸς τὴν κεφαλὴν ὀκλάσαντος.

Διχόμηνι.] διχόμηνι per Metaplasmum dixit pro διχομήνου. Simile est κλάδι apud Poëtas pro κλάδῳ. Illud tamen à διχόμηνις Analogicè videtur posse formari.

Εἰσωποί.] Ita omnes hactenus editiones præter Sanctandreanam. Ἰσωποὶ legit sine dubio Scholiastes: ait enim ἴσοι κατὰ τὴν λαμπρότητα.

Οὐ μάλα ἴσαι.] Nam, vt ait Leontius ἔχει ἀστέρας ἴσους μὲν τῇ ὁμοίᾳ λαμπρότητι, ἐπεὶ δὲ τῶν χειρῶν ἐλάττον λαμπρούς.

Ὀφθαλμοῦ τι.] Oculo sinistro & pectori dextero pede instare ab Arato fingitur.

Ἐπιδευέες.] Malè (ni fallor) Hip. ἐπιμεμφέες. Et cùm Aratus dicat *lucis egentes*, Germanicus tamen ait:

> *Insigni cælum perfundunt lumine Chelæ.*

Ἐλάσσονι ἐοικώς.] Fingitur enim læuâ Plaustrum attingere, dextrâ tenere καλαύροπα, vt & in antiquis Germanici imaginibus Aldinæ editionis pingitur. Καλαῦροψ (malè apud Scholiasten καλάβροψ) Pedum est bubulcorum. Hesychius vocat καλαύροπας, ξύλον ᾧ τὰς βόας βάλλουσι. Habebant enim bubulci βουπλῆγας, vt Equisones. Dolones sub formâ flagellorum quorum mentio est. *Si quadrupes. l. 1 §. Et generaliter.* Hebræi bubulcorum illud vocant מַלְמַד & acumen ipsum דָּרְבָן Ita enim distinguit Dauid Kimhi. Stimulum appellat Tibullus:

> *Et stimulo tardos increpuisse boues.*

Et Manilius Aratum interpretans.

> *Quod stimulo iunctis instat de more iuuencis.*

καλαύροπα Bootæ adscribit & Nonnus:

> Γείτων δ' ἀργυγόνης ἐλατὴρ ὁμίφοιτος ἁμάξης
> Πήχει μαρμαίροντι καλαύροπα πάλλε Βοώτης.

ὑπὸ ζώνῃ.] Manilius;

> *Arcturúmque rapit medio sub pectore secum.*

ὑποσκεψάμενος.] Hipp. ὑποσκεψάμενοι.

Ἐν χερσί.] Scholiastes puto legit χειρὶ, vt & Germanicus.

Ἀστραῖον.] ἀστραίου καὶ ἠοῦς filiam dici ait Scholiastes: Astræum Auroræ coniugem similiter facit Hyginus principio Mytholog. Meminit Astræi Hesiodus: quem Δαίμονα ὀμφήεντα nominat Nonnus, qui quoque eius non vno loco facit mentionem. Fabula autem quam hic tractat desumpta est ex Hesiodo, vbi de aureo sæculo reliquisque agit, qui tamen non Astræam, sed αἰδῶ καὶ νέμεσιν nominat. De Astreâ Ouidius:

> *Vltima cælestum terras Astræa reliquit.*

Narrant hanc fabulam & alij.

Ἀγειρομένη.] Attice pro ἀγειρομένου.

Εὐρυχόρου.] Ita legendum non εὐρυχόροις vt anteà, pugnante versu. Sic Homero εὐρύχορος μυκάλησος.

Δημοτέρας.] An non δημοτικὰς?

Πολυμήμφιος.] Vsitatius est πολυμεμφής. Et sic Nonnus dixit:

> Πολυμεμφέα φωνήν.

Πότνια λαῶν] Malim λαοῖς & in sequenti versu, ἀγυιαῖς.

Ἠπείλει.] ἀπειλεῖ dixit pro διαλέγεσθαι, vt ait Scholiast.

Ἐλεύσεσθε.] Species est apostrophes, nam cum de ea dixerit καὶ ἔτι ἔφη ποτ᾽ αὖτις ἐλεύσεσθαι καλέουσα statim subiungit eius sermonem, quod Homero peculiare:

> Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο, μακρὸν ἀΰσας
> Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα:
> Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω, &c.

Κολωνάς.] Interpres Homeri γεωλόφους ἐξοχὰς exponit.

Ἀροτῆρα.] Eadem Phrasi Hesiodus vsus, & Latini aratorem, vel ruricolam bouem dixere. Et quia detestandū videbatur assuetos vomeri & domitos (vt Germanicus loquitur) iuuencos mactare, ideò ἀδμήτην βοῦν sacrificiis affingit Homerus.

Προτρυγητήρ.] Anteuindemiatorem Latini vocant, quod nomen ideò accepit, quod πρὸ τοῦ τρυγητοῦ ἄρχεται ὀλίγον διαφαίνειν, vt ἀστρονόμοι λέγουσι περὶ τοὺς κινουμένους ἀστέρας ἐπιτέλλων.

Ἀρκτου.] id est Cynosuræ, Scholiastes, qui legit μεγάλην ἄρκτον. Maioris Vrsæ Auienus. Helicen nominat Germanicus. Sed & alteram significationem indicat Scholiastes.

Οἱ.] ἐοί Legit Magnus Scaliger.

Ὑπ' ὠμιαίων.] lege ὑπωμιαίων vno verbo.

Αὐτόθι.] cum neque αὐτόθι, neque ἀπλόοι satis videatur conuenire, videndum num ἄκλητοι legi possit pro ἀνώνυμοι, quod Auienus & Germanicus velle videntur. Ex his autem astris de quibus iam mentio Conon comam Berenices, Callimachi, Catullique versibus celebratam, extruxit.

Ποσσὶ δ' ὑπ' ἀμφοτέροισιν.] Lego cum Hipparcho ποσὶ δ' ὀπισθοτέροισιν: nam ὑπὸ in eodem versu sequitur. Schol. οἱ δὲ ὀπισθίοι πόδες ἅμα τῷ Λέοντι. *Postrema pedum vestigia.* Auienus.

Posterior

Posterior pes Germanicus, Cicero tamen pedes non definit. Nec mirum, nam & alibi dixit:

Propter pennati corporis alam

vbi Aratus λαιῇ δ᾽ πτέρυγι dixit. Et sanè probat Manuscriptus Palatinus.

Θηρώμενος.] Vtitur hoc verbo Nicander:

ὅθι οὔτ' ἠελίοιο θηρεντάτη ἴσαν ἀκτίς.

Ἐν δὲ μέσῳ.] vel in his tribus, vel in vltimo Leone.

Ηελίου.] Legunt alij referente Schol. ἀελίῳ τὰ πρῶτα συνερχομένοιο λέοντος.

Πηδά.] κατ' ἀποκοπὴν pro πηδάλια Similia sunt τὸ γλάφυ, γλῶ, κάρη, τὸ αἶπο, τὸ ἰδῶ, ἄπῳ. Et apud Latinos do, gau, Medix, & similia.

Πορφυρέην.] Sic Homerus κῦμα πορφύρεον dixit. Et Aratus infrà.

ὑπὸ πορφύρῃ θαλάσσῃ πορφύρει.

Virgilius quoque ex imitatione, *mare Purpureum*.

Κεδαιομένης] Scholiastes indicat, legi posse αἰγαιζομένης ἀντὶ τοῦ φλεγομένης. Ita enim hæc apud illum transponenda. Sed & ipse Aratus alibi: αἰδαιομένας νῆας dixit, & Germanicus: *Inflatam videre ratem*.

Ὠλενίην.] Ouidius.

Nascitur Olenia signum pluuiale capella.

Et alibi, *Olenitùmque pecus*. Dicta ita capra non quod in Oleno nutrita, sed quod sit ἐν τῇ ὠλένῃ τοῦ ἡνιόχου.

Πεπτηότα παύρος.] πεπτηὼς (omissa vulgari *volantis* significatione) tripliciter apud Poetas sumitur. Primò pro *expanso*: & ita hic Auienus:

Corniger: latè tenduntur pectora Tauri:

Secundo pro *curuato*, & *procubuo*: Ita Scholiastes intellexit, qui κλάσαντα exponit, & Cicero qui *connixum*, & Manilius qui *curuum* & *nixum* nominat. Tertiò pro *minaci*, (nam & ita Homerici Scholiastæ exponunt) quem sequitur Germanicus.

Κάρη βοός.] Dicit bouis formam facilè ex capite cognosci. Aliter nempe quàm in Ariete.

Υάδες.] De his variæ sententiæ. aliis duas, aliis tres, aliis quatuor, aliis quinque, aliis sex, aliis septem statuentibus. Alij Erichtheos, alij Cadmi, alij Hyantis, alij Atlantis & Hyæ, filias scribunt. Nominat Hesiodus, Phæsylen, Coronida, Cleiam, Phæo, Eudoram: Hyginus in Poetico Astronomico, Ambrosiam, Eudoram, Phæsylen, Coronida, Polyxo, Phæo, Thyenen: Hyginus in Mythol. Arsinoen (ita enim lego) Ambrosiam, Bromiam, Cisseida, Coronida: Et eodem libro Fab. 192. Phæsylen, Ambrosiam, Coronida, Eudoram, Polyxo. Alij Eodoram, Ambrosiam, Pasithoën, Coronida, Pleyaurida, Pitho, & Tychen, quam nonnulli Thythen nuncupant. Nomen autem Hyadum quidam à pluuiâ, quidam ab υ literæ formâ vt Scholiastæ Græci, quidam ab Hyante fratre in parte, quidam à suibus deriuant: quod per errorem, à Latinis factitatum post Tyronem Plinius obseruauit. Hactenus de Hyadibus varias opiniones monstrauimus, ad alia veniamus.

Εὐτέρω.] Sic alibi: ὄρνιθος ἐς ἐυτέρω φέρεται. Per ἐυτέρω intellige mundi partem sinistram, quæ occidens iuxta Pythagoricos: & ita Orpheus de Sole,

Δέξιτερὴ μὲν ἔχων ἀρχὴν, λαιὴν δὲ νυκτὸς.

Alterum verò & Romani *sinistrum* dixêre teste Festo.

Ιασίδης.] Scholiastes duas opiniones affert de hoc nomine, vel Ιασιδῆς legendum (hoc enim innuere videtur) vel ἰασίδης ἀπὸ τοῦ ἰῶς deriuandum, quorum illud initio nimis audax, hoc nimis anomalum videtur. Satius igitur ab Iaso vel Iasio deriuare: Nam sic & Palinurum & Iapin, Iasidas dixit Virgilius, & Atalantam Iasida Propertius.

Μεγάλου δράκοντος.] Hip. ἑλικτοῖο. Rectè: nam eodem loco Auienus *flexum draconem*, & Germanicus *sinuosum anguem* dixit.

Ἀθμος.] amussis est fabri lapidarij, vt architecti στάθμη. Vide Ammonium in Arist Categ.

Προκυλινδεῖται.] φέρεται ἀναβλημάτων.

Οἵην δ' κληῖδι.] Lego οἵῃ δ' κληῖδι. Scholiastes ἐστὶ δὲ ὁ προσῆκον οὐχὶ πάσι φανερός, ἀλλ' ἐν κληῖδος ἔχουσι χώρῳ.

Auienus:

qualem Caria quondam,

Nouerat intrantem per claustra tenacia clauem.

Germanicus:

Qualis ferratos obicis clausisula dentes.

Cætera quæ addit Aratus circumscribunt clauem. κλῆις igitur hic non sera, sed clauis. Valuam autem Laconicam describit, qualis & Ægyptiis vsitata & Homero descripta citante Scholiastâ, quanquam de Laconicâ Plautus & Scaligeri iudicium vt dubitem faciant. Ea duplices habebat fores, & vecti ita claudebatur vt non extrà, sed intus aperiretur, qui mos & Romanos vsitatus. Primo enim Publicolæ concessum fores habere, quæ in publicum aperirentur, teste Plutarcho. ὀχεὺς, autem vocat Aratus & Homerus qui alio nomine ἐπιβλὴς appellatur. Comparat autem claui stellas Cassiepeæ, quòd vt dentes clauis seorsim & minutè ponuntur, ita stellæ illa μεταξὺ ὑποτεταγμένοι ἐνδάμενοι.

Κεχρημένον.] Habet enim secum vt ait ζώματι πλῆθος. ζῶμα enim χιτὼν est, etiam Homero.

Νόσφι.] Malim νῶϊ.

Ξυνὸς δ'.] Ita legendum non ξυνοὺς, vt antea ξυνὸν ἀστέρα vocat, qui vulgò ὁ κοινὸς ἵππου

 καὶ ἀν-

καὶ Ἀνδρομέδης ἀστήρ. Vide & Hyginum de hac stella quæ equi vmbilicum, & Andromedæ caput designat. Sphæra Græca:

ἵππου συνάπτουσ᾽ Ἀνδρομέδα τὸ κρᾶτ᾽ ἔχει,
τὸν αὐτὸν ἵππου γαστρὶ κοινὸν ἀστέρα.

κοινὸν dixit, vt Aratus ξυνόν.

ἀσχάλλει δολιχὸς περ.] Sic Homerus: ἐρυσαύχενας ἵππους dixit.

Αἰθομένοις φλοῦσ.] quia stellas habet.

Κεῖνον δὴ] Fabula ab Hesiodo desumpta. pro ἱπποκρήνη verò vtrobique ἱπποκρήνη velim legi.

Ἄκρας καταλείβει] malim ἄκρης.

Ἐνδιος.] Si ἐν διὸς legas erit, ἐν τῷ τοῦ διὸς οἴκῳ. Sin ἔνδιος vno verbo ἐναέριος: vtrunque vt infrà de Perseo:

Κεκονισμένος ἐν διὶ πατρί.

Et de cygno:

Ἤτοι γὰρ καὶ ζωὸν ἐπιτρέχει αἰόλος ὄρνις.

Sed ait Scholiastes ἢ ὡς διὰ δὲ ἔνδιος ὁ μεσημβρινός. Ἔνδιος δ᾽ ὁ γέρων ἤλυθεν ἐξ ἁλός, qui & ipse alibi ὕδωρ ἔνδιον τὸ μεσημβρινὸν exponit.

Πρὸς κύκλα.] Pluralem posuit pro singulari, vt & suprà:

ἄκρα κύκλων.

Indicat autem τὸν ἰσημερινὸν, Æquatorem, quem paulo infrà describit, cum dicit:

— Ἤχι ἄκρες ἄκραι,
Χηλαὶ καὶ ζώνη περιτέλλεται) ὠρίων.

Δελτωτὸν.] Deltoton dicitur quod literæ Delta sit simile, vt ait Scholiastes, & Cicero in Interpretatione suâ, & Manilius, vt & δίδλα quod in triquetram formam plicarentur. Alludit Ouidius:

— Qualem celeste figura
Sidus, & in Graca litera quarta gerit.

Fabulam tradit Scholiastes, a Mercurio cælo illatũ ob primam literam in nomine διὸς.

Ἰσαζομένοισιν ἰσικὸν.] Interpretatur Scholiastes qui ait esse ἰσοσκελὲς οὐκ ἰσόπλευρον. Rectè. Nam definiente Euclide Ἰσόπλευρον μὲν τρίγωνον ἐστὶ τὸ τὰς τρεῖς ἴσας ἔχον πλευράς. Ἰσοσκελὲς δὲ, τὸ τὰς δύο μόνας ἴσας ἔχον πλευράς.

Ἐπὶ δ᾽ ἐν συμβολῇσι νότοιο.] Respectu δελτώτου non κριοῦ sunt ἐχ τῶν νοτιώτεροι. Ità intelligi vult Hipparchus.

Αχὺν.] id est, ἀμαυρὸν) Sic infrà:

Κύκλοι καὶ χαμαὶ ἀχνύμενοι.

Οὐρανοῦ ἑκάτερθεν.] Melius foret ὑρδων. Sed & videtur ita dixisse vt Proclus οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ μέρους τῶν ἰχθύων, &c.

Συνδέσμοι ὑπουράνιοι.] Genuina hæc lectio: Nam & suprà dixit, οὐραίων ἑκάτερθεν. Et quid clarius aut ἀναλογώτερον? ἐπουράνιοι tamen, aut quod longius quidem abscedit, sed vero similius ὑπουράνιοι, legêre veteres pœne omnes. Cicero:

Quam veteres soliti celestem dicere Nodum.

Auienus:

Cælestem memorat quem solers Græcia Nodum.

Hyginus: *Horum* (Piscium) *coniunctionem, quæ à pede Arietis primo notatur. Aratus Græcè συνδέσμους ἐπουρανίους, Cicero Nodum Cælestem dicit: qui vtrique volunt significare eum nodum non solum Piscium, sed etiam totius sphæra esse*, & quæ sequuntur. Scholiastes: εἷς ἀστὴρ ἐστιν ἐν τῷ μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ, ὅστις ὥσπερ συνδεῖ ἀμφοτέρους, ὃν καλοῦσι οὐραῖον (puto ex præcedentibus οὐράνιον legendum) δεσμόν.

Ὦμος ἀριστερός.] qui tamen ἐν τῇ χαλκοχαφία est δεξιός. Rationem affert Scholiast. quod nos in cælo siderum terga videamus & in Sphæra, quia vultus non nouimus, item fingimus tanquam vultus in Sphæram procumbant. Cui non conse[...]ut Hipparchus.

Γαμβροῦ.] Hoc est, νυμφίου Schol ast. More Æolico. Sic Theocritus in Helenes Epithalamio:

ὕπνῳ δὴ πρώϊζα κατέδραθες ὦ φίλε γάμβρε.

Ἐπεσσυμένοισιν.] ἐπιδιωκόντων). Hipp. Alterum agnoscit Auienus. Hipparchi lectio non absona à Germanici Ciceronis[...]ue versione.

Πορσύνοντες ἄλλοι.] κοῦφοις καὶ προστεταγμένοις.

Κεκονισμένος.] Scholiastes de obscuritate pedum vtpote lacteo circulo proximorum exponit. Cui quodammodo consentit Auienus:

— Ingentiq; dehinc vestigia passu,
Pulucrulenta quasi cano procul aere pandit.

Alter Hyginus, qui aliorum opinione confutata ait: *Cum vellet Aratus eum currentem obscurè significat vsus Ætolorum* (m. *Æolorum*) *consuetudine eum κεκονισμένον dixit: Ætoli enim* (malim *Æoli enim*) *cum volunt aliquem decurrere significare ἀποκονίσαι* (V. C. κεκονίσαι) *dicunt: Æolorum*, nomen hoc in loco prætuli quod eorum Dialectũ semper sequatur Aratus. Nec nouum videri debet Æoles, Æolos dici, cum similia mutatæ declinationis exempla passim inueniantur, aut si *Æolias* mauis nominare non pugnabo.

Οὐδ᾽ ἢ κύκλωπος.] Manilius de Tauro:

Pleiadum paruo referens glomerabile sidus.

Ἓξ οἷαι.] Ouidius imitatur:

Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

qui in Phænomenis quoque suis ita hæc interpretatus est, vt notauit Scaliger:

Pleiades ante genus septem radiare feruntur:
Sed tantùm apparet sub opacâ septima nube.

Lego:

Sex tantum apparent · sub opacâ septima nube est.

Ὁμῶς ὀλίγαι.] ὅμως, vt & alii legit Auienus:

Nec tamen est fama similis vigor.

Θέρεος.] Pleiadum ortus duo, duo item occasus, vt & reliquorum siderum: Matutinum ortum à Maio ad vigesimumtertium Iunij fieri

ait

ait Scholiastes, qui VI. Id. Maias Plinio incipere dicitur, quo tempore æstatis initium. Matutinus occasus teste Plinio XI. Id. Nouembris, & tunc hyemis initium. Et Scholiast. ait: ἵνα δὲ ἀμώμητοι ἀδύσι μὲν ἀρχομένου χειμῶνος. Occasus vespertinus est III Non. Apr. in Attica: quem circa Æquinoctium vernum fieri, & quia nihil habet eximium ab Arato silentio præteriri monet Scholiastes. Ortus vespertinus ab Octobri, ad IX Nouemb. Scholiastæ. Tertio Idus Octob. incipit Plinio, cum tempus est arandi. Quibus cognitis facile intelligentur illa Arati ἀρὰς & ἀμήτου. Item illa:

Ος ῥά τε καὶ θέρεος, καὶ χείματος ἐρχομένοιο,
Σημαίνει ἐπιόντος ἰδὲ χειμῶνος ἀρότου.

Confundunt tamen tempus arandi cum hyemis initio Cicero, & Auienus:

Πηξεῖ λίνω.] λίνον Latino vocabulo *nervo* explicat Schol. Optimè cum Arato, & Scholiaste, qui Mercurium τρίτον λύρ τῆς ὀξῦ lyram fecisse dicit, conuenit Lucianus, παλαιὰ τι μικρὰ ἐπὶ εἴδους. Cùm enim in Dialogis Deorum prius ἀρτίβλεπ βρέφος nominasset, & ἐν παραγγέλλει describsisset subiicit ex Apollinis personâ: χελώνην πυ νεκρὰν εὑρὼν, ὄργανον ἀπ' αὐτῆς συνεπήξατο. πήχεις γὰρ ἐναρμόσας, & ζυγώσας, ἔπειτα κολλάμας ἐμπήξας, καὶ μαγάδιον ὑποθεὶς, καὶ ἐντεινάμενος ἑπτὰ χορδὰς μελῳδεῖ πάνυ γλαφυρόν ὦ Ἥφαιστε, καὶ ἐναρμόνιον, ὡς κἀμὲ αὐτῷ φθονεῖν τὴν πάλαι κιθαρίζειν ἀσκοῦντα.

Γουνάζομενος εἰδώλοιο.] ἀπ᾽ ἄλλως εἴδωλον vocat eo (vt ait altero versu ἐπὶ σκελέεσσι πετηλόν. vt & alibi ἄϊστο nominat. Ratio suprà cum ait:

Τὸ μὲν ὅπως ἐτίκτε) ἀμφαδὸν εἶπεν,
Οὐδ' ὅ τ' ἂν κρέμεται κείνῳ πόνῳ. —

Ανθισέχων ὄρνιθος.] Sensus est è regione volui summum caput alitis; non caput Nixi è regione alitis verti. Et ita vult Schol. ἀναντίμῳ absolutè exposito. Ὄρνις autem simpliciter est cygnus.

Ἀσπαστὸν ἔτι λίαν.] Malim ἔτι.

Ευδιόωντι ποτῶ.] Hoc propterea quia pansis alis pingi solet. Manilius:

Nunc quoque diductas volitat stellatus in alas.

Scholiastes Germanici *Iupiter rursus in cælum in Cygnum transfiguratus se recepit, vt erat pennis tensus*

Κεφαλῇ.] κεφαλὴ Hipp. & ita Scholiast.

Σκαρθμὸς] Pedem interpretatur Schol. vngulam Cicero, vestigia Auienus. Deriuat Sch. ἀπὸ τοῦ σκαίρειν nam sequitur de Equo:

Τοῦ δὲ μεγάλου ἐρφιλίδος.

Οπίσθεν ἀγχιστῆρος.] Posterior Signiferi ordine, prior quod minus Australis.

Ιστασίαστ' ἠελίοιο] Legit Henricus Steph, ἵνα τι τραπεζῇ ἠελίοιο. Illustriss. Scaliger ἵνα πείσειτ' ἠελίοι' ἴς, cui assentior, nisi quod malim ἵνα τ' ἐς τρίπτ' ἠελίοιο; vel ἵνα ἐς τρίπτ' ἠελίοιο vt simul, & versus, & sensus defectum suppleamus. Posteà inueni eundem Heroëm in Manilianis suis mihi assentiri. Nota phrasis ἐπ᾽ ἄλλω pro ἄλλο. Describitur hic Ianuar. mensis.

Πεσελόξιο] Verbum hoc est, non nomen, vt vulgatus Interpres existimauit. Subauditur verò ὑπό.

Κακῶς πειρὸς] κακῶς πρὸς Stobæus.

Μαλκιόωντε.] Schol. Arati. μάλκη δὲ ἐστὶ ἐκ ψύχους χειρῶν καὶ ποδῶν ἐπικράτησις, ἃ δὴ καὶ χίμετλα λέγεται. Interpres Nican. μάλκαι ἐπὶ μαλακίας, καὶ δυσκινησίας διὰ τὸ τῶν κρύους ὑπερβολῶν. ἢ τὰ χίμετλα· ἤγουν αἱ ῥήξεις τῆς χειρὸς, καὶ τῶν ποδῶν. Cicero.

Tremulo quatietur frigore corpus.

Auienus:

Tum dirum cælo frigus redit.

Germanicus:

Pigra ministeria, & nautis tremor occupat artus.

Pigra ministeria, καὶ δυσκινησίας.

Πορφύρει] Malo πορφυρείη ob versum.

Ολίγον δὲ διὰ ξύλον ἀΐδ᾽ ἐρύκει.] Satyricus:

— Digitis à morte remotus.

Quattuor, aut septem si sit latissima tæda.

Quibus consonat notissimum Anacharsidis dictum.

Ἐπὶ σωτῆρα] ἐσώμενι, vel, vt alij, μὲν. atque ità intellexit Cicero, licet valdè hâc in parte corruptus.

Καὶ ῥοτῆρα τόξῳ] Omninò legendum:

Καὶ ῥόπτρα τόξῳ.

Πυμάτης ἐπὶ νυκτὸς.] Horâ, (vt inquit Scholiastes, XI. vel XII. Eleganter Cicero *præcipitante nocte*: elegantius Auienus & verius *tempore noctis adultæ*: Ad verbum Germanicus, *nocte suprema.*

Κυνοσουρίδος.] Cynosuridem dixit ipsam Cynosuram. Cicero, Auienus. Germanicus, Cynosuridem, Cepheidem, Perseidem, adiectiuè fœminino genere dixêre, quæ forma vsitatior Græcis.

Πεπρίμω] Malim ἰγκλιτως legere σωτῆρα, vt sit ἄλλος σωτῆρι, alius priori, pro ἄλλος ἀπὸ σωτῆρος.

Αὐτὸς.] αὐτὸς hic est solus.

Sic Homerus:

Τοῦ νῦν δ᾽ αὐτὸς ἀπ᾽ ἐϊν σωμάχοντο μέχρι.

Αὐτὸς.] Admodum probo Scaligeri lectionem ἄλη.

Καὶ μὴν καλέουσιν ἀήτας.] Doctè nugatur hic Scholiastes qui à ventorum Spiritu hoc nomen deriuat, cum certum sit eodem modo quo ἀήτας, quo vocabulo paulo ante vsus est Aratus, ab imperio accipere.

Ἐλθεῖν.] Malim ἐλθεῖν.

Γλῶσσα.] Metaphoricum putat Scholiast. quasi Γλώσσης hoc est, ὀφθαλμῶν χορὸς dixisset, pro

pro Stellis. Stellas transfert Cicero, faces Auienus. Ego puto aut Γλῆνος pro lumine poni, aut adiectiuè subauditâ voce φάεα; vt apud Homerum:

ὅς γλήνεα πολλὰ κεχάνδει.

Vbi Interpres exponit κόσμια, ἀξιοθέατα.
De hisce ignibus Manilius:

Et quos Delphinus iaculatur quatuor ignes.

Καὶ τὰ μὲν ὧν.] Ita Manilius:

— Hæc sunt Aquilonia signa,
Aspice nunc infrà Solis surgentia cursus.

Λοξός ὁ λίαν.] ἄλητον, & infrà κύκλον ὁλίσιον vocat τὸν ζωδιακόν, τὸ λοξὸν κύκλον.

Τομῇ.] Cùm Orion sit ἀναβλεπότερος Tauro eleganter Scholiastes per τομὴν ταύρου intelligit τὴν προχωρίαν, καὶ τὸ διαμεμετρημένον χωρίον, hoc est non Taurum, sed τὴν ἀπὸ τῆς διαμετρήσεως τοῦ ταύρου. Aliàs τομὴ ταύρου est ἡ ἀποτομή, de quâ alibi.

Τοῖος καὶ φρουρός.] Legendum cum MS.
Τοῖός τε καὶ φρουρός, &c.

Αμφοτέροισι.] τοῖς ἐμπροσθίοις, aut ὀπισθίοις Scholiastes, nam variat, vt sæpe. Hoc tamen constat eum intellexisse, tanquam Aratus diceret Canem geminis pedibus insistere. Cicero & Auienus ita ceperunt, quasi Canis sub Orionis pedibus versetur; quod falsum, nam

ποσσὶν δ' ὑψηλοῖο ὑπ' ἀμφοτέροισι λαγωὸς
Εμμενὲς ἤματα πάντα διώκεται. —

Κυάνεος.] Manilius de eadem Canicula,

—— nisi quod procul herens,
Frigida cæruleo contorquet lumina vultu.

Cærulæum est κυάνεον obscurum. Quod de vultu dicit falsissimum, & alenissimum ab Arati, quem imitatur, mente. Dubito quia de Caniculâ loquitur feminine, an non legendum sit,

Frigida cæruleâ contorquet lumina vuluâ.

Imò, non dubito.

Δεινὸς γένυς.] Alij δεινά. Malè: epithetum enim Stellam spectat. Festus:

mento grauis effluit ardor.

Quanquam Germanicus dixerit,

ore timendo.

Σειριάει.] Deriuat Aratus Sirij nomen ἀπὸ τοῦ σειριάειν. Hyginus Ægyptium videtur innuere, vti & ego esse puto, & forte cognatum cum nomine *Siris*, quod Nilo tributum.

Κεῖνον ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντα. Ita Aratum dixisse ait Schol. pro κεῖνος ἀνιόντος. Attico nimirum modo, qui ità sæpe loquuntur, sed plerunque additâ ὡς particulâ: vt ὡς τὸ ἀνδρὸς ποιήσαντος pro ἀνδρὸς τοῦδε ποιήσαντος. Et ità in verbo ψεύδει subaudiri videtur τὰς κυρίας αὐτὰς ἀρχαίους. Eleganter si quid aliud Cicero.

Hic vbi se pariter cum Sole in culmina cæli
Extulit, haud patitur foliorū tegmine frustra
Suspensos animos arbusta ornata tenere.

Et φυλλῶν nomen longè melius expressit, quàm Schol. qui ait ἀρχαῖα, cùm dicere debuisset, βλαστοί, δενδρώδεις, τῶν δενδροφόρων, aut simile. Alij versus Arateos ità intellexerunt, quasi diceret Poëticè ipsum Canem non falli ab arbustis. Putat Scaliger Manilium legisse κενὸν pro vacuo, quod vt non nego, ità sensum eâ lectione esse incommodum affirmo, & de Cicerone dubito.

Εκρινε διὰ ῥίζας.] Legendum puto διὰ vt sit pro διακρίνει, accentu transposito, vt fieri solet. Sensus est, qualem ponit Germanicus.

Discernitque ortu longè fata:

hoc est, vt ex sequentibus patet, viuida à languidis distinguit.

Σείριος ἐξέπεσεν.] Vet. Cod. monente Henrico Stephano habet Σείριος ἀπ' ὄπισθεν, quod ego probare non possum.

Καντέσσι διώκει.] Alia lectio habet δολοῖ, quod est, insidias struit. Ego vulgatam præfero. Ad hos versus respicit Manilius, qui de Cane:

Prægressum certat leporem comprendere cursu.

Επιστρέψασα.] ἀποστρέψασα cum aliis Scholiastes, alius ἐπιστρέψασα. Sensus hic est. Argo in cælo non fertur more solito nauium, prorâ nempe præcedenti, sed puppim præmittit, quod & ipsæ naues tum demum faciunt, cùm ad litora vel portus appellunt. Mos ille obuertendi nauem vel ex Vergilio innotescit, qui ait: *Obuertunt pelago proras*, & alibi, *Stant litore puppes.*

Κορώνην.] κορώνη propriè curuatura puppis, vnde νῆες κορωνίδες Homero.

Αναπαύοντι.] Ex Scholiastæ & Festi sententiâ hæc ita explico. Nautæ, cùm nauis secundo vento ad litus fertur in contrarium remigant, ne nimia vis nauis in terram ruentis periculum afferat.

Παλίρροθιν.] Puto Ciceronem legisse παλίρροθον, ait enim:

Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ.

Ιστονίς.] Græco more, pro ἱστονία.

Ηερίη.] ἀερία, vt & alibi ἀέριος dixit pro *obscuro*.

Οἷα παρ' αὐτόν.] Non improbo Hipparchi lectionem, ἄχρι παρ' αὐτόν. Nam & ità omnes interpretantur, & multo est concinnius.

Λείψανον ἠελίοιο.] Benè λείψανον, nam cætera ambusta sunt, vt ex fabulis patet.

Ωρίων ὑπὸ σκαιὸν πόδα.] Sphæra vetus.

Ιδοις δ' ἂν ὠρίωνος ἐξ ἀριστερῶν ποταμόν, &c.

Hinc Proclo, ποταμὸς ὁ τοῦ ὠρίωνος, nisi ὁ ὠρίωνος legere malis.

Επιμίξ.] ἀναμίξ legit Scholiastes. Parum certè refert.

Νώνυμοι.] Ita sæpè Homerus: Alij νώνυμνοι. Ita Apollonius.

Πολέες δ' ἔσαν νώνυμνοι ἔμπης.

Βεβλίαται.] alij βέβληνται.

Οὐ γάρ κε δυναίμην.] Simplicius Hipparchus: οὐ γάρ γ' ἐδυναίμην.

Οἷα τ' ἐκκεκριμένων.] Alij ad versum aptius, οἷά τε κεκριμένων; quam lectionem in textu secuti sumus. Manuscripti cum Hipparcho ἰσόθι habent. Ego libens legerim ἰσόθι ἐκκεκριμένων, nam ita interpretatur Scholiastes οὐ γὰρ ἠδυνήθη πάντων τῶν ἀστέρων καθ' ἕνα διακρῖναι ὀνόματα ὀνομάσαι, ἢ μορφῶσαι.

Πολλοὶ δ' ἐπὶ ἴσοι.] Hipp. πολλοὶ δ' ἔτι. Benè.

Πάντες γε μέν.] τί μὴν Hip.

Γε ἰσίονται.] εἰ ἰσίονται Hipparchus. Probè.

Ὑπὸ δινόμενοι τέλλει ἀστέρ.] Hipp. οἳ δινόμενοι λάμπονται. Clarè, vt sensus sit. stellas illas in numerum & nomen redactas lucere nullâ cum admiratione. Vulgatam tuetur Scholiastes. Ea erroris ansam dedit Auieno, vt hæc non de stellis nominatis, sed de illis ἀνωνύμοις, de quibus paulò post sermo intelligeret. Ait enim:

— occasu pariter referuntur, & ortu
Ne spectanda forent ponto quod sola carerent.

Ἠώρηται.] Benè: Alij ἀωρεῖται, quod non probo: nisi velis ἀιωρεῖται, vt infrà.

Ἐρευδόρμενοι] ὑποδέδρομοι vult Henricus Stephanus. Ego non mutem. nam eo modo ἐρευδόρμενοι dixit, quo sæpe ὑπόκειται.

Οὔτ' ἔτι πόλλοι] Alij οὔτι ἐν πόλλοι.

Δινωτοὶ κύκλοι] κυκλῷ alij. Et ita legit Scholiastes. Coronam Australem innuit, quam & alibi nominat, hoc modo,

Στεφάνοιο νότιον κύκλα.

Vti ostendit vir omni laude maior Ios. Scaliger ad Manilium suum. Hunc asterismum ab aliis οὐρανίσκον, ab aliis ἰξίονος τροχὸν vocari testatur Scholiastes.

Αὐτὰρ ὑπ' αἰθομένῳ] Consentit Sphæra Græca:

Ὑπ' αὐτὸ κέντρον σκορπίου βωμὸς τίνει.

Τέρας μεγάλοιο.] Scorpij, qui duo δωδεκατημόρια complectitur.

Ὀλίγον μέν.] alij ὀλίγος ἐστί.

Καὶ τῷ μὲν μάλα πολλά.] τῷ μέν & altero versu, ἀρνυνέρα. habet Hipparchus non malè: nam & supra dixit simili phrasi:

Αὐτῷ περὶ κρατὸς θαύματα εἰσὶ κέλευθοι.

Idem hic habet μάλα πάγχυ, quæ lectio quanquam veterum codicum fide astruatur, vix tamen vulgatæ, quæ Homeri habet assensum, mihi præferatur.

Ἀρχαίη νύξ.] ἀρχαίην dixit ad Hesiodi imitationem, qui eam Diis aliis antiquiorem fingit in Θεογονίᾳ.

Εἰνάλιον.] Alij εἰναλίῳ, vt ad χρήματα referatur.

Πολυρρόθιον.] Scholiastes legit πολυρροθίους, & interpretatur περικλυζομένους. Ego vulgatam non contemno.

Εἰλυμένου ἄλλου.] Ita videtur legisse Germanicus, ait enim:

— nam si sordebunt cætera cæli
Nubibus obductis illo splendente timebo,

cui assentitur Scholiastes: Sed versus pugnat. Cicero quomodo aut legerit, aut interpretatus fuerit non intelligo, nisi legas *in nubibus atris.* quem & in eo errasse monuerunt alij, quod μεσσόθι interpretatus fuerit ita quasi possit Ara μεσουρανεῖν. Auienus εἰλυμένον legit: ait enim:

Inter nimbiferas nubes spectabilis extet
Ara poli.

Sed adhuc illud ἄλλου scrupulum mouet. Scaliger laudat εἰλυμένος ἄλλοις. Forte εἰλυμένα ἄλλῃ vt ad sequens οὐρανοῦ referamus. Quod verum puto.

Βορέαο.] Alij ἀνέμοιο. Cæterùm legendum puto in initio versus:

Θλίβεται ἀντίκοντος.

Κῦφά τε πάντα] Laxate velum interpretatur Scholiastes.

Καὶ ἔρχεται.] ita legendum, non vt ante καὶ ἄν τι, vel ἂν τῇ.

Πίλναται μέσος.] Ita Scholiastes: non vt ante φέρεται.

Ὑποβρύχιοι ποτίονται.] Benè Scholiastes ὑπ' αὐτὸ τὸ ὕδωρ πλέουσιν, καὶ οὐκ ἐπὶ νηός. Auienus: *nantes fluitantibus alto.* Sic ὑποβρύχιοι φέρεσθαι dicimus pro submergi: & ita intellexit Germ.

Παρμεισομένοιο τύχῃ τι.] ita exponit Scholiastes, qui ait εἰ μὴ ἄρα ὁ Ζεὺς παρεῖναι τύχῃ. Possit tamen legi παραλισσομένοιο passiuè, vti & λίσσω actiuè legimus, eâ phrasi, quâ Latini Deos benè aduocatos dixêre.

Βορέω δὲ περιστρέψει ἀνέμοιο.] Alij περιστρέψῃ. Malim ego περιτρίζει, vel περιτρίζῃ. Est enim περιτρίζω à latere currere. Sed an verbum ἴς hic addendum sit, vt sit ἀνέμοι' ἴς, an subintelligendum, certi nihil habeo. Quod autem de Boreâ dicit conuenit cum Homero qui αἰθρηγενέτην vocat Borean.

Ἐπὶ πᾶν.] Alij ἐπὶ πᾶσι:

Εἰ δέ κεν] εἰ δέ γε aliàs.

Περάτηας.] περάτης est Horizontis pars Orientalis ἐπίρα.

Εἰλύει.] εἰλύει Hipp.

Τοῦ γάρ τοι.] τοῦ δή τοι Hipp.

Χηλαὶ ἔχουσι] ἄγουσι. Hipp.

Ἀντία δ' αὐτοῖο θυτηρίου.] Hip. δὲ νοτίοιο. Lego: ἀντία δ' ἐκ νοτίοιο θυτηρίου. Sic infrà:

Νοτίοιο θυτηρίου ἱερὸς ἕδρη.

Ἄλλου.] Putat Scholiastes, ἄλλου θηρίου dici respectu Scorpij: ego respectu equinæ partis in Centauro.

Πεπραόθεν.] ἀναβλεπόμενος Scholiastes: *Desuper* Auienus. *infernis de partibus* explicat Cicero, quod falsum.

Προχόου.] Ita dictus, quod in eis partibus in

 quibus

quibus hæc Aratus aut potius Eudoxus ex quo sua habet Aratus scripsit, vt in Dihellados Climate, ante Sirium oriatur.

Παλίνορσα.] Ita legit Scholiastes explicans, κὴ τάξιν τὰς αὐτὰς ὥρας ἀνατέλλονται, κὴ δύονται. Fortè tamen aut παλίνορσοι legendum, aut παλίνορσα interpretandum. nam παλίνορσα eâ significatione, quâ vult Scholiastes, vix puto inueniri.

Τὰ γὸ κὴ πάντα μάλ' ἄστρα.] Hæc ita transtulit Naso in Phænomenis suis:

Tot numero, tali q; Deus, simulacra figurâ
Imposuit cælo, perq; atras sparsa tenebras
Clara pruinosæ iussit dare lumina nocti.

Et Manilius:

Certa sed in proprias oriuntur sidera luces,
Natalesq; suos, occasumq; ordine seruant.

Εἰς ἄλλους ὁρόω.] Hactenus signa ex aliis propinquis demonstrauit, vt ex Boote virginem, ex vrsâ & Dracone Engonasin, &c. Id in Planetis fieri posse negat. Disertè Auienus:

Nec quas formarum ductus notet adfixarum.

Οὐδ' ἔτ'.] al. οὐκέτι.

Μεταναστάι] πλανηταὶ vulgo Mathematicorum.

Τέσσαρα.] Quatuor Circulos præcipuè tractat Aratus Zodiacum, Æquatorem, & Tropicos, Arcticum, & Antarcticum, obiter tantum designans: de Coluris nihil dicens: & ratio liquet ibi:

Τῶν κε μάλιστα ποθὴ, ὀφελός τε γένοιτο.

Bene itaque in Hypothesi τοὺς ἀναγκαιοτάτους κύκλους τῶν ἀπλανῶν τέσσαρας λέγει. Videndus & Leontius.

Σήματα.] Σήματα ipsas stellas intelligit, vt alibi:

Αὐτὸς γὸ τά γε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν.

Et ita exprimunt Auienus & Scholiastes. Posse etiam circulos cum Scaligero interpretari, quos *Significationes* vocat Hyginus. Possis etiam τὰ δεσμώματα, vt infrà explicabitur.

Συνεχέα] Versus postulat συνεχέμενα.

Απλανέες.] Ita Auienus:

Ipsa inconcussâ retinentur sede per annos.

Hipparchus vno loco citat ἀνθὶ ᾗ πλατέες quod corruptum, altero ἀνθὶ δ' ἀπλατέες, quod falsum: quomodo enim ἀπλατίας vocet, cum Zodiacus qui inter illos est, habeat latitudinem?

Νεόμηνι σελήνῃ.] Si νεόμηνι legas, ita intellige quasi dicat, in nouilunio, cùm nulla sidera languent. Sin διχόμηνι vt plerique interpretes legerunt, ita explica: Nulla sidera languida feruntur Lunâ semiplenâ existente, vt negatio etiam ad illud διχόμηνι σελήνῃ referatur.

Εἰ καί πη ἔτι.] Hactenus fuit:

Οὐρανὸν, εἰ καί πη τοῦ ὑπερθεν ἄλλον ἔδειξε.

contra versus naturam. Malim tamen ᾗ pro εἰ vt & Scholiastes legisse videtur.

Πισύρων.] Vox Æolica. Vtitur Homerus Odyss. ε

Κρῆναι δ' ἑξείης πίσυρες ῥέον ὕδατι λευκῷ.

Et ipse Aratus infrà inuenies & alibi πίσυρες.

Μέγα μείονες.] Ita legendum, non μέγ' ἀμείνονες.

Βορέαο.] Alij cum Hipparcho βορέοιο.

Κεφαλῇ.] Hunc locum ita exprimit Leontius: ὅτι οἱ δίδυμοι τέμνον) ὑπὸ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ κατὰ τὰς κεφαλάς.

Αρηρότες.] συμπεφυκότες τῷ πυρὶ Sch.

Επ' αὐτῷ.] Hip. ἐπ' αὐτοῦ.

Βορέω γε.] Hipp. βορέαο.

Οφιούχου ὦμοι.] Hunc locum exprimit Leontius: τέμνε) ὀφιοῦχος) ὑπὸ τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ κατὰ τοὺς ὤμους.

Παρ' αὐδῶ.] Αἰδῶ, contractè pro αἰδοῖα. Homerus:

Χλαῖνάν τ' ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει.

Χηλαῖς.] νοτίω.

Νοίσιν.] νοίσινς Hipp.

Δι' ὀκτὼ μετρηθέντος.] Explicat Proclus: κὴ ᾗ τὴν ἡμετέραν οἴκησιν ὁ θερινὸς τροπικὸς ὑπὸ τοῦ ὁρίζοντος τέμνεται οὕτως, ὥστε τοῦ ὅλου κύκλου διαιρεθέντος εἰς η μέρη ε μὲν τμήματα ὑπὲρ γῆν ἀπολαμβάνεσθαι, γ δ' ὑπὸ γῆς. Πρὸς ᾗ τοῦτο τὸ κλίμα δοκεῖ ὁ ἄρατος συντετάχθαι τὴν φαινομένων πραγματείαν, &c. Scripta autem hæc putat Scholiastes ad rationem Climatis Dihellespontum, cum illud quod suprà dixerit:

Κεῖνοι που κεφαλῇ τῇ μίσγεται, &c.

scriptum videatur in Climate Athenarum vbi dies longissimus horarum 14 $\frac{3}{4}$ aut potius 14 $\frac{2}{3}$. Addit Scholiastes ὁ πόλος ἐξήρτηται μοίρας, lege ἐξήρτηται μ. Eleuatio Athenarum est 40 vel 40 $\frac{1}{2}$ Clarum verò est eo in loco quo versus hi referuntur diem longissimum fuisse horarum 15. nam horæ τοῦ νυχθημέρου sunt 24. Ter verò quinque sunt quindecim, & ter tria nouem. Ergo longissimus dies ex hâc constitutione erit 15 hor. & nox breuissima nouem. Oportet igitur dicamus Aratum (quem Cicero Astronomiæ imperitum putat fuisse) hæc ex diuersis Astronomis in diuersis Climatibus scribentium opusculis transtulisse. Cor autem Aratus circulum Cancri, & vna alios circulos (nam eadem est ratio) in octo potius partes, quàm duodecim diuiserit, abundè & eleganter explicat Hyginus.

Ενδιαστρέφεται.] Alij ἐνδια στρέφεται. Contrà versum vtraque lectio. Tu lege: ἔνθα διαστρέφεται.

Καθ' ὑπέρτερα] Hipparchus καθ' ὑπέρτερον: Nam qood in eo κὴ pro καθ' legitur mendû est.

Θέρεος

Θέρεος δ' ἐν ὀστρείῳ ἀντ.] Lego disiunctè: θέρεος δ' ἐν ὀστρείῳ ἀντ. Præpositionem ἐν more Poëtico postposuit.

Ἀνδάνοντι νώτῳ.] Malè alij hîc legerunt ἀνδάνοντι νῶτον pro μεταλαμβάνοντι τῶν νώτων πολλάτων Monet Schol.

Μετάφρενον.] τὸ ἀρισερὸν τῶν ῥάχεων Schol. *ceruices* transtulit. Hyginus. *Terga* Cicero, & Auiènus & Martianus Capella in Astronomiâ: *Humeros* Germanicus.

Εν δὲ τῷ.] ἐν δὲ τὸ Hipparch.

Αγαυοῦ ἐξελατῆρος.] ἐλαφροῦ Hipp.

Καθαροῖο.] Hoc est, αἰθριζομένου.

Αμφοτέρων.] θερινοῦ, καὶ χειμερινοῦ.

Ισαίονται] Alij ἰσαίονται. Ego vulgatam lectionem probo: nam & suprà dixit:

Πλειόνων ἰσαιομένων ἰσαιός.

Φθίνοντος θέρεος.] Vigesimo quinto Septembris vt ait Scholiastes. Vigesimo primo, hoc est xi Kal. Octob. vt Ptolemæus. Hoc est Æquinoctium libræ.

Τότε δ' εἴαρος ἱσταμένοιο.] Sexto Calendas Apriles Ptolemæo: Octauo Plinio. Alij autem codices habent τοῦ τ' εἴαρος ἱσταμένοιο.

Αἰθομένους ὄρνις.] Vel ob acumen καυστικὸν, vel ob lucem, vt alibi αἰθομένους ἀστέρος.

Ελαφρόν.] ἀλαμπές.

Γοῦνα φέρει.] γυναικὸς κεῖ.) Hipp.

Αλλά οἱ ἴχνος.] Leontius, ὅτι ὁ ἀετὸς ἴχνος ἐστὶ τοῦ ἱππευομένου. Hipparchus hic habet, ἀλλὰ μάλ' ἐγγύς.

Κατ' αὐτὸν.] Alij κατ' αὐτοῦ. Et ita Hipparchus, non alij.

Παρβολάδην.] παραλλάλας κειμένας.

Τέτρασιν ἐσφήκωνται.] Ita ob versum legendum, non τέτρασι. Innuit autem Zodiacum.

Αθηναίης χειρῶν.] Minerua enim architecturis etiam præfecta, vnde Virgilius lib. 2. Æn.

—— diuinâ Palladis arte

Ædificant.

Vnde illi in fabulis structura Argus ascribitur. Deest autem ὑπὸ. Neque enim volo cum Scholiaste exponere χερσὶν διδιδαγμένος pro τῶν χειρῶν μαθὼν.

Κολλήσαντες.] Dubito an Scholiastes legerit κολλήσας:

Τροχάλεια.] κυκλία. Sic suprà τροχαλὸν dixit de Lacteo circulo.

Κεῖνο προσαγλύτοις τροχαλὸν, γάλα μιν καλέουσι.

Plaustra intellexit Festus.

Πλαγίω.] τῷ ζωδιακῷ qui eâdem ratione Λοξὸς dictus vt alibi docebimus.

Παραβλήδην.] παραλλήλως.

Ωκεανοῦ τόσσον] Alias ὠκεανοῖο τό σσον.

Αποτέμνεται.] Clarius Hipparchus:

Οσσον δ' ἐφθαλμοῖο βολαὶ ἀποτέμνονται αὐγῆ

Εξάκις ἂν τόσση μιν ὑποδράμοι. ——

ἀποτέμνεται tamen exponit coactè satis Auienus, cui in solâ lectione, non in expositione consentit Theon. Sensus autem Mathematicus horum versuum est linea à centro ad circumferentiam circuli ducta explet vnum latus primi sexanguli ἐγγεγραμμένου. Certatim hoc explicant Interpretes. Vide Manilium lib. 1.

Nam quantum à Terris, atque æquore signa recedunt,

Tantum bina patent, &c.

Περιτέμνεται.] Alij περιτέμνεται vel περιέμνεται.

Καρκίνος.] Incipit à βορειοτάτῳ. Ægyptij & alij ab Ariete exordium sumunt. Vide Hyginum.

Δύο δ' αὐτὸν.] Manuscriptus αὐτῷ. Quæ lectio aptior ad phrasim, altera ad commoditatem versus.

Επικάρπιος ὥρη. Sic Iouem ἐπικάρπιον nominat auctor libelli περὶ κόσμου. Aptè ad hanc de Zodiaco sententiam Manilius:

Frugiferum sub se reddunt mortalibus orbem.

Κοίλοιο.] Propriè de Horizonte.

Δυσαί.] Malim δυνεῖ. Et ita Hip.

Δυωδεκάδος.] Legendum puto δυωδεκάδες. Hoc est δωδεκατημόρια. Sic infrà δυωδεκάδ' ἱεμένοι ἄλλην. Signa exponit Scholiastes, Cicero, Auienus.

Οσσον τί περ.] Versum hunc ita legisse videtur Theon.

Νὺξ αἰεὶ τελέθουσα, ὅσον περ ἥμισυ κύκλου

Οὐκ ἂν ἀποβλήξει.] Hunc locum ex verbis Attali optimè declarat Illust. Scaliger, ad illud Manilianum:

Temporaque obscuræ noctis deprendere signis.

Δεδεγμένον.] Hipparchus δεδεγμένος, vel potius (nam ita legendum puto) δεδεγμένον.

Μοιράων.] μοίρας nominat τὰς ζωδίου περιόδους, vel τὸ δωδεκατημόριον.

Αντέλλουσιν ἑκάστῃ.] Hipp. ἀντέλλουσιν ἑκάστη.

Εἰ τηρήσαις.] Hipparchus:

—— Αὐτὰρ εἰ τηρήσαιτο μέλλουσαν

Γίνεσθ', &c.

Κεράων, ἑκάτερθεν.] κέρατα vocat Ortum, & Occatum. Nam in aquis, (vt hic in Oceano) Cornua dicuntur quidam quasi termini.

Εοὶ αὐτοῦ.] Sunt qui comma ponunt post ἑοὶ, sed assensorem non habent Scholiasten.

Οππῆμος.] Puto ὁππῆμος dicendum, nam vt ὁππότε pro ὅτε, & ὅππως sine geminatione pro ὅπως, & ὁππόθεν pro ὁπόθεν, sic ὁππῆμος & κατὰ διπλασιασμὸν ὁππῆμος pro ἦμος. Nisi dicas Æolicè aspirationem negligi.

Δυσομένω μὲν σφαίρας.] Huc respexit Leontius: κρυπτομένου μὲν ἀνατέλλοντος τὸ ἥμισυ τῆς σφαίρας, &c.

Ημισυ μέν κεν ἴδοιο.] Diphthongus hic corripitur, quod & apud alios Græcos poëtas reperias. Ideò mutari nolim.

Αὐτὰρ ἐγώ.] De Pisce Notio explicant Ci-

cero, Auienus, Germanicus, & Martianus Capella, & Scholiastes, qui tamen aliorum opinionem producit putantium de Engonasi hæc intelligenda, quia durum videatur id quod sequitur τὰ δ' ὑπέρτερα pro τὰ ἤρια explicare. Hyginus testatur Cancro oriente obscurari Notium Piscem, & Engonasin vsque ad vmbilicum, quod alij tacent.

Νωτὶ φορῶ.] Eleganter Hip. νωθροφορῶ.

Μογερὸν.] Serpentarium vocat μογερὸν, quia ἄλ@ περὶ τ ὄφιν πονεῖ. Locum hunc sic explicat Leontius: κρατεῖν μ ἀνατέλλονθς δυσὸν (ὀφίυχ@) ἀπὸ γόνατ@ ἕως τ ὤμων κατάγων τ ὄφιν ἀνίσχοντ ἀρχίν@.

Ημάλ@.] Mirè, sed suo more dixit ἠμάλιον, etiam noctu ὑπέργηον, & ὑπόγειον ὑπέργειον.

Ηδη κρτίοντ.] Probè Hipparchus ἄμοδος, quod purum putum Arateum.

Βυλυτῷ δ.] βουλυτὸς (malè βόλυτ@ in aliis codicibus, & βυλητὸς in Hesychij exemplaribus) est ἑσπέρα καθ' ἣν οἱ βόες λύονται, vt Arati, & Homeri interpretes docent: siue vt Suidas ὁ δειλινὸς ὀψία Aratus eodem significatu alibi βυλύτιον ἄγει dixit.

Κεῖνος δε.] Hic versus nulli Latinorum est aut lectus aut intellectus. Theon, vt potest explicat, sed non se extricat. Vereor ne sit spurius. Agnoscit tamen Hipparchus qui ait, noctes eas cùm occidit Arctophylax νύκτας ἀρκτοῦρα dici.

Κέρα@.] Dicit Orionem ex altero cornu prodire, nempe Oriente: nam suprà duo cornua posuerat:

Αὐτὸς δ' ἂν μάλα τοι κεράων ἑκάτερθε διδοίη,
Ωρίων@. Itaque benè Cicero:

At parte ex aliâ.

Benè Auienus:

— alio se litore promit.

Malè & peruersè Germanicus:

Cornua & Eridanus liquido feret vtraque cælo.

Videtur enim illud κέρα@ de Fluuio intellexisse quia præcedit πάντα φέρων ποταμὸν.

Χλοερόν.] λαμπρὸς Scholiastes.

Οριθ@ πτέρυγα ἄλ.] Priores alas auis dixit pro prioris auis alas, vt alibi alteros circulos secundæ coronæ. Loquitur enim hic de cycno, vt notat Scholiastes, & Germanicus. Nam Aquilæ suprà cùm de Leone loqueretur meminit.

Παρηοείης.] Malè παρηοείης in Scholiaste qui exponit τὰς ἄκρας. Ego παρηορίης malim pro παρῃορίης. παρὰ enim poeticum est pro παρά, vnde παρειβασία, παρειβάτης, & παρείθηκα apud Hesychium (vbi vulgo malè παρείθηκα) pro eo quod inter volam est, & minores digitos.

Φθάμβρ@ ἢ ἀάσι.] Loquitur de Sirio, & quidē de pedibus posterioribus: nam suprà dixit:

Πρύμνης ἢ πόδας κακὸς ἐπιρρέουσι.

Η ἢ Θῆναιμν.] Deest hic præpositio ὑπὲρ quæ subaudienda.

Βεβολημένο@ ἦρανόεντο.] Hoc ita explicat Cicero:

Cuius in aduerso est Arcturus pectore fixus.

κεβολημβαριν@ Scholiastes. Cæterùm deest hic ὑπὸ quod Græcis familiare.

Εστι.] ἴσα Hippar.

Οὐρῆς ἂν διοιο μέσον.] Hipp. μέσσω. Cæterùm legendum hic æstimo interpuncto versu hoc modo:

Οὐρῆς ἂν διοιο. μέσσω δ' ἐπὶ χηλαῖ ἄγοντο,
Δεξιτέρην κνήμην, &c.

Primum enim vide quàm absurdum sit ἢ in principio commatis poni. Deinde Scholiastes versum illum non exponit; imò ait aptissimè ad nostram coniecturam: τ ἐχόμενα αἱ χηλαὶ ἀνάγουσι μέσην τὴν δεξιτέρην μέχρι τ ἐπιγουνίδ@ ἄγουσι. Cicero, Auienus, Germanicus, non agnoscunt. Leontius cùm omnia quæ de Serpentario Aratus dixisset congereret, de hoc mentionem nullam fecit. Denique res ipsa clamat. Audi Aratum insià dicentem:

Τόξα καὶ σπειρῆ ὄφι@, ἐκ σώμ' ὀφιούχου
Αντικὺ ἰοντοι. κρείαδ' αὐτὸς ἄγοιτο
σκορπί@ ἀντέλλων ἀνάγει δ' αὐτὰς ὀφιούχου
Χέρας. καὶ σπειρήν ὄφιος πολυτείρεος ἀγλὼ.

Si neque hæc sufficiunt, Hyginum & Capellam scrutemur. Neuter συναπτελούσαις ταῖς χηλαῖς Ophiuchum annumerat. Obelo itaque hic opus. Quærere verò vtrum ὀφιοῦχον an ἀφισμὸν legendum sit nihil opus.

Δεξιτέρην.] Alij δεξιτέρον.

Πολλάκις ἀυδ' οὐχὶ.] Est enim, vt ait Scholiastes ex stellis, quæ ἀμφιφανεῖς appellantur, cuius generis & Arcturus, & alia è dextrâ Tropici Cancri sita, quæ noctis initio oriuntur, & posteà rursum occidunt.

Κεφαλῆ δ' ἄμα.] Malim κεφαλῇ ἅμα, vel κεφαλὴν δ' ἅμα.

Καλυπλέσιν.] Græcus sermo & versus postularent.

Αλλ' ὁ μ ἐς τρίχα πάντα κάτω μελέεσσι φορῶνται.

Sed an sententia ferat iure dubito: nam ἄνω magis quam κάτω dici oportuerat.

Ημισυ ἢ.] Leontius: χηλαῖ ἢ ἀνατελλουσι ἀνατέλλοντο τὸ ἥμισυ αὐτῶ (τοῦ φανοῦ.)

Μιλώδει.] Melius μετ' ὠδῆς.

Περίηρα.] Respectu aquilæ, vt & suprà: quod satius quàm vt dicamus respectu Equi dici.

Αὔγμα.] MS. δᾶμα. Benè: nusquam enim memini me δᾶγμα pro monstro legisse.

Κυλάδει.] Benè Auienus *monere* transtulit; Sic alibi:

Αλλα δ' ἀνεχχόμβρ@, ὡς τι δ' ἄκρη νωτὶ κελάδει Ηλι@. ———

Vnde

Vnde κέλευσμα signum nauticum, & κελευστὴς Portisculus.

Κεφαλῇ καὶ χειρὶ] Nam cætera sunt ἔξω, & Arctico inclusa.

Αρτεμις ἱλήκοι.] Legendum puto ἱλήκοις. Scholiastes ἐξευμενίζοιτο τὴν ἄρτεμιν. Cicero:

Pace huius liceat causam explicuisse timoris
Virgo tuâ.

Germanicus:

Sis vati placata precor Latonia Virgo.

Auienus etiam *Secundare* exprimit. Et frequens est Græcis Phrasis: vt in Epigr. ἱλήκοις πολιοῦχε. Sed insolens visum est correctoribus primo ἄρτεμις poni pro vocatiuo, deinde sermonem postcà vbi ait ὁ δὲ οἱ ἐξ αὐτῶν, &c. in tertiam personam conuerti, quorum neutrum poetis infrequens. Hæc cùm ita mihi ex collatione locorum viderentur, inueni locum in Nonno qui huic lectioni suffragetur admodum Dion. t t t t.

Ιλήκοι κερόεντι ἐϋψύχοιο θεόσσυτος ἑρμῆς.

ἱλκῦσαι πεπλοῖο.] Peplum attingere est vitium parare. Sic Nonnus:

Αγνὰ βιαζομένης ἀνεσείρησε φάρεα λευκῆς,

Et Nicander in hâc ipsâ fabulâ,

Αχράντων ὅτε χερσὶ θεῆς ἐδράξατο πέπλων.

Οττ.] Malim ὅτι.

Αργύφεος.] Alij αἰνόμορος.

Κεῖνα] Forte χεῖνα. Vt Scaliger emendat.

Επιτείνατο.] Alij ἐπιτείλατο.

Πλειότερος.] Aliter Nicander, qui paruum fuisse cupit, & paruo saxo delituisse.

Απλοίτερ] ἄσκευοι, καὶ παρημελημένοι Sch.

Τὰ δ' ὑ θέμις.] A pede ad lumbos.

Επείχετ' εἰδώλοιο.] Ellipsis est (vt sæpe) præpositionis μετὰ.

Κατὰ κόσμον] Sic suprà οὐ κατὰ κόσμον. Et φάος κατὰ κόσμον ὁρώρει. Et infrà ὅτ' ἱερόδος οὐ κατὰ κόσμον ἐξ ἀλὸς ἔρχεται. Alibi κατὰ χεῖρα dixit.

Αργανάεα] Huius vocabuli mentio apud Etymologicum, qui ἀπὸ τῆς ἀργεῖν deriuat. Hinc ἀργανάεια, ἀνεπιστέφεια Hesychio. Dicitur autem vrinatori similem occidere, quia caput præmittit, vnde *inuersam* Manilius, *resupinam* Hyginus nominat.

Μεγάλου.] Supple στεφάνου ὁ σημερινῶν, Schol. quod quia durum suspectus mihi versus.

Δευτέρω κύκλω] Suprà exposuimus. Malè alij de residuo coronæ Septentrionalis interpretantur, quæ tunc μεσουρανεῖ.

Ιππότα φηρὸς.] Putat Scholiastes ἱππότα dictum ad imitationem Homeri, quod falsum, nam Homerus non nisi in nominatiuo vsus est, vt & ipse fatetur. Deinde si in genitiuo diceretur vltima sine dubio produceretur. Fortè legendum vno verbo ἱπποτόφηρος, tanquam tu equitem permistum equo dicas. φῆρα appellauit Centaurum etiam Homerus Il. α.

——— ἐμάχοντο
Φηρσὶν ὀρεσκῴοισι:

Vt ibi notat interpres.

Σπείρῃ.] Lege σπείρῃ. Et confer hæc Leontij: τοξότου δὲ ἀνατέλλοντος ἀνατέλλει ὁ σπεῖρα τοῦ ὄφεως. καὶ τὸ ζῶμα τοῦ ὀφιούχου. Σκορπίου δὲ ἀνατέλλοντος αἱ κεφαλαὶ αὐτοῦ, καὶ αἱ χεῖρες τοῦ ὀφιούχου, καὶ ὁ πρότερος κεμπὴ τοῦ ὄφεως.

Τοῦ γὰρ.] Sequentia παρενθετικῶς ita legenda sensus & Scholiastes monent. τοῦ γὰρ μὲν ἐν γόνασιν (περὶ γὰρ πεφραγμένος ἀεὶ ἀντέλλει) τό τε μὲν. &c. Reiecta etiam altera lectione quæ τάτε præfert.

Στῆθος ἄκρις.] Reliqua enim ἔξω.

Ατίλεπα.] Hoc verbum non ad πάντα referendum, sed ad διωκομένοιο. Errat itaque vulgatus interpres. Voluit enim Aratus dicere leporem perpetuo à Sirio impeti. Hoc enim est ἀτίλεπα.

Απλῶν χεῖρα.] Læuam. Dextera enim iam occidit.

Ακρα κόρυμβα.] Homerus:

Στεῦτο γὰρ νηῶν ἀποκόψειν ἄκρα κόρυμβα.

Hoc est, τὰ ἀκροστόλια. siue τὰ ἄφλαστα. *Ornatum puppis* eleganter Germanicus.

Πηδαλιῶ.] Puto Aratum per πηδαλιῶ intelligere instrumenta vertendi, circumagendique quæ in puppi, quorum meminit Lucianus Nauigio, quem vide.

Νοτίω.] Hunc versum, & ego cùm primum legerem, & anteà Illustrissimus Scaliger ita coniecimus legendum:

Τείρεα, καὶ νοτίοιο θυτηρίου ἱερὰ ἕδρη.

Et posteà legimus assentiri manuscriptum Palatinum. Cæterum deest post hunc versus alter de Delphino. Nam Auienus ait:

——— *rutilâ cum numinis Arâ*
Delphinum patulas promit Capricornus in auras. Germanicus:

Et paruus Delphinus, & apta altaria sacris.

Et sanè Delphinus partim sub Sagittario, partim sub Capricorno oritur. Hyginus cum Sagittario oriri testatur. Ptolemæus diebus tribus aut quatuor antè ortum Capricorni.

Ἵππος δ' ὑδροχόοιο νέου.] Hoc est ex emendatione Attali, cum antea μέσου legeretur: non malè. vide Scaligerum ad Manilium.

Αντία δ' ἱππου.] κατὰ διάμετρον.

Ατερίη νὺξ] F. αἰθερίη νὺξ. Vt suprà ὑγρίη νὺξ. Germanicus & Auienus *noctem atram* transferunt. Sanè ἀτερίη nec Græcum est, nec probum.

Εξόπιθεν.) Aut *posteà*, aut *à posterioribus*. Posterior interpretatio placet.

Αυτοῦ κεφαλῆς.] Videtur melius legisse Scholiastes· σὺν τῇ κεφαλῇ.

Αναδυκάδα μέσου.] Quanquam cæsura Ennemimeris excuset, malim tamen cum MS.

— Δυσλεκά δ' ἔμμεναι ἄλλο.

Sic & infrà pro νίοι ἐκέσι σωζῆναι) Hipp. habet: γίσιδ' ἐκέσι σωζῆναι), vbi tamen vulgatam malim retinere. Neque enim omnino infrequens Arato cæsurarum licentia vti. Sic infrà:

— ἔπι λοφίη τι καὶ οὐρὸ.

Θυτήριον.] Leontius: καὶ ὅτι κεῖται ἀνατίλλοντος τὸ θυμιατήριον ἱερὸν) ἐπὶ δύσει, καὶ τὰ περιπατητικά.

Ουσι κεφαλὸς τι.] Frequens Phrasis Arato. Suprà:

Πρύμνης δ' ὅσσι ἐς κόλαυλόν,

Et simile illud:

— καὶ κύτεος ὅσσ' ἐλίλικτο
Κεινῦ δ' ἀντίμοιβος ἀπάσεισι.

Αμφιγυα πέλοιτο.] Aduerbium pro adiectiuo. sic suprà:

Ἐξ ἄλλου ἀρκτοῦος ἐλίσσετ') ἀμφαδὸν ἀστήρ.

Λάχνῃ.] Hic Attalum ἀνίσω, aut λέγυσαν legi voluisse monet Hipparchus, non probat. Et nos monemus non probamus. λάχνῃ autem intellige, oriri desinente.

Συναρχεῖος.] Malim cum aliis συναρχεῖος. Sic suprà:

— Αρχαῖον ἐπίσχει.

Μοίρῃ.] Hoc est, δωδεκατημορίῳ.
Ηδη πρώτη τῇ μοίρῃ. Hipp.
— πρώτη ἐπὶ μοίρῃ.

Αἱ πίσυρες μὲν.] Lego μιν. Et mecum Hip.

Μεγάλη ὑποτέλλεται.] Sensus constat, si interpretemur ἡ δὲ μεγάλη ἄρκτος αὐτῷ (hoc est ibidi) ὑποτέλλεται. Sed manuscriptus habet:

Η δ' αὐτῷ μεγάλη ἐπιτέλλεται ἄρκτος.

Et sic Scholiastes. αὕτη γὰρ ὁ λαιὰ αὐτῷ χεὶρ πλησίον ἐστὶ τῆς μεγάλης ἄρκτου. Sanè ὑποτέλλεται legisse videtur Auienus.

Πρώτης ἁλὸς.] Lege πρώτης cum Manuscripto. Et ita diserte Scholiastes. Auienus:

Agmina prima Padi. Germanicus:
Eridani & primos deprendat nauita fontes.

Αὐτοῖσιν ἀρίστα.] Lege:

Αὐτὸς ἔτ' ἀρίστα μίσυρ &c.

AD DIOSEMEIA.

ΔΙΟΣΗΜΕΙΑ.] Vsitatum est Græcis auctoribus opus continuum in partes diuidere, quas speciali titulo insigniant, vt ἐν ταῖς ἡοίαις Hesiodi eiusdemque ἔργοις καὶ ἡμέραις, aliisque similibus liquet. Hoc etiam hic factitatum videmus: cùm enim Aratus τὴν τῶν φαινομένων πραγματείαν absoluisset, subiungit alterum librum de signis tempestatum, & similium, de quibus & in Phænomenis cùm de Leone, Hædis, Pleiadibus, Capricorno, Sagittario, Ara, Centauro aliisque, ageret aliquid immiscuit. Hoc opusculum priori continuat, cùm enim φαινόμενα, hoc versu, quasi epiphonemate, quodam conclusisset.

Πάντα γὰρ τάγε πολλὰ θεοὶ ἀνδρεσσι λέγουσι.

Subiungit παρενθετικῶς.

— οὐχ ὁράας, &c.

Titulum posteriori opusculo fecit Διοσημεῖα. Hesychius, διοσημεῖαι περὶ τῶν, σημεῖα. Græci plerunque pro tempestate sumunt, vnde Suidas διοσημίαν interpretatur, & Scholiastæ τῶν περὶ χειμώνων σημεῖα. Eodem significatu & διοσημίας legimus. Aratus non tam pro ipsis euentibus, quæ iram deorum significant, quam pro signis quæ illos euentus denotant, vocabulum sumpsisse videtur. Διοσημεῖα itaque sunt signa futurorum, quæ ex cælo sumuntur, quem Iouem nominat. Clarè liquet ex illis versibus:

— πάντη γὰρ ὅγε.
Εν Διὸς ἄνθρωποι γινώσκομεν. ἀλλ' ἔτι πολλὰ
Κέκρυπται τῶν αὐτὸς θέλη, καὶ ἐσαυτίκα δώσει
Ζεὺς· ὁ γὰρ οὖν γενεὴν ἀνδρῶν ἀναφανδὸν ὀφέλλει.

Quare dubito an non hæc signa intellexerit suprà cum dixit:

Αὐτὰρ ὁ μοιράων τά τε κύκλα, τά τ' αἰθέρι σήματα
τ' εἰσανάγει.

Vt vno versu & ea quæ ex Phænomenis restabant, circulorum nempe tractationem, & obiter quibus signis in Zodiaco orientibus quæ oriantur quæ occidant, & ipsa Diosemeia præsignificarit. Nam quid aliud est τὰ αἰθέρι σήματα, quam τὰ διοσημεῖα. Nam Δία cælum esse iam dudum liquet. Alij Prognostica hoc opus vocant, & eo nomine Ciceronis Auieníque versio indigetatur.

Οὐχ ὁράας.] Epiphonema illud quo conclusit Phænomena explicaturus, & eius veritatem in astris, animalibus, plantis, inanimisque probaturus, à Luna incipit. Illud autem οὐχ ὁράας, Poëticè dictum: neque opus est certam personam intelligi, qualem hic Aneliden fingunt Grammatici, quod monet Scholiastes: & ad eius explicationem pertinet Procemium illud Phænomenis per quosdam præfixum, quod apud veterem Grammaticū Anonymū reperio:

Αγκλαδῆ ξεινᾶν ἱερὸς θάλος, οὐδ' ἄγε νῦν μοι
Οὐρανίω φαίνειν ἐπὶ τρίβον. ———

Vbi legendum συνμοι. Alij tamen tale fecerant procemium:

Αντίγονε ξεῖνον ἱερὸν θάλος.

Alij hoc, quod dubito an non ad Diosemeia pertineat.

Αμφὶ

Ἀμφί μοι εὐδιόωντι, περὶ πλήθοντι μήνης
Ἐσχατιῇ μοι μύστῃ,

Dicit autem hic Aratus, cùm Luna modicis cornibus apparet sub vesperam (ita enim interpretantur illud ἱσταμένη Auienus & Scholiastes) tunc designari mensem ἀρχόμενον siue ἱστάμενον quem ille αὐξόμενον appellat: cùm verò iam eius vigoris sit vt vmbram efficiat, iam τετράδα esse.

Ὀκτὼ δ' ἐν δίχα.] Cùm Luna est διχότομος octauus est à coitu dies: Cùm verò est πανσέληνος, quod Aratus πάντὶ προσώπῳ dicit, medium mensem designat. Est enim πεντεκαιδεκάτη. Hic Aratus quiescit: Auienus totum mensem explicat.

Εἴρῃ] Alij εἴρῃ. Et ita Scholiastes.

Λαρά γ' ἠμῖν.] Hactenus de diebus respectu numeri menstrui. Nunc de ipsis crepusculis quæ ἄκρα vocat, hoc est τὰ τελευταῖα. vnde ἀκρόνυχος ἀνατέλλει in Parapegmate, pro crepusculo vespertino.

Τὰ δ' ἔπι μέγαν εἰς ἐνιαυτὸν.] Corrupta hæc esse non dubito. Videant studiosi. Μέγαν ἐνιαυτὸν vocat annum Solarem, cuius quatuor ὥρας eadem signa denotant, quæ cùm sint quatuor arationis, sationis, plantationis, messis, Aratus duarum meminit, τ̃ φυτείας, καὶ τ̃ ἀρότου. Fortean legendum:

——— Ταὶ πυ μέγαν εἰς ἐνιαυτὸν,
ὥρλω μὲν τ' ἀρόσαι νειὸν, ὥρλω δὲ φυτεῦσαι.

Nempe subaudito ἐκ τ̃ κοινοῦ, ἄρκιαι ἐξειπεῖν: vt sit sensus:

Nempe extrema tibi poterunt edicere noctis
Bissena Zodiaci magnum quæ signa per annum,
Plantandi tēpus monstrant, & tempus arandi.

εἰς ἐνιαυτὸν dixit per annum vt infra:

—— Ἀμείβεται εἰς ἐνιαυτὸν
Ἠέλιος. Et suprà:
——— Ἐσίψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν,
Ἀστέρας οἵ κε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν.

Nam est ibi Hyperbaton, & illud εἰς ἐνιαυτὸν, ad σημαίνοιεν referendum. Hoc obiter. Ad propositum redeamus. Alias opotteret distinctionem tolli quæ in fine est versus, vt exponamus κατ' ἐπάνοδον, ἢ πρόληψιν, hoc modo: Tempus plantandi, arandi, omnia ab Ioue sunt ostensa. Figurate. Sed prior emendatio placet, quanquam altera hæc ad scripturam propior.

Νειὸν.] Hesychius: Νειὸν, ἡ νεωστὶ μεταβεβλημένη γῆ. *Noualis ager.*

Καὶ μὲν ἔτι.] Nec solum duodecim Zodiaci signa, sed & alia astra futura præsignant. Quatuor hosce versus non nouit Auienus: Et videntur ordinem turbare: quia quinto sequitur τ̃ διχ, &c. quæ tantum ad Zodiaci signa referri possunt. Sed neque sic conueniet. quia ait τοῖς πάντων, quod ad δυώδεκα μοίρας referri nequit, ad ἀστέρας potest. Itaque contra Auienum cum Scholiaste retinemus, & fieri potest vt Aratus κατὰ σύλληψιν de omnibus stellis dixerit, quod de speciebus aliquibus solummodo verum est.

Ἀρκτοῦρος] Puto eò referendum quod in Parapegmatis legimus: Ἀρκτοῦρος ἑσπέριος δύνει. ἄνεμοι μέγαλοι πνέουσι. Arcturum φαεινὸν dixit ob fulgorem. Per Arcturum Scholiastes totum Arctophylacem intelligit, de quo alibi dicendi locus.

Ἢ ἔτι ἑτέων.] Legendum est ἢ τεῶν. Interpres Nicandri idem verbum vsurpanis: τὸ δὲ τίων οὐκ ὀρθῶς κεῖται: σημαίνει γὰρ τὸ τίνων, ὡς καὶ Ὅμηρος.

Ἀμφιλύκης.] ἀμφιλύκην Theon ἀναβολὴν explicat. Non satis probè. Νὺξ ἀμφιλύκη Homero aliísque τὸ κνέφας ἦλθον, tempus illud inter lucem & tenebras dubium. Vnde dubium an nomen ipsum lucem, an tenebras sonet. Homericus interpres hoc vocabulum ita explicat: ὁ βαθὺς ὄρθρος, πρὸς τὴν λύχνην, ὅ ἐστι σκοτίαν. Cui consonat Nicandreus. ἀμφιλύκην, σκοτεινήν. λύκη γὰρ ἡ σκοτία, καὶ λυγόφως, ἐξ αὐτοῦ, ὁ λυκόφως. Macrobius iungendus: *Prisci Græcorum primam lucem quæ præcedit Solis exortus λύκην appellauerunt, ἀπὸ τ̃ λευκοῦ: Id temporis hodieq́; lycophos cognominant. de quo ita poëta scribit.*

Ἦμος δ' οὔτ' ἄρ πω ἠὼς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ.

Locus enim ille in vulgaris corruptus, ita restituendus. Bene autem ἀπὸ τ̃ λευκοῦ: nam & λευκοθέα, Matuta Plutarcho: & Galli crepusculum matutinum *l'aube* appellant, & *aubade* illis est, ἦχος διεγερτικόν, quanquam κωθωνιστικοῦς, etiam pro καθηγουμένου sumatur.

Πρώτης ἐκ νυκτός.] Altero crepusculo: ἀκρονύχως.

Μέγαν ὄγμον.] Duo significare ait Scholiastes ὄγμον, primò ordinem, seu seriem quam messores obseruant, secundò interuallum vacuum inter duos locos plantis consitos. Ex posteriori significatu ductam ait Metaphoram, quasi dicat ipsam potius Eclipticam, quam Zodiacum significari. Homerus quoque ὄγμον ὁδόντων eleganter dixit.

Ἐμπελάσῃ.] Et quod præcedit ἀμείβεται & quod sequitur ἐπιδέρκεται hic ἐμπελάει legi postulant.

Ἄλλος δ' ἀλλοίην.] Malè Scholiastes ἄλλοτε δ' ἀλλοίην. Hunc versum ita interpretatur Auienus:

Sic diuersa diem comitantur sidera semper.

Ἐννεακαιδεκάκυκλα.] Ait se supersedere Aratus de iis quæ ex tabulis Metonearum ἐννεακαιδεκαετηρίδων ab Astrologis propositis facillime possint cognosci. Meton enim primus annorū vndeuiginti periodum instituit, quem deinde secuti plurimi Græcorum, teste Theone, Diodoro & Auieno, qui etiam tabulas

Progno-

Prognosticas (quales sunt illæ quæ Ptolemæi nomine circumferuntur) ad illum annorum circulum dixerunt.

Ὅσσα τ' ἀπὸ ζώνης.] Initium enim Parapegmatum erat ab ortu Zonæ Orionis, quod est in Solstitio Æstiuo, & finis in ortu pedum Orionis, & Sirij ipsius, qui propè pedes; quæ Auienus non bene distinguit. Igitur cùm dicit Aratus:

Ὅσσα τ' ἀπὸ ζώνης εἰς ἔσχατον Ὠρίωνα,
Νὺξ ἐπιδινεῖται, κύνα τε θρασὺν Ὠρίωνος.
Quotquot & à Zonâ plantam Orionis ad imam,
Audacemq́; canem, per noctes astra rotantur.

totum parapegma, & omnia in eo contenta comprehendit. Benè autem notat Scholiastes tripartitè oriri Oriona, humeris, baltheo, & pedibus.

Οἵτε Ποσειδάωνος.] Interpretatur Scholiastes stellas Neptuni, eas quæ significant tempestates, & serena: Iouis, eas quæ spectant ad agriculturam. Exempli causa Neptuni stellæ sint Capricornus, Sagittarius, Arcturus, Ara, Iouis, Leo, Sirius, & similes: Communes, Pleiades: Possis etiam cum Auieno interpretari, τετυγμένα Ποσειδάωνος, ἢ Διὸς αὐτοῦ, hoc est, euentus Diales, & Neptunios. Ita enim ille intelligere videtur. Hoc certum astronomos nauigationis & agriculturæ parem habuisse rationem, quos & Hesiodus est imitatus, & Aratus.

Τετυγμένα.] Ita suprà procemio:

Οἵκε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν.

Μέλοι δ' ἔτι.] Alij μέλοι δέ τοι. Scholiastes legit μέλοι δέ σοι aut ἔτι Dorice σοὶ interpretatus est.

Εὐρόῳ.] πιστεύεις ὑγρῷ, literâ, & distinctione mutatâ alij. Assentitur Scholiastes, qui ait, ὅταν σὺ πίστευε τὸν πεδίνης, καὶ μέλλῃς ὁρμᾶν, καὶ ὁρμᾶν. Sed ego ὑγρῷ pro ὁρμῷ nondum legi, & puto vocem esse non satis significantem, nisi ὑγρὸν pro ὑγρῷ, siue ὑγροδρομῶν sumas, vt sit πιστεύεις ὑγρῷ πεῖσαι ἢ ἐλπίδα ἴσχεις ὑγροδρομῶν hoc est, *vento ferente nauigare confidas.*

Κεχρημένα.] Vocabulum hoc deriuandum non ἀπὸ τοῦ χρήζω τοῦ δέομαι, sed ἀπὸ τοῦ χρήζω τοῦ προγινώσκω. Est itaque κεχρημένα σήματα, τὰ σημεῖα προγνωστικά. Alij habent κεκριμένα.

Ἠερίη θαλάσσης] καὶ ὕψι vt *heri semper lenitas*, hoc est *hesterna* & sempiterna, siue continua. Sic ἠερίη θυέλλη *mane procella* pro *matutinâ procellâ.*

Τερβεν ἦμαρ.] quod frequens: Alibi:

Αὐτὴν, ἢ μετ' αὐτὴν, ἢ τετράτη ἔτ' ἐς ἠῶ.

Ἄλλα δέ τοι] ἄλλα δ' ἔτι Manuscriptus. Sensus est: Præter signa illa quæ ab Ioue proficiscuntur hoc est primo mobili, & astris inerrantibus, alia capies ex Luna.

Πλήθουσ' ἀμφοτέρωθεν.] Hoc est διχότομος πρώτη, καὶ διχότομος δευτέρα. Est enim διχότομος μηνὸς ἱσταμένου, & altera μηνὸς φθίνοντος: Inter vtranque est πανσέληνος, hoc est πλησισελήνη.

Σκέπτεο.] Iubet nos Lunam tertio quartóque a coitu die diligenter contemplari, quia Lunæ forma & splendor varians varios producat effectus. Et hactenus generaliter quæ deinceps κατ' εἶδος explicat.

Ἐφισταμένης.] Alij ἱσταμένης. Sententia eius versus in eo consistit quod ex principio mensis coniectura facienda sit de toto, futurúsne sit pluuius, an ventosus, an siccus, an serenus. Igitur ἱσταμένης hic non restringit, sed denotat. Est enim μὴν ἱστάμενος non initium mensis, sed ipse mensis, cuius est initium.

Λεπτή.] Rationem Physicam harum Lunarium προγνώσεων ex Scholiaste, Auieno, & Philosophorum doctrinâ quoad potero explicabo. Luna quia debiliori lumine prædita est quàm Sol, facilius formas ex aëre subiecto refert. Cùm verò aer semper vel serenum, vel ventos, vel pluuias, vel simile quid parturiat, antequam ea ad nos perueniant, ipse iam eam formam concepit, quæ rei euenturæ correspondet. Itaque cùm nullæ in aëre sordes sunt, quod serenitatem portendit, Luna quoque pura est. Cùm verò tertia die (quando λεπτὴν Lunam esse dicit Aratus, nam ἐν τρίτῃ ἡμέρᾳ est παχίων.) Luna rubicunda est, certum est aerem ipsum simili esse præditum figurâ, quod tunc fit cum exhalationes siccæ & igneæ in aëre versantur, ex quibus venti gignuntur sicci. Eadem ratione nititur quod infrà ait, si rubicundus circulus Lunam ambiat, ventos imminere, & quò rubicundiores eo vehementiores. Falsa enim hic ratio Scholiastæ διὰ τὴν περὶ τοῦ ἀέρος πύκνωσιν: & falsa simul illa, quam præsupponit Thetis οὐδ' εἶναι ἄστρα ἢ ῥεῦσιν ἀέρος: quod iam dudum refellit Peripateticorum schola. Cùm verò aer madidas exhalationes (quas crassiores esse oportet) habet, Luna quoque est obtusior & veluti atra (quod in quarto die ponit Aratus quia tunc oportuit communiter eam esse firmiorem) quare necesse est imbres gigni, aut Austros, qui & ipsi vuidi: quare non benè hic vbi Aratus dixit ἢ νότῳ ἀμβλυνθείη), Auienus *Zephyrus habitabitur* transtulit: Alia enim Zephyri natura. Quæ autem hîc de Luna crescente dicit, eadem posteà generaliter de omni Lunâ repetit. Similis itaque ratio. Prout verò exhalationes ventosæ in cælo aut cum Lunâ, aut contra Lunam feruntur, ita Luna nunc recta est, nunc inclinata. Luna itaque triduana ab Occidente ad Orientem pergens, si secundo (vt ita loquar) vento feratur, hoc est si Zephyri spirent, recta erit: Zephyri verò siue his proximi Cauri ἀργέσται, si durent aliquantulum, vehe-

mentiores

mentiores fiunt: Igitur si postero die Luna idem habeat signum, timendæ sunt tempestates. Si verò cornu Septentrionale (quod vocat Aratus μετήορος) pronum videatur, certum est à Septentrione latas exhalationes efficere, vt videatur motus inesse Lunæ, qui est in aëre. Si verò resupinum sit, clarum est ex aduersa parte spirare ventum, nempe Notum, cuius eadem ratio. Aer autem seu potius exhalationes Lunæ subiacentes plerunque nobis rotundâ figurâ apparent, ob ipsius Lunæ formam, cuius lux per eas meat, (cui simile est id quod in pareliis videmus) itaque circulus ambire Lunam videtur; qui si sensim euanuerit, liquet materiam non admodum esse crassam, vt è tempestatibus aliquid possit esse periculi. Sin in duas partes findatur, iam maior & crassior est materia quam quæ dissipari possit, ideoque procellæ imminent. Quòd si tanta sit copia exhalationum, vt plures circuli appareant (cuius similis est ratio) procellarum vis maior futura esse non immeritò putatur. Quod verò ait Aratus, signa Lunaria à quartâ tertiáve die (seu potius ab ipsa synodo,) ad octauam, hoc est, ad Lunam διχότομον durare: & a διχοτόμου ad πανσέληνον, quæ est die decimo quinto, & exinde ad διχότομον δευτέραν (male in Scholiaste διχότομον βίαν qui error ex numerorum notis natus est) & rursum à διχοτόμου ad tertiam vel quartam φθίνουσαν, vel potius ad ἔνην καὶ νέαν (nam, vt suprà, extremos dies nominat tantum quibus Luna apparet, ex quibus reliquos intelligi oportet) ex Pythagoricâ magis quadam septenarij veneratione (nam si ita computes vt nos ostendimus, in singulis ἡμέραις inuenies) quàm ex Physica ratione deductum videtur.

Λεπτή.] λεπτὴ & παχεῖα tempus magis, quàm formæ differentiam ostendunt. Λεπτὴ est τριταία: vt παχεῖα τεταρταία.

Εκ τριτάτοιο.] Post tertium. Aliàs τέτρατον ἐκ τριτάτοιο esset ἑβδόμη. Hic est simpliciter τέταρτον.

Αμβλείῃσιν.] Alludit ad illud quod suprà dixit ἀμβλείῃσι κεραίαις.

Νευστάζει.] Νευστάζειν est pronum esse. Νευστὸν, cernuum.

Εἰ δ' αὐτῆς ὀρθή.] Non intellexit hæc Virgilius cùm scripsit:

Sin ortu in quarto (namq; is certissimus auctor)
Pura nec obtusis per cælum cornibus ibit,
Totus & ille dies & qui nascentur ab illo
Exactum ad mensem pluuia ventisq; carebunt.

Nam hoc non voluit Aratus.

Εσπέριοι δ' ἄνεμοι.] Zephyri, & Cauri siue Argestæ.

Μετήορος.] Sublime (vt semper in Sphæra) vocat τὸ βορειότερον.

Ηλίοσι.] ἤλιοι alij.

Πληθύοντι.] πανσελήνῳ.

Αμφότεροι διχόωντες] διχότομοι πρότερος καὶ δεύτερος.

Αἰξοβόλην.] μηνοειδῆ πρώτην.

Η δ' ἐν κέρας ἄνδιχα ἴσον.] μηνοειδῆ δευτέραν. Nam Aratus, τὰς ἀμφικύρτους vbique omittit.

Πάντη γάρ.] Versus hic mutilus. Coniicio legendum:

Παντῇ γὰρ φθιμένη, τὰ μάλ' ἄλλα σημαίνουσα.

Nam sequitur:

——— Πάντα δ' ἱερὰ φέρει.

Subaudiendum itaque more Poetico τὸ, ἐάν.

Αεὶ.] alij ἄρ.

Τριτάτῃ πληθούσῃ.] Vel puero liquet legendum, τριτάτην πλήθουσαν. Et alij monuerunt.

Ει διχάδα φθιμένην.] Hoc est διχότομος δευτέρα, quæ dicitur φθίνοντος μηνὸς, quem Aratus quoque λιποχρόνιον, & ἀπιόντα cognominat.

Εχεται δέ οἱ αὐτίκα.] ἔχεσθαι hic est propè esse. Sed Manuscriptus refert δέχεται δὲ μὲν αὐτίκα, legendum fortè: δέχεται δέ μιν. Vt sit δέχεται μιν suscipit illum, hoc est succedit illi. Itaque in altero versu legendum τῇ δ' ἐν τριτάτῃ.

Ετι μὲν πληθούσης.] Legendum est πληθούσῃ τε, aut quod melius πλήθοντι κε, vt sensus sit:

Hæc de mense potes Luna didicisse magistrâ.

Ab his ad Solaria signa transit.

Ηελίοιο δέ τοι] Quod in Luna fecimus idem in Sole faciendum. Solis signa rariora, sed certiora, quia lumen certius & maius, nec leues exhalationes admittit. Ait itaque Aratus ex Sole oriente & occidente signa capi posse, cur non ἐκ μεσουρανοῦντος; Ratio non leuis hæc est, quod Sol oriens & occidens circa nostrum sit Horizontem, ideoque illas exhalationes referat quæ propè nos sunt. Cùm itaque Sol veluti maculatus apparet, (præsertim si, quod infrà subiungit, in ortu nubes ipsum præcesserit, & paulò post variegatus Sol visus fuerit.) certum est exhalationes esse in aëre, neque tamen leuissimas neque grauissimas. Nam eâ sunt virtute, vt Sol quidem lucidus siue integer (vt loquitur Auienus) per eas non cernatur, sed neque ipsæ Solem omnino abscondant: Sed solis lumen per exhalationes transparens, varios colores offerat spectantibus. Signum itaque hoc tempestatis, præsertim pluuiæ, vt contrà pura facies serenî. Cùm verò nubes crassæ ante Solem sunt, ipse caui speciem reddit, quia quæcunque per nigrum videntur profunda apparent, quod & in pictorum vmbrationibus videre licet. Eædem exhalationes faciunt ne radij Solis per rectam lineam ad nos ferantur, sed ex lateribus per obliquum appareant,

vnde sequitur pluuiam aut ventos qui ex exhalationibus fiunt secuturos. Quod suprà de rubro & nigro in Lunà diximus, idem in Sole est, rubrum ventos, (hoc est exhalationes siccas & calidas) nigrum pluuiam : (hoc est exhalationes crassas & madidas) vtrunque præsignat. Aliquando ita circumfusæ sunt Soli nubes, vt radij coeuntes in vnū vix vnum locum reperiant per quem transpareant, aliquando etiam nullum. Ex crassis ergo nubibus pluuiæ nascentur. Quod si Solis orbis oriens (vt fieri solet ob exhalationes) latus, & amplus appareat, posteà verò se contrahat, signum est exhalationes à Sole ascendente victas amplius eas vires non habere, vt maiorem solito Solem faciant apparere. Itaque serena exspectanda. Si verò post tempestates diurnas Sol sub vesperam pallidus (hoc est non ater sed candidus vt plerunque) occumbat , etiamsi supra illum aureo colore nubes appareant (nam eæ crassæ esse non possunt) pluuia porsectò timenda non est. Aliud esset si post tempestatem Solis occidentis radij in diuersas partes obliquè tenderentur. Hoc enim vt diximus procellæ signum. Radij Solis marcidi (quales fermè sunt in Eclipsi Solis) siue de die siue Sole in ortu laborante testantur se à nubilis vinci. itaque pluuiæ instant, aut si non magna sit obscuratio, venti. Idem est si etiam Sole nondum exorto (nam tunc omnia aëria clarius videntur) nubes videas medias inter rubrum & nigrum colorem, ὑπερυθίας, sanguineas. Nam & illæ exhalationes vuidæ sunt. Quod de Coronis (quas ἅλωας vocant Physici) Lunaribus dixi, idem in Solaribus: quæ quo nigriores & plures, eo tempestuosiores. Nubes autem æquabiles eo fermè modo quo coronæ, sed paulò perfectiùs, Solis formam repræsentant, ideoque *Parelia* vocantur, quarum materia est tenuior, ventos gignit, & quidem ab ea parte à qua apparet. Si crassior, quod tunc liquet cum guttæ cadere incipiunt, (hoc enim Aratus innuere videtur, si versus est γονόεντος) pluuias.

Νέον βάλλοντες ἀρούρης] Ita infrà:

——— αἱ δὲ βορείῳ
Σχιζόμεναι βάλλωσι.

Est itaque βάλλειν, τὸ ἀπλοῦν.

Ὑποδείελος.] δείελος, δείλη siue δείλης quanquam pro pomeridiano tempore sumatur, propriè tamen crepusculum vespertinum designat : ideoque Auroræ opponitur Homero:

Ἔσσεται ἢ ἠὼς, ἢ δείλη ἢ μέσον ἦμαρ.
Aurora, aut vesper, mediíve erit hora diei.

Interpres: ἡ ὀψία κατάστασις τοῦ ἡλίου λεγομένη παρ' Ἀττικοῖς.

Καὶ μέρ.] καὶ μὲν alij.

Περιστίλβοι.] Alij περιστίλβῃ. Sed non conuenit id quod sequitur βάλλοι.

Τὰ δ' ἄν περὶ μέσσα φαείνῃ.] Hoc est τά δὲ μέσα τοῦ ἡλίου περιφαίνῃ.

Σκέπτεο δ' αἰ κε θέῃ.] Versus corruptus: Lege:

Σκέπτεο δ' ἀκτῖνας διαυγέας ὑπείκωσ' ἠελίοιο.

Alij habent ὑπείκωσ' ἠελίοιο, quos sequitur Auienus:

Deniq. per flammas procul atque incendia Solis,
Ipsa Dei cedant blandè si lumina solers
Tende oculos.

Sensus est: παρατήρει δὲ τὰ περὶ τὸν ἥλιον σημεῖα, ἵνα πιέζοντας αὐτοῦ τὸν κύκλον. Scholiastes.

Τοῦ γὰρ σκοπιαί] Suprà .

Ἠελίῳ καὶ μᾶλλον ἐοικότα σήματα κεῖται.

Virgilius:

Solem certissima signa sequuntur.

Εἰ δὲ οἱ ἀνιόντι.] Legendum esse.

Εἰ δὲ οἱ ἢ ἀνιόντος vnicuique liquet. Scholiastes οἱ δὲ δύνοντι habet.

Νεφέων πεπιεσμένος.] aut subaudiendum ὑπὸ aut legendum νέφεσιν vt Scholiastes legisse videtur.

Πολλὸς δ' ὅτε οἱ περὶ κύκλος.] De Solis ipsius circulo, non nubium intelligo: Scholiastes cùm priori loco exposuisset de Solis circulo, posteà de nubibus exponit. Sed verum id esse comperio , quod & centum aliis exemplis probari possit, non esse vnius auctoris Scholium, sed ex variis Grammaticis, & astrologis quædam collecta, in vnum corpus esse redacta, quorum fortè vix tertia pars Theonis est.

Σκέπαος κεχρημένος εἴης.] *Operimento tibi opus erit*, aut aliter, *auxilio carebis.*

Οἷον ἀμαλδύνονται.] Describit Eclipsim Solarem, quæ fit Lunæ inter Solem & terram interiectione. Huic comparat radiorum obscurationem quæ per nubes est τὴν διὰ τῶν νεφελῶν τῇ διὰ τῆς σελήνης. Non ipsos dies, quorum euentus significatur quod voluit Auienus. Oportet enim subintelligere, quod præcessit ἀλλ' ὁπότε πού γίνονται, καὶ περιστρεφομένου οὕτω.

Ἱσταμένη.] Non ita hæc intelligenda , quasi ἱσταμένου μηνὸς fiat Eclipsis, nam fit φθίνοντος μηνὸς : Sed ἱσταμένη simpliciter est *stans*, seu vt Scholiastes exponit ὑποθέουσα, hoc est *means* vt Cicero transtulit. Nescio quid Auieno in mentem venerit, vt ἵσταται pro ἱστουργεῖν, ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ τοῦ ὑφαντικοῦ intellexerit. ita enim ait.

Vt cùm fraternos SVBTEXENS *Luna iugales*
Lucem hebetat.

Ἤδη περὶ.] Vsitata Homero hæc clausula: Et Arato iterum infrà. Et suprà :

Ὁ δὲ δύεται ἤδη περὶ ἀκρόνυχος ὠρίων.

Ἄρραντοι.] Ῥαίνειν aspergere : ῥαντὸς aspersus: ἄρραντος (quod nescio an aliis vsitatum) inaspersus, siccus.

Περιδροφέοντ' ἀνέμοιο.] alludit ad id quod prius dixerat.

Εἰ δ' ὀλίγος τανυθεὶς περὶ δρόφος ἀντιθέοντι.

Similem

Similem locum anteà ostendimus.

Φοινίσσοιο.] Nam & suprà dixit:

Η νέος, οἱ βορέω ἐρύθεται, ἢ ἰκάνεσθαι.

Ερεύθεται, & φοινίσσεται idem sunt.

Η καὶ πυ.] Alij *εἰ καί που*. Alij *ἰδ' ὅτε πού*. Sed tunc comma post *ἐπιτροχόων* esset delendum. Auienus hunc versum non agnoscit.

Μᾶλλον ἀληθέα.] Μᾶλλον illud expressit Maro:

Hoc etiam immenso cùm iam decedet Olympo,
Profuerit meminisse magis.

Et Auienus:

—— Tamen hæc, tamen omnia semper
Decedente die melius ventura docebunt.

Σμίκρη δὲ φάτνη.] In ἐσχάτῳ τόπῳ Cancri, duæ sunt stellæ, quas Græci ὄνους vel ὀνίσκους vocant, Manilius nescio quà ratione Iugulas vocat, inter vtranque nubecula quædam esse solet, quam φάτνην siue Præsepium vocant. Hæc, quia obscurior est, potest aliquando ab exhalationum vi obscurari, ita vt nullum sit interuallum μεταξὺ τῶν ὄνων. vnde sequitur summam fore tempestatem. Quod si paulo minor exhalationum copia, eæque madidæ sint, quia madida nigrum colorem præferunt, μελαίνετ) ἡ φάτνη, quanquam Aselli, quorum lumen firmius non facile immutentur. Sequuntur ergo imbres. Cùm verò exhalationes sunt sicciores & ventosæ, solet vis venti quæ in summo aëre est omnes sordes nubilosas à sua parte in alteram mouere. Hinc est quod alibi dixit Aratus, si cæterâ parte cæli nubilis obducta Ara sola resplendeat, spiraturum Notum. Similis & hic ratio. Quare Noto flante Asellus Notius lucet, Boreus sordet: Boreâ spirante Boreus lucet, Notius sordet.

Ολιγῇ εἰκυῖα ἀχλύϊ.] ὀλίγην ἀχλύν vocat Galaxiam, cui φάτνη comparatur ab Astronomis: ἐν τῷ διάστηματι μεσαίῳ τῆς καρκίνου, νεφέλιόν τι ἐστὶ προσεοικὸς τῷ γαλαξίᾳ, μεταξὺ ἀστέρων κειμένον, οἳ δοκοῦσιν ὀφθαλμοὶ εἶναι καρκίνου.

Βορραίη.] Ipse enim Cancer Boreus.

Εἰς μὲν βορραίοιο.] Alij *οἷς μὲν πὰρ βορέαο*: quod melius. Nam non cohærent βορραίου, & νότου nisi νότῳ malis legere.

Εικνόντες.] Nempe ἀστέρες Schol. Imò simpliciter ἐοικότες *congrui*: Auienus:

————— ardeat autem
Congruus aërij latè rubor ignis Asellis.

Περὶ χ' ὕδατι σημαίνοιεν.] Suprà:

—— ἐφ' ὕδατι σημαίνοιεν.

Εμπαλιν ἀχλυόεντι.] Hoc est vice versâ, vt Νότιος ὄνος φαείνῃ λεπτὸς ἐπαχλυόων, ὁ δ' ἐν βορέῃ ἀγλαὸς εἴη, tum inquit, χρὴ βορέαν δοκιμάζειν, conuenit Boream præsumere.

Σῆμα δέ τι ἀνέμοιο.] ἀπὸ τῶν ἀγρίων σημείων μεταβαίνει εἰς τὰ ἐπίγεια Schol. quem secutus Auienus hanc facit Metabasim:

Quin & terrenis cape rebus certa frequenter
Signa procellarum.

Ratio autem harum ἀντιγνώσεων hæc est. Cùm aer incipit ventis agitari, antequam id à nobis percipi possit ob sonitus varios qui ab hominibus excitantur, in locis desertis, syluis, litoribus, mari, rupibus, & similibus, aliquod murmur aëris mutantis exauditur, quod venti breui percipiendi certissimum signum est.

Οἰδαίνουσα θάλασσα.] *Inflatum mare* Cicero: *traxère tumorem æquora*. Auienus.

————— Freta ponti
Incipiunt agitata tumescere. Virgilius: *Sæpe*, (mare) *silentio intumescit, flatuq́; altius solito iam intrà se esse ventos fatetur*, Plinius. ἡ θαλάσσα διδίασ ὅτι μετεωρίζεται, Scholiastes.

Ακταί τ' εἰνάλιοι.] ἀκτὴ, & αἰγιαλὸς idem est: nisi malis ἀκτὴν scopulos interpretari, αἰγιαλὸν litus.

Καί δ' ἂν ἐπὶ ξηρὴν.] feræ bestiæ, pisces, auesque plerunque acutiùs sentiunt quam homines: ideoque multa ex iis signa capi possunt. Nam vento primum flare incipiente (semper enim paruo quodam motu incipit) aues vt ἐρωδιοί, αἴθυιαι, νῆσσαι ἀρχιάδες, & similia ἀμφίβια ex æquore, vbi vis venti semper maior, in terras profugiunt, & alarum strepitu timoris dant signum: κέπφοι autem, quia sunt λεπτόσαρκοι, contra ventum feruntur, & hoc ideò, ne si secunde vento volent, nimio motu, aut decidant, aut deficiant, quod & in piscibus videmus, qui similiter contrario vento solent natare.

Ερωδιὸς.] *Fulicem*, transfert Cicero, & Auienus, cum κέπφος potius fulix sit, & ἐρωδιὸς *Ardea*, vt Virgilius transtulit.

Εξ ἁλὸς.] Ex mari: Miror Auienum *Stagnis* transtulisse.

Κέπφοι.] *Fulica*: *Sturnum* transfert Auienus, cum Sturnus sit ψαρός.

Αρχιάδες νῆσσαι.] Has opponit iis quas infrà nominat νήσσας οἰκουρούς.

Εν ἁλὶ δῖναι.] Non memini me legisse δῖναι loco adiectiui. Suspectus itaque locus: Fortassis sit cōposita vox εἰναλιδῖναι. quod fieri potest. Nomen autē iccircò hoc attributum ἐπειδὴ δυνατῶν αὐτῶν τῇ θαλάσσῃ ἐπιγίνεται ὡς δῖνος.

Η νεφέλη.] Nubes in montibus considere solitæ, vento qui in summo aëre est agitatæ, in album surgunt. Hoc enim est μηκύνεται. Non intellexit Auienus qui ait:

—— Et summa nebulam se tendere rupe,

Nec Plinius: *Cùm in cacuminibus montium nubes consident hyemabit. Hyemabit* est χειμάσει.

Ηδη καί.] Rationes Physicæ sequentium hæ esse videntur. Pappi cùm sint ἀβαρῆ facillimè quouis vento auertuntur. itaq. vento incipiente, cùm nos necdum eius vim sentimus, multi disiecti in aquis fluitant. Quia verò venti (vt

fæpe diximus) prius sunt in superiori aëris parte, quàm in ea quæ nobis proxima est, quâ ex parte tonitrua, fulmina, sidera (vt vulgus appellat) cadentia impelluntur, eâ ex parte spirabunt venti; quod si diuersis ex partibus ferri videantur, signum est tempestatis. Nam ventorum confusio (vt ex Poëticis descriptionibus liquet) tempestates efficit.

Πάππου.] Festus: *Pappi carduorum flores.* Lucretius:

Vestem, nec plumas auium, papposq; volantes.

Sunt autem propriè (& ita hic sumuntur, licet alibi generalius nomen hoc sumi non negem) πάπποι Flos, siue lanugo cinaræ, quæ species est cardui, quam Galli *artichaus* vocant (quod Græcum vocabulum est ἀρτιχοῦκ Tralliano vsitatum) quam Aratus γήρειον ἀκάνθης vocat, quia canitiem præ se fert. Nicander:

Σαίδρα τ' ὡς γήρεια τὰ ἐκψυχθέντος ἀκάνθης,

Et alibi:

Οἷά τε δὴ γήρεια νέον πεπτηότα πάντη,
Ἠέρ' ἐπιπλάζονται ἀποφθιμένων ἀκανθῶν.

Κωφῆς ἁλός.] Homerus κύματι κωφῷ hoc est, ἀχηπτῷ. *Surdum* pro eo quod non exauditur, vt *cæcum* pro eo quod non videtur.

Τοί δ' ὄπιθεν ῥυμοὶ ὑπολευκαίνωνται.] Benè Virgilius:

Flammarum longos à tergo albescere tractus.

Μή μοι] Optantis est, vt alibi:

Μή οἱ ποικιλόνωτος νέον βάλλοντος ἀμέρσει.
Κύλλος.

Ὕδατι τῷ δ.] Hunc versum non videtur agnoscere Scholiastes: Nam Auienus ne duos quidem priores habet.

Πολλάκι.] In pluuia idem est quod in vento, antequam ad nos perueniat in aëre eam esse, & prope terras quoque sed tam paruam vt à nobis sentiri nequeat, ab aliis animalibus quæ sensu prædita sunt acutiori possint. Nubes quæ lanæ similitudinem præferunt crassæ sunt, ideoque non ventosæ sed pluuiosæ. Iris autem (quanquã varia de eâ inter Physicos sit disputatio, quam nos omittimus) aër est crassior; quæ si gemina, necessario sequitur imber grauis: Et vt Lunæ, Solisque ἅλωες: ita etiam αἱ τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων ex exhalationibus sunt, quæ si nigræ, pluuiæ. Pluuiâ instante aues aquarum amatrices, quia sentiunt propè esse vt ab iis per pluuias separentur, (cui similia & infrà habebimus) ingurgitant sese aquis: Ranæ autem quia admodum aquam amant præcipuè pluuialẽ (quæ magis est vitalis, vt ex plantarum alimento liquet) gaudium clamore testantur: Vt & ὀλολυγὼν si vulgatam lectionem sequimur. Cornix vero summopere φιλόϋδρος, tum vel maximè delectatur aquis, quod & ipse aër partes extantes continens sit vuidus. Boues verò quia patulas habent nares admodum sunt αἰσθητικοί. Ideoque non contenti eo aëre qui terræ proximus calidior est, superiorem quem frigidiorem & humidiorem sentiunt captant. Quia verò æstiuo tempore profunda terræ sunt frigida, exteriora calida, & contrà tempore hyberno, cum plurimus imber decidit in terras, interna calida, externa gelida (cui simile & in hominum corporibus euenire videmus) formicæ non patientes illum terræ feruorem, sedes priscas deserentes exeunt vnà cum ouis. Hoc enim vult Auienus cùm ait:

Cùm proprias sedes sollers formica relinquens
Oua cauis effert penetralibus; aspera quippe
Tempestas, gelidusq; dies, & frigidus æther
Inserit internis terrarum redditus æstus.

Videtur tamen malè interpretatus (si eo respexit quod videtur) Aratæum illud:

Κοίλης ἐκ χειῆς ἀκλέα θᾶσσον ἀνήνεγκαν.

Ἠ διδύμη] Plinius: *Arquus, cum sunt duplices, pluuias nunciant.*

Εἰλυμένον ὕδωρ] quasi iam incipiat pluuiæ principiis moueri. ἀρχόμενος.

Ὑδροισιν ὄνειαρ] Nicander quoque alicubi tradit Hydros deuorare ranas.

Γυρίνων.] γυρίνους nominat, quos Latinus Poëta *pullos ranarum* ἀολιπτάσυς βατράχυς, Μικρῦς βατράχυς φρυνοειδῆς appellat Aristoteles.

Ὀλολυγὼν.] Auis solitariæ genus Scholiastæ, *Acredula* (ni fallor) Ciceroni, Sed, ni ego fallor, vterque egregiè fallitur. ὀλολυγὼν ad priora illa quæ de ranis dixit referendum. Plinius lib. xi. cap. 37. vbi de linguis animalium agit: *Ranis prima cohæret, intimâ absolutâ à gutture quum vocem mittunt: Mares tum vocantur ololygones: Stato id tempore eueniunt cientibus ad coitum fœminas* Neque abs re est quod hoc loco ex Aristotele refert Scholiastes (qui tamen hunc locum non cepit) τὴν τοῦ ἄρρενος βατράχου φωνὴν σημεῖον εἶναι πρὸς συνουσίας ὀργῶντος ἐπὶ τὴν θήλειαν. Sed ὀλολυγὼν cum de mare loqueretur Aratus, epithetum femininum addidit, quod tamen & alibi reperias. Et τρύζειν (quo verbo hic vtitur Aratus) propriè dicitur de turture solitario sine compare gemente. Transfer itaque ex Arati mente, & meâ:

Tunc & manè gemit se solã Ololygo relictam.

Vide etiam ea quæ ad Ciceronis Fragmenta scripsimus.

Λακέρυζα] Ex Hesiodo, qui dixit:

——— λακέρυζα κορώνη.

Τὴν χερσαίαν hoc vocabulo intelligere videtur Scholiastes, ad differentiam τῆς θαλαττίων κορωνῶν, quæ τανύγλωσσοι Homero. Videtur tamen τανύγλωσσος, & λακέρυζα idem esse.

Καὶ ἀθρόοι ἄφθιτοι ἴουλοι.] Eadem hic ratio, quæ in formicis: Nam & Iuli æstum terræ non ferentes prodeunt. Ἴουλοι autem & σκώληκες Græcis

Græcis τὰ γῆς ἔντερα vocantur, vt monstrat Aratus. Et sic nominat Dioscorides, & alij. Numenius poeta:

Καὶ ἢ ζόγε μεῖ σῶμα, ᾧ ἤλειαβε ὅτι πὰρ ἄκρης
Δύνεις αἰγιάλοιο χελώνεια σὺν μέ ἴνλοι

Κίνδωο] μίλουσι, γαστρίζησι, ἵσπερ γαιαε. Ratio duplex, & quod in ipsius terræ profundo sint, & quod intestinorum formam referant, in longum porrecti.

Καὶ ἀτιταὶ ὄρνιθες.] Aues domesticæ teneriores sunt cæteris; quare cum humore aëris percipiunt vnà cum frigore aliquo magis morsus animalculorum vt pedum & pulicum persentiunt: ideoque continuò clamant & φθέγγονται. Simpliciter Auienus.

Pectora cum curuo purgat Gallicula rostro.

Καὶ ἀτιταὶ ὄρνιθες]. ἀτιθαὶ exponit Scholiastes cicures: An. τιθαὶ legendum sit nescio. ὄρνις pro ὄρνιθες versus postulat.

Δὲ κοτε.] Humido etiã aëre. corui & graculi lætãtur, alatq; cõcutiunt, & graui voce intonãt magnas stillas imitantes, hoc est κατ' ὀνοματοποιίαν *Clax, Clax* Ratio eadem quæ supra fuit in auibus alijs, & in sequẽtibus aoatibus domesticis, & ardeis. Muscæ verò quia sunt admodum amatores humidorum, quia eo tempore corpora humida esse necesse est, vehementius mordent, vtpote magis delectatæ: Et quia aër madidus cum igne certat, lucernæ nõ lucent vti solẽt, sed vel fungi depressi madore cõcrescunt, vel inconstanter mouetur lumen, & scintillat, vel perfectè lucere nequiens radiorũ tantũ emittit. Idem est in igne cui ollæ imponuntur, nam similiter scintillat. Neque multum dissimilis ratio signorum illorum quæ in carbonibus ob aëris vuidi motum imprimi videmus. De anatibus quod reperij, iã ante explicatum.

Καὶ τῶ.] Putat Illustrissimus Scaliger hæc delenda vsque ad verbum κρώξαντε, hoc modo:

Ηποτε καὶ κρώξαντε βαρείη δισσάκι φωνῇ.

quod mihi non difficile persuadet, licet Scholiastes agnoscat.

Διὸς σταλαγμούς.] διὸς interpretatur Scholiastes μεγάλας. Frustrà: nam & suprà ὕδατος ἐκ χειμίνοιο διὸς περὶ & ὕδατος ἐνδίοιο dixit, sed σταλαγμοὺς corripi debuerat. Videtur itaque (si quis velit retinere) legendum:

——————δίοιο σταλαγμοῦ
Φωνὴν μιμήσκεται.

Νῆσσαι οἰκουροί.] Malè hactenus οἱ κοῦροι. Nam οἰκουροὶ idem est, quod ὑπωρόφιοι.

Μύκητες.] Præter Plinium, Virgilium, eiúsque commentatores testis huius rei Callimachus:

Λύχνου καιομένου ἄλλην ἰσχνεῖ μύκητις.

Aristophanes:

Ὕδωρ ἀναγκαῖον ἔχειν τὸν θεὸν ποιῆσαι,
Ἔπειτα γοῦν τοῖσι λύχνοις ἔνεισι μύκητες.

Φιλοῖ, δ' ὅταν ᾖ ὑετὸς, ποιεῖν αὐτὸν μάλιστα.

Τὰς μύκητας, ἀποιδῶρις] interpretantur noster, & Aristophanis Scholiastæ, cum sint diuersa.

Περὶ μύξαν] Μύξα τὸ ἐλλύχνιον. Hinc λύχνοι δίμυξοι, ἢ πολύμυξοι, non ἀπὸ τῶ μύκητος, sed ἀπὸ τῆ μύξας.

Ετ' αὐτόφι.] Alij ἐπαυτόφι vno verbo.

Νηστεῖαι ὄρνιθες.] Schol. legit νῆσσαι αἱ ὄρνιθες, quod veru puto: νῆσσαι αἱ ὄρνιθες, vel οἱ ὄρνιθες sunt cicures. Nã ὄρνις propriè auis cicur, vnde κορεῖνοι de Gallinis, & alijs cortalibus dicitur.

Τρίποδος πυριβήτα.] Sunt enim & tripodes ἄπυροι Homero celebres è quibus bibi solebat. πυριβήτω dixit, vt alij ἐμπυριβήτην, quod idem cum αἴθων, & λοετροχόον, quibus nimirum igni impositis imponebatur aqua calefacienda. Hæc nota ex Græcorum Scholijs.

Εσκόβια πολλοχεύνται.] Ita alibi:

— Κίγχεσιν ὅτ' ἰσκόβια πάιζει.
Κύκλῳ ζόμετ' ἔχει περιλαμπτὲς ἴσθεν μύξα.

Ergo idem quod in carbonibus etiam in ellychniis pari ratione accidit.

Εἰ γέ μὲν ἠερόεσσα.] Sequuntur sereni signa aliquot, quorum plurima ex contrarijs præcedentibus sunt manifesta. Nam sereno cælo nubes non in altum tolluntur, sed quàm maximè in humili manent, vt in pede montis, & superficie aquarum. Præsepium non obscuratur: Flammæ lychnorum non mouentur. Noctua verò cornix, & corui, quos ineunte primum pluuiâ lætari diximus, quanquam humidum ament, frigidum tamen & excessum humidi non amant; itaque sereno redeunte gaudent, & non vt ante graui, sed suaui vtcunque voce ipsi auræ conueniente sudum cælum esse testantur. Grues verò vel maximè non ferunt τὰς τῶ καιρῶν ὑπερβολὰς vt ex eorum continuâ migratione liquet: Itaque eam certa spes est sereni, tum demum longas parant vias, nam vt infrà habebimus inter signa tempestatis:

Οὐδ' ὑψοῦ γεράνοι μακρὴν ὁδὸν ἐκτανύονται
Τρίνεσι, στροφάδες δὲ παλιμπετὲς ἀπονέονται.

Πυθμένα.] πυθμένα vocat τὴν ὑπώρειαν, seu potius τέρμα, Montis pedem.

Πλαταμῶνι.] Platamones sunt petræ paulum suprà mare extantes, vt Galenus cum Theone explicat. Apollonius:

——————Εἶσεν δ λαᾶς
Εἰματ' ἐπὶ πλαταμῶνι, τὸ οἱ ἀπέβαλλε θάλασσα.
Κύμασι χειμερίη δὲ πάλαι ἀπεκλύζετο ἅλμη.

Οἱ ἐς φάτνην δράκον.] Confer cum ijs quæ suprà dicta sunt.

Ησυχοι.] Ita & Sholiastes. Stephanus vult ὄρνιχες, quia sequitur κρώζῃ. Sed puto Scholiasten legisse, & quidem non malè, κρώζῃ πολύφωνα κορώνη. Nam, & apud Homerum sæpe masculinum pro fæminino reperias, vt

 κλυτὸς

κλυτὸς ἱπποδάμοιο, & θῆλυς ἐέρση.

Πεποίηκεν.] Hoc ideò, quia subiungit πολύφοινα. Nam ita legendum.

Κρώζει.] Hesychius: κρώζειν ὡς κόραξ, ἢ κορώνη. Sæpius verò de cornice. Hinc κρώζειν cornicari transtulit Persius.

Μέγ' ἀθρόα.] Fortè μέγ' ἀθρόα.

Χαίρειν κέ τις οἰωνοῦ.] Antea χαίρειν καί τις οἰωνοῦ. Sed omninò ita legendum est quemadmodum nos ex Sanctandreanâ consensu Scholiastæ edi curauimus. Nam & apud Homerum est ὠϊοῦ pro ᾠοῦ, & simile est ὠΐγνυσιν pro ἐώγνυσιν, & alibi ὠΐσατο reperias.

Δενδρείοιο.] δένδρειον pro δένδρον, vt suprà κέγχρειος pro κέγχρος κατ' ἐπένθεσιν τοῦ ει.

Ηχί τε κοῖται] Non πλωΐμοιο, sed ἠχί τε κοῖται, *vbi cubant.*

Απλεγέοντες.] τὸ δὲ ἀπλεγέονται, οἷον τὰ πτερὰ χαλῶσιν Scholiastes. Dubito an præferam Manuscripti lectionem ἀδ' πλεγέοντες, vt sit πτερύσσονται pro πτερύσσονται. Auienus:

—— Tum pennis corpora plaudunt.

Οὐρανόθεν.] ἀστέρων alij, & Scholiastes. Auienus quoque:

Tunc quoque cum stellis hebes est lux omnibus vltrò.

Neque dissentit Plinius: *Cùm repentè stellarum fulgor obumbratur, vti neque nubile neque caligine fluitans, graues denunciantur tempestates.* Reuertitur hic ad tempestatum signa, & ait cùm sidera sponte quodammodo sua videntur obscurari signum esse tempestatis: nubila enim nobis nondum percepta stellas condunt. Idem est cùm multæ admodum sunt nubes, quædam huc quædam illuc latæ, quòd ventos, quædam subsistentes, quod imbres, qui grauiores sunt denotat. Tunc anseres, cornices, monedulæ, & aliæ bestiæ clamore dolorem testantur, quod non liberè possint pascere, quædam etiam bestiæ, ob metum pluuiæ, antra petunt, & apes, quæ teneræ sunt & tempestates fugiunt, non audent procul à melle & fauis abscedere, ne eas imber opprimat. Grues (de quo iam diximus) tum cursum mutant, & in alia loca migrant: Araneæ mouentur, quod eo fit, quia cùm sint leuissimæ facillimè moueantur à vento, nondum valido, & nobis ἀνεπαισθήτῳ. Flammæ lucernarum marcent, de quo iam diximus. Tædæ etiam & ligna, quia poros omnes humidus aer occupat, accendi vix possunt nisi cinere (quod sæpe fieri solet) oblinantur: quem locum postremum vix quisquam aliter intelligat.

Οὐδὲ πίσσο νεφέλας.] Hæc ita intelligenda sunt, quasi dicat, neque nos nubes vllas percipimus; sic infrà ποιμὴν, dixit, cùm reuera non sit ποιμὴν sed esse videatur solummodo.

Εννεάγηρα γενέσθαι.] In Catalectis est:

Ter binos deciesq; nouem super exit in annos,
Iusta senescentum quos implet vita virorum.
Hos nouies superat viuendo garrula cornix.

Hinc *longæua* cornix Poetis. Notandum autem vltimam in ἐννεάγηρα hic correptam, cùm deberet produci, quod verè est Æolicum.

Οψὲ βοῶντε κολοιοί.] ὀψινὸς posuit pro τοῦ νυθωδοῦς: quod & apud Homerum inuenias.

Ηῶα σπίζοι.] ἠῶα, σπίζειν legendum esse, & Theon qui tamen & hic corruptus, & Eustathius indicat, qui ait ὁ σπίνος σπίζει οἷον καὶ περὶ Αράτῳ. Auienus σπίνον *Fringillam* transfert eleganter & verè.

Ορχίλος ἢ ἐριθεύς.] Orchilus & Erithaeus siue Erithacus, aut Erithymus aues sunt solitariæ vt monstrat Hesychius in Lexico: ideoque ominosæ matrimoniis. Auienus:

Orchylos infestus si floricomis Hymenæis
Ima petit terra, si denique paruus Erithaeus
Succedit trepidus scrupòsa concaua rupis.

Οἰδ' ἂν ἐπερχομένου] ἐπιξηροῦ Manuscriptus, pro ἐπίοντος, ἐπερχομένου, ὡς ἐπίκηλος interpretatur Theon.

Αυτοῦ μέλιτός τε.] Hoc est propè mella & opera sua volitant. Possis & ita interpretari: latus ἐν τῷ σμῆνι ἢ κυψελίοις (ita enim legendum in Scholiaste pro κυψελίοις) melli & operibus. ἢ διὰ ἔργα, hoc est mellum operibus incumbunt.

Μαρμαίρουσιν λύχνοιο.] Manuscriptus μαρμαίρουσιν. Vtrumque probum.

Τί τι λέγω.] Pergit ad alia. Frigus hybernum vim habet coustringendi, & inde id quod æstate est pluuia, hyeme est nix & grando. Hoc ipsum eo iudicatur, quod cinis fit concretus, & carbones (nam de signis illis cenchri similibus anteà diximus) vix deferat, flamma quoque aliquid habeat concreti nebulæ crassiori simile. Ilex, lentiscus, scylla, ter in anno fœtum producunt, tribus arandi temporibus respondentem. Sunt autem hæc tria admodum siccæ naturæ, ideoq. non ferunt magnum fructum, nisi funditus madida. quare eorum ἀφορία humorem designat, vt fructuum mediocritas siccitatem. Eadem fermè est natura & πυροῖς frumento, vnde colligere licet qualis fuerit ilicis, lentisci, scyllæ've fructus, similem fore & frumenti, adeò vt singuli illarum partus præsagia quædam sint messis futuræ singularũ arationum, quæ vt illarũ fructus similiter triplices. Quia verò terræ ea natura est vt humida magis aliquid producat quã arida, vt liquet, humidã aurã infecta plurima, inter quæ sunt & crabrones, gignuntur, quare & hoc humoris signum. Iam verò humor omnis mouet virtutem generantem in animalibus, calore introrsum acto: quare bestiarũ appetitus περὶ τὰ ἀφροδίσια certissimũ hyemis asperæ signum, vt contrà cum tardiores

tardiores sunt ad coitum leuior instar bruma. Grues cum primum hybernum frigus instare præsentiunt, statim magno conatu grandibusq. turmis aufugiunt, sunt enim impatientes frigoris. Quod si sentiant hyemem aut tardam fore aut leuem, tardè quoque & paruis turmis sensim migrant. Boues quoq. & pecudes, quia ob crassum aërem calor naturalis inclusus deorsum vergit, pedes iactant: omnes, ex quæ leuiores sunt, binos grauiores, vt posteà subiungit, & puluerem spargunt, terramque fodiunt, cornua verò, & capita iactant ob pruriginem, quæ est ex humore frigido. Cometæ, quia ex exhalationibus sunt siccis & feruidis, vt scisit Peripateticorum Schola, feruorem & fatalem terræ siccitatem designant. Insulæ (teste Aristotele) ficciores sunt continente, & aridâ aurâ nihil fermè producunt, ideoque aues in insulis degere suetæ aliò contendunt, quod signum (vt dico) siccitatis, quæ noxia frugibus, commoda verò lacti gignendo, vt notum. Instante tempestate, cum eam bestiæ præsentiunt (de quo & alibi diximus) immodicè se pabulis ingurgitant, ideoque inuitæ pascuis decedunt. Lupus quoque nulla pericula respiciens omnem dat operam vt ante tempestatem saturetur, aut potius tectum inueniat. Sciunt enim hæc omnia animalia, fore vt veniente tempestate non possint commodè pascere. Boues priores pedes lingua, frigidos ob aëris intemperiem, satagunt lambendo recalfacere, & cùm aliàs soleant in latus sinistrum (quod ex natura frigidius) recumbere, nunc etiam in dextrum se proiiciunt, vt & hoc calefiat, omnibus peræquè membris ab externo frigore circumsessis. Mures quoque teneri aut frigus magnis motibus repellunt, aut latibula (quæ Aratus κοῖτας vocat) sibi quærunt. Canes quoq. tellurem fodiunt (si ὀρύξαι legimus) cuius eadem ratio esse videtur quam de pecoribus retulimus.

Νιφετοῦ.] alij νιφετῷ. Qualem phrasim suprà ostendimus: & sequitur λοχιῇ.

Ζάουλα.] Eodem modo Latinè *carbones viuos* dicimus.

Πρῶτοι δ' οὐ.] Construe: οὐδὲ πρῶται καρποῖο χθαμαλῆς χλόης, ἀπερχόμεναι, οὐδὲ μέλανες χῆνες.

Αλωάδε.] ὁ ἐν τῇ ἀλωῇ πυρὸν φέρων, ferens farra in areâ. Vtitur Nonnus.

Ακύλου.] Admodum propriè: est enim ἄκυλος glans ilicis. Theocritus:

Οὐ γὰρ, οὐδ' ἀκύλοις ὀρομαλίδες, αἱ μὲν ἔχοντι
Λεπτὸν ἀπὸ πρίνοιο λεπύριον, αἱ δὲ μελιχραί.

Vbi similiter feminini generis, vti & hîc.

Τηλοτέρω.] Ne inquit nimium granida sit ilex, vt arua absque squallore spicas proferant. Ita erunt hæc intelligenda ait Scholiastes.

Φέρει δ' ἔτι σχῖνος.] Sensus esse videtur: lentiscus ter frondens triplicis arationis successum præmonstrat: nam sequitur

Ον ἵνα γὰρ κάλλιστα λεχωΐζουσιν ἄρην
Κεῖνο ἐξ ἄλλων ἄροσις πολυλήιος εἴη:

Namque lentiscus grauidos fert tëpore fœtus.
Illius aut frustrà terris sudabit aratrum.

Cicero tamen, & Auienus, & Plinius, ita videntur intellexisse quasi Aratus dicat tempora arandi ostendere quod non puto.

Ακρος.] ἄκρος alij.

Πολυλήϊος εἴη.] πολυλήϊος, πολύπυρος. Hesych.

Ανθερικός.] Propriè τὸ ἐν τῷ στάχυι κύτταρον, vt docet Theo, Hesychius, & Etymologicus. Imò verò hoc est ἀνθηρίξ. Ανθέρικος ferè semper de Asphodelo dicitur. Hic generaliter pro ἄνθος sumitur.

Επὶ χίου.] Malè Manuscriptus χῖον.

Εσπερίων σφηκῶν ἀγερθέντων.] Puto hæc ita explicanda, vt dicamus ex crabronum multitudine hyemis celeritatem præsumi, vt quæ etiam ante Pleiadum occasum (vespertinum nempe, qui hyemis plerumque initium) sit ventura, & ita puto intellexisse Scholiasten. Hodie tamen distinctio aliud præ se fert.

Οἷος.] Versum hunc Scholiastes & Auienus non agnoscunt. Est verò admirationis formula quasi dicat:

Ah quãta sequitur vespas cũ turbine vertex?

Simile est illud:

Οἷον γὰρ κάκεινο θεῶν ὑπὸ πομπῇ φορεῖται
Λαίψηρον ἱεροῖο πολυκλαύτοιο ῥέεθρα.

Et alibi alia similia reperias. Nobis sufficit indicasse.

Οππότ' ἀναφροδίσιον ὀχεῖ.] Vulgatus interpres Latinus transtulit *cùm redeant à pastu*. Malè: Oportuit dicere: *Cum cõuertantur ad Venerem*. Quanquam enim vix alibi reperias, tamen & Scholiastes, & Auienus ὀχεῖ, ὀχεῦσαι interpretantur. Et sanè illis nõ defuerunt sua exempla.

Οψὲ δὲ μισγομένας] Ita ferè semper μίσγεσθαι de re Venerea apud Homerum & Hesiodum. Latinus poeta *Mista Deo mulier*.

Βεβαρυμμέναι.] Exponit Scholiastes βιαζόμεναι πρὸς συνουσίαν. Ego puto βεβαζόμεναι legendum. βιβάζειν est ὀχεύειν.

Βροτῶν ἐπιόντος.] Ad differentiam φθινοπώρου propriè dicti. Nam φθινόπωρον propriè est τὸ μετόπωρον, Autumni in brumam transitus.

Πληϊάδες.] Iam antè diximus.

Μηδὲ λίην ὀρόχοιεν.] Vno loco ita exponit Scholiastes sequentia. Ne nimium fodiant, quia hoc hyemem prædicit duram satis & arboribus. Sed potius nix plurima terras operiat, quia semina tum magis radicantur. Alibi ita exponit, vt satis ostendat omnia hæc (quæ sententia vera est) hoc pacto legenda, distinguenda, intelligenda.

Μὴ δὲ λίην ὀρόχοιεν (ἐπεὶ μέγας οὐ κατὰ καιρὸν
Γίνεται), ὅτι φυτοῖς χειμὼν φίλος, οὐτ' ἀρότροις,

ἀλλὰ

Ἀλλὰ χιὼν ἂν πολλὴ μεγάλοις ἐπὶ λήϊα ἔργοις.
Μήπω κεκριμένῃ, μηδὲ βλωθρῇ ἐπὶ ποίῃ.)
Ὄφρα τις εὐλείοι χαίρῃ πολυδημιεὺς ἀνήρ.

hoc est:

Neu nimium fodiant (neq. enim tam frigore sæuo
Aspera hyems plantis, aut duris parceret aruis,
Sed potius gelidas premeret nix plurima terras;
Horribilis necdum distincto mergite culmis.)
Vt benè frugifero lætetur rusticus anno.

μὴ δὲ est optantis seu deprecantis, vt alibi ostendimus. ἐν χρῷ κέρμῳ pro ἐν χρῷ κέρμης ex auctoritate Scholiastæ restituo. Ποιὰς πόρας inter alia exponit Hesychius, quod etiam hunc locum declarat. Parenthesis quam inseruimus rem clarè explicat. nam illud μὴ δὲ λίην ὀρύχοιεν, cum versu vltimo construendum. Cæterum ait hoc signum esse non leuis hyemis, quale erat penultimum illud de gruibus, sed sæuissimæ. ideoq. niuem segeti ἀλφηστῇ nocituram. Sed sciendum est, quod & alibi monuimus, Scholium Aratæum non vnius esse Theonis, sed & aliorum, nam & sæpe idem iteratur (quod Scholiastæ facere non solent) & contrariæ sententiæ sæpe inseruntur. Idipsum & in aliis aliquot Græcorum Scholiis videre est.

Εὐέτοι.] εὐέτου poeticè pro εὐετηρίᾳ dixit:

Πολλοὶ γὰρ κομόωντες ἐπ' ἀσχηρῷ ἐνιαυτῷ.]

Manilius:

Nunquam futilibus excandúit ignibus æther,
Squallidaq. elusi deplorant arua coloni.

Οὕτω γὰρ μογεροί] Elegans epiphonema.

Δείελον.] Quid δείελον iam ante diximus. Itaque eò te relego.

Ὑπωμαίοιο ποδός.] Nescio quid Latino Metaphrastæ in mentem venerit, vt *posteriorum pedum* transferret, cùm & ratio, & vocabuli sonus aliud ostendat. Nam ὑπωμαῖον est id quod sub armis est.

Βυλλόσειν ὥρῃ.] Suprà quoque eodem verbo vsus est, & alibi notauimus.

Ἀχείμεροι.] πολυχείμεροι Scholiastes. Sed sensus est: Volunt sine tempestate (hoc est ante tempestatem) satiari.

Μονόλυκος.] Lectio hæc vera: Alij μονόλυκος contra versum: Alij μεγάλυκος contrà ἀναλογίαν. Nouè & eleganter λύκον μονόλυκον *lupum solitarium* dixit, tanquam tu ἄνθρωπον μονάνθρωπον dicas. Delectantur talibus allusionibus Græci, & eius fermè generis sunt, quæ à negatione sumuntur, ἄδωρα δῶρα, ἄγαμος γάμος. Simile autem huic etiam est illud δύσπαρις, & αἰνόπαρις, pro malo Paride. ὠρύῃ) autem quod sequitur hoc est *vlulet* proprium luporum est, quanquam & ad Leones & alias feras referatur.

Τετριγῶτες.] τετριγότες legit Auienus. τρίζειν est vespertilionum: τρύζειν propriè turturum, sed communiter pro stridere interpretantur Grammatici: Habet ille hoc modo:

Idparui cum stringunt denique mures.

Sed legendum est *stridunt*: Stridere τρίζειν, vel potius τρύζειν. Vox ipsa alludit.

Ὀρύξαι.] Suprà explicauimus. Alij ὀρέξαι legunt monente Scholiaste. Ratio hæc fingi potest. Canis, cum sentiat corpus præ frigore condensari, vt idipsum dissoluat pedes extendit, vti nos brachia nostra ex somno suscitati pandimus.

Καὶ μὴν ἐξ ὕδατος.] Scholiastes quoque hos versus continuos non agnoscit, quod in eo rarum. in Auieno (qui similiter omittit) non perinde infrequens, adeò vt sæpe nos referre tæduerit, quoties ille aliquid ex Arato prætermiserit. Itaque hos versus spurios puto, quales plures esse in hoc opere non dubito. Nam de muribus reperit, cùm paulò ante de iis dixerit, quod tamen & alibi de coruo & graculo reperias.

Ἐνιαυτοῦ.] ἐνιαυτὸν σεληνιακὸν intelligit Auien.

Et transactorum sollers componet mensûm
Signa laborabis.

Et sane Parapegmata olim in menses erant distincta.

Εἴ που καὶ ἐπ' ἀστέρι.] Id quod ipse omisit alios seruari iubet. Scilicet quibus astris orientibus vel occidentibus qualis sit aura, aut potius an euentus cum iis quæ in Parapegmatis scribuntur conueniat.

Τετράδας ἀμφοτέρας.] Iubet maximè spectari, τὴν τετάρτην ἐπὶ εἰκάδι, & τὴν τετάρτην μηνὸς ἱσταμένου Hinc Virgilius, vt alibi notauimus:

Siu ortu in quarto, (namque is certissimus
auctor.)

Octo autem, vt subiungit, noctibus æther est σφαλερώτερος, nempe τετάρτη, τρίτη, δευτέρα ἐπὶ εἰκάδι, ἕνη καὶ νέα, νουμηνία, δευτέρα, τρίτη, τετάρτη, μηνὸς ἱσταμένου. Vides vtrasque τετράδας siue τετράδας octo in se dies includere, quibus Luna vetus nouæ astringitur. Illis octo noctibus Lunæ sunt silentia, vt loquuntur Latini, siue Interlunium, νύκτες ἀσέληνοι, siue σκοτόμηνοι Græcis: Diciturque hoc tempus vno nomine σύνοδος, quia Luna cum Sole coit. Tunc autem quia Luna, quam non immeritò aeri præesse crediderunt veteres, non lucet, nec aerem calefacit, variæ notandæ sunt immutationes.

Σχεδίως.] ἀκόπως, πρόχειρως Scholiastes. Hactenus Aratea.

FINIS.

HVGEIANI GROTII
NOTAE
AD
GERMANICI
PHÆNOMENA.

IN hoc auctore quâ viâ, quo modo egerimus, neque tibi, MI LECTOR, inutile erit audire, neque mihi dicere tædiosum. Germanicus duo opuscula scripsit ad rem Astronomicam pertinentia, Phænomena Aratea, & Prognostica, non illa quidem ex Arateis Diosemeis tralata, vt sunt Ciceronis, & Auieni, sed alterius generis: in quo libro, meo iudicio, signorum Zodiaci relationem ad Planetas, & quid quodlibet sidus in quoque dodecatemorio operetur, explicuit. Prius opusculum, interpretatio est Arati fermè κατὰ πόδας: nisi Procemium de suo præiunxisset, & fabulas Arato intactas leuiter, non vt Auienus ex professo, attigisset. Exempli causâ sufficiant, illud quod de Arctophylace habes:

Siue ille Arctophylax, seu Bacchi ob munera cæsus
Icarus ereptam pensauit sidere vitam.

Et illud de Heniocho.

———— siue Atthide terrâ
Natus Erichthonius, qui primus sub iuga duxit
Quadrupedes, seu Myrtoas demersus in vndas
Myrtilus.

Quibus similia in aliis fermè singulis inuenias. Accedit tertium, quòd similiter versionem hanc non esse κατὰ πόδας persuadeat: quod videlicet vbi Aratus obiter de re nondum tractatâ aliquid commemoret, ipse ordinem secutus, hoc ipsum in commodiorem locum transtulerit. quod alius non animaduertens dicat fortè versus transponendos. Exemplum dabo illud: Postquàm de Thuribuli signis locutus est Aratus, subiungit:

Εἰ δέ κεν ἀστερόεντα μετ' ἄλλοις κεκαλυμμένον ἄκρον
Ὦμον, ὕπο ἀστέρας:

& quæ sequuntur. Germanicus illud postquam de Centauri sidere locutus est explicat, his versibus:

Hic humero medium scindens iter ætheris alti,
Si tenuem traxit nubem, stellasque recondit
Toto clarus equo, venientes nuntiat Euros.

Similia aliqua ἐν ταῖς συμπαραβολαῖς καὶ συνανερμαῖς inuenies: nam cùm Aratus, verbi gratia, dicit, de signo aliquo loquens, sidus aliquod dimidium sub illo signo oriri, dimidium sub sequenti, Germanicus dimidium illud iis quæ cum sequenti oriuntur inseret, cuius rei exempla satis multa inuenies. Prætereà aliquoties Aratum ipsum ex aliorum Astronomorum disciplinâ correxit, vt cum Aratus dextro pede Nixi ait Draconem premi, ipse læuum posuit, & vbi Aratus humanas Chironis partes ait esse sub Scorpio, equinas sub Chelis, ille melius sub Virgine equinas, sub Chelis humanas collocat, quod nos satis feliciter obseruauimus. Hæc si excipias, pauca admodum inuenias in quibus Germanicus plus aliquid minúsve aut aliud quàm Aratus dicat. Nunc ad alterum opusculum veniamus, quod cum ex Arato non transtulisse diximus, ex aliis Astronomis Græcis desumpsisse non negauerimus. In eo Planetarum naturam, & Signorum Zodiaci, & eorum inter se relationem, & coniunctas vires complexus est. Hoc opus indicat cùm ait in fine primæ partis Phænomenôn (sunt enim omninò tres de astris, de circulis, de coorientibus, & cooccidentibus)

Hoc opus arcanis si credam postmodo Musis,
Tempus, & ipse labor, patiantur fata, docebit.

Ad Planetarum naturam pertinet illud:

Hâc rapitur Phœbe, per idē Cythereïus ignis,

& quæ sequuntur. Illud verò præcipuè:

———— torpere videntur.
Omnia Saturno: raros ille exprimit ignes
Et siccas hyemes adstrictas perficit vndas.

Ad signorum naturam Fragmentū illud, quod

Grandine permixtus Aries, niuibusque caducis.

Relationem indicat illis versibus:

Hac vt quisque Deus possedit numine signa
Adiungit proprias vires.

Et in Fragmento illo, quod incipit: *Ætherium venit thalamum super* explicatas videmus Veneris & Mercurij per quælibet signa, cùm in ortu, tum in occasu, effectus & operationes. Hactenus de Auctore quem optimum Poëtam fuisse optimo Poëtâ, Ouidio nempe, teste satis

A constat

constat: & res ipsa, ne quid eius auribus datum ab Ouidio putemus, satis probat. Ad exscriptores & exemplaria veniamus, & vna quid nos in eo præstiterimus, quem ordinem, & modum in textu Notisque secuti simus breuiter explicemus. Exscriptores nactus est imperitissimos, adeò vt vix putem alium quempiam tam miserè exceptum. Rationem quæris? Nulli fermè alij fuit vsui, nisi vt imaginibus cælestibus depictis carmina illius, quod in aliis quoque picturis vsitatum, ad explicationem subseruirent, quæ etiam causa est, cur hactenus primâ tantùm parte Phænomenôn fuerit editus. Idem etiam occasionem quibuslibet præstitit pro suo cerebro eum immutandi, mutilandi, augendi: multum enim maiestatis & reuerentiæ opusculo diuino detritum est, cum mantissæ loco imaginibus illis accederet. Itaq. verum de Germanico, quod & de Arato ait Leontius: ὅμηρος μὲν ἐν εἶδος χαρίεν βλάπτει, τῶν βιβλιογράφων. Ἄρατος δὲ δύο, βιβλιογράφοντι, καὶ ζωγράφων. Hoc est: *Homero soli exscriptorum nocêt library, Arato library & pictores.* Eadem fortuna Germanici apud Latinos, quæ Arati apud Græcos. Videas vulgatam editionē quæ quadruplex, Aldina, Basileensis, Morelliana, & Sanctaodieana, inter quas omnes minima est differentia, Dij boni! quot in eâ versus omissi, quot carmina ita miserè detorta vt nullum maneat veritatis vestigium! Omissionis caussa, quod paucos, nullâ sæpè sententiâ, versus deligerent imaginibus asscribendos: detortionis, pictorum imperitia, & operis ipsius contemptus, quia iam in vulgum abierat. Videas Manuscriptum, quem à viro Nob. Iac. Susio profectum, eiusdem hæredibus, nec non generoso, & eruditissimo viro D. Iano Dousæ, cuius operâ liber ille ad me peruenit, acceptum fero, miraberis quidem antiquitatem, sed ridebis turpissimos errores, imò sæpè tales, in quibus soluendis non parum laborabis. Scriptus ille non literâ rotundâ Monachis vsitata, quâ codices alij Manuscripti minimæ antiquitatis sunt exarati; non Longobardica, qua alij mediæ vetustatis; sed litera Romana, quam Capitalem vocant, multorum seculorum præfert auctoritatem. Scripti in eo sunt versus non coniunctim, sed dispersim, & ita vt singulis paginis quaterni fermè, aut quini tantum inscriberentur: quæ fuit occasio, vt posteà, cùm iam vsus & cognitio literarum quadratarum exoleuisset, alius quispiam spatio vacante eosdem versus nulla mutatione literis Monachalibus descripserit. Hic etiam continua series imaginum interiectu dirupta traiectioni locū dedit, quam in Notis nostris indicabimus. Imò etiam cùm in Geminis & Cancro fabula deesset, homines insulsi eam ex Auieno emendicatam Germanico inseruerunt, ne quid deesset ad extremam dementiam. Ita illi dum imaginibus suis consulunt, auctorem conseruauerunt quidem, sed ita perdiderunt vt sui similis non esset. Nos itaque ex editionibus vulgatis, & Manuscripto vnam concinnantes editionem, in singulis versibus eam lectionem secuti sumus quæ verior & commodior visa: aliquando cùm neutra vera esset, alterutram elegimus; in Notis nostris lectionis veritatem, aut ex vtriusque commistione, aut ex nostro iudicio prolaturi. Versus superfluos resecauimus, eos qui deessent substituimus, sed non ea tamen audaciâ, vt nobis in omnibus credi postulemus. quare in Notas nostras omnem lectionum varietatem retulimus: eademque de causa emendationes nullas, aut paucissimas easque certissimas in textum retulimus, sed ad Notas reseruauimus: quarum aliquæ si multum discedere videbūtur à lectione Manuscripti aut editi libri, considera collatis exemplaribus, quantum sæpe Manuscripti lectio à vulgata distet; quo facto videbis, quod ego video, longissime exscriptores à vera lectione discessisse. Itaque non hæc culpa mihi assignanda, sed fungis illis qui nulla reuerentia auctorem hunc ita mutilauerunt. Duro nodo durus cuneus; quanquam ille reuera nō durus, sed salutaris. Scholiasten illum qui Germanici appellatur, cùm nihil fermè ad Germanicum faciat, & quamuis faceret ordinem & seriem continuam interturbet, omisimus. Imagines ex Manuscripti fide excudi fecimus, ad quas Notas etiam conscripsimus, quas infrà reperies. Nunc ad Germanicum ipsum veniamus.

Ab Ioue.] Malim hoc pacto distingui:

Ab Ioue principium magne deduxit Aratus:
Carminis at nobis genitor, tu maximus auctor.

Vt sit *auctor carminis*, is cuius iussu & auspiciis carmen conscribitur, vt *auctorem belli & concordiæ* dicimus.

Genitor.] Augustum sine dubio innuit, vt liquet ex eo quod sequitur:

Pax tua, tuq́; adsit nata, numenq́; secundet.

Quem & infrà alloquitur:

Hic Auguste tuum genitali sidere numen
Attonitasq; inter gentes patriamq́; pauentem,
In cælum tulit, & maternis reddidit astris.

Erat Germanicus Drusi Claudij, qui Augusti priuignus erat, filius: Is posteà à Tiberio patruo adoptatus Augusto Tiberium adoptante factus est Augusti nepos. Testantur hoc Suetonius, & Tacitus, & disertè Tribonianus in Institut. Tit. De adoptionibus. Itaque impropriè se natum nominat, Augustum genitorem, cùm esset hic auus, ille nepos per adoptionem. Ad se respexit isto Epiphonemate Germanicus:

—— *Prodest maiestas sæpe parentis.*

Quantū etenim.] Versus hosce imitatur Auie.

Cur

Cur Hyperionios Nepa circumflecteret ignes
Autumni reditu: cur sub gelido Capricorno
Bruma pruinosi iuga tristia solueret anni:
Cur spatium lucis madida cum tempore noctis
Libra, celerq; Aries dimenso pondere Olympi
Æquaret.

Vides vtroque loco Astronomiam ex Solstitiis & æquinoctiis describi & alibi quoque ostendemus Auienum Arato intacta ex Germanico desumpsisse.

Cultoriq; daret terras.] *Arma* habet Manuscriptus *Arua* vulgati. Puto legendum, & distinguendum:

Si non parta quies te Præside puppibus æquor
Cultoriq; daret terras? procul arua silerent.

Coniunge præcedentia. Sensus est, Quid possent (Manuscriptus enim *possent* non *possint*, habet) solstitiorum & Æquinoctiorum cognitiones, nisi Pax te auctore data concederet nautis mare & terram colonis tuto vsurpandam? Sanè arua squallerent: hoc enim est *silere* Poetis. Coniungit nautas & colonos, quorum vtrorumque vsibus inseruit Astronomia. Hinc Aratus stellas alias facit Neptuni, alias Iouis, quod nos explicauimus. Et aptissime ad rem coniungit, quia ante Augustum non tantum terra militibus vastabatur, sed & mare Piratis obsidebatur.

Nunc vacat.] Ita MS. Pessimè editi libri:

Nunc vocat audaces in cælum tollere vultus:

Imitatur Auienus:

Iam placet in superum visus sustollere cælum.

Sequens versus ita conceptus in vulgatis:

Sideraq; & varios cæli cognoscere motus.

Varios motus appellat cælorum & siderum: de quibus ipse alibi:

Omnibus his gemini motus, quorum alter ab ipsis
Nascitur, & proprios ostendit sidere cursus:
Tunc mundũ subeant lento pede: cōcitus alter
Inuitos rapit, & cæli circumrotat orbem.

Nauita quid caueat.] Hæc ita in vulgatis:

Nauita quid caueat, quid dectaviter arator.

Nos Manuscripti lectionem sequimur.

Hac ego dum latiis.] Ita vulgati: MS. *latis.* Lego *Latiis.* Nihil verius. *Coger* quod in editis legitur, nullius est pretij.

Pax tua.] Benè: quia suprà dixit *parta quies te præside*: Et alia est ratio, quia Augustus Paci templum dedicauit, quod monuit Scaliger. Ouidius in fine Fastorum primi:

Ipsum nos carmen Pacis deduxit ad Aras.

Cætera quæ toto.] Ita Tullius:

Cætera labantur tacito cælestia motu.

Et melius Cicero: est enim Axis, de quo posteà sermo inter cælestia, non inter sidera.

Axis at immotus.] Malè in primis editionibus: *Axis stat motus.*

Librataq; tenet.] Manilius:

Libratumq; gerit diuerso cardine mundum.

Orbem agit extremam.] Distinguo.

——— *& cardine firmo*
Orbem agit: extremum geminus determinat axem,
Quem Graij dixêre Polum:

Orbem agit dicit, quia legit apud Aratum aliter quàm nos:

— περὶ δ' οὐρανὸν αὐτὸν ἀγινεῖ.

Pars mersa sub vndas.] Malè MS. *quo mersa*: nam sequitur:

Pars celsa sub horrifero Aquilone.

Partem Poli dixit pro altero Polo: vt & Auien.

——— *Oceano pars*
Sublime erigitur: subit altera mersa sub vndas
Pars Erebum:

Neque aliter Cicero in Deltoto dixerit *tertia pars lateru* pro tertio latere. Et si Philosophicè loquimur, species aliquatenus pars est generis, & τὸ ἄτομον Speciei. Polus Arcticus, & Antarcticus sub Polo comprehenduntur, vt primum, secundum tertium latus, sub latere.

Sine Arcti.] *Arctoe* MS. Græco more. Sic infra:

Oceani tumidis ignotæ fluctibus Arctoe.

Hos duos versus elegantissimè imitatur Auien.

Contēplare sacras vt mundus subiicit Arctos,
Sic astrū dicet Caydius dedit. Ausono easdem
Voce feras, Vrsasq; & Plaustra vocare solemus:
Fabula namq; Vrsas, species dat Plaustra videri.

Plaustrum vel facies.] Ita editi MS.

Plaustra, quaq; facies stellarū proxima vero.

Lege:

Plaustrá vo, qua f st pr. vero.

Confer cum Festo Auieno.

Tres temone.] Distingue:

Tres temone, rotisq; micant sublimè quaterna.

Caput alterius.] Malè MS. *vlterius.* vt & infrà *Declines* pro *Declinet.* cui simile: *Serpentis declinat caput:* & *axis* pro *orbis* non malè.

Veteris si gratia fermo.] Ita vulgati MS. *veteris sic gratia fama.* Lego: *veteri si gratia Fama.* εἰ ἐτεὸν δή Aratus.

Donauit.] MS. *Donabit.* Notus error.

Viderant Ioais.] Hic versus malè deest Manuscripto.

Dictæi existunt.] Nullus sensus. MS. *Dictæi texêre Datu.* Lege mecum.

Dictæi texêre Atydis famuli Corybantes.

Et rem habebis. Nemo nescit Corybantes Atydis, & Deûm matris esse ministros.

Septem quam Cresia flammis.] Malè vulgati *quà.* Primam fermè omnium stellarum Helicen oriri, Aratus eiusque interpretes satis testantur.

Abrupti fluminis instar.] Expressit Arateum illud οἷα ποταμοῖο ἀπορρώξ. Non potuisset magis ad verbum. Nam & locos ἀπορρῶγας *abruptos* vocamus. Ego puto ποταμοῦ ἀπόρρωγα esse aquæ deriuationem, cui optimè Serpentis flexus comparantur. Hesych. ἀπορρώξ, χείμαρρος. Lege ἀπορρώξ. Auienus:

Con circumflexæ sinuantur flumina lapsu.

Non satis aptè Cicero:

——rapido cum gurgite flumen.

Volumina torquet.] *Versat* non malè M S. Tu elige.

Superat.§ illas.] *suprà.* Credo *superà* scriptum, vt solet scribere Cicero. *Mirabile monstrum* dixit, vt Aratus μέγα θαῦμα.

Caudâ Helicen supra.] Hæc ita in MS. leguntur: nos distinximus. Pessimè in vulgatis:

Cauda Helicen superat, tendit simul ad Cynosuram.

Malè Manuscriptus altero versu *quam* pro *quà*, qui error non rarus.

Serpentis Cynosura.] Lege cum Manuscripto, distingue mecum:

——————flexu comprenditur alto

Serpētis Cynosura: ille explicat amplius orbes,

Aratus: σπείρῃ δ' ἐν κείνου κεφαλὴ ἰχ.

Tempus dexterius.] Tribus his versibus vulgatam secuti sumus, nisi quod in secundo ob versum *lucetq;* pro *luces* cum M S. posuimus, qui pro *dexterius quâ*, refert *dexteriq;*. Habes variationem. Ego legendum puto:

Tempus dexterius quà signat stella Draconis,
Quaq; sedet mêtum, laxere nouissima cauda,
Extremum quà Helices sidus micat, hâc radiatur

Serpentis decline caput, qua proxima signa, &c. Aratus:

Λοξὸν δ' ἐστὶ κάρη, νεύοντι δὲ πάμπαν ἔοικεν
Ἄκρην εἰς Ἑλίκης οὐρήν· μάλα δ' εἰσὶ κατ' ἰθὺ
Καὶ στόμα, καὶ κροτάφοιο τὰ δεξιὰ νείατον οὐρῆ.

Quarto versu male vulgata *qua* habet: malè M S. *vtque* quod ob repetitionem præcedentium literarum accidit. Ego *qua* restitui κὰι ex Arato. Est enim altera capitis designatio, ex Arctico circulo. Sed non videtur Arati mentem rectè cepisse: nisi dicamus Visas pro Arctico circulo describi, & inde proxima signa occasus ortusque dici, quemadmodum multi apud Homerum, qui solas Arctos immunes ait Oceani, Circulum intelligunt: Nam quæcunque in Arctico sunt circulo nunquam occidunt. est enim μέγιστος τῶν ἀειφανῶν, vt ad Aratum docuimus. Interea non possum abstinere quin Isidori locum de hoc circulo ab hoc loco non alienum mendo purgem. Est is locus Titulo de Mundo capite sexto, temerè in Mathematicis capite 43 repetitus: *Quorum primus circulus ideò Arcticus appellatur, quod inter cum Arcturi signa inclusa prospiciuntur.* Legendum est *arctorum signa.* Geminus locus ille Martiani: *qui septentrionalis circulus perhibetur, ex eo quod cum cæteris qua promentur, etiam gemina sidera Septentrionis includat.*

Ab ore.] Dubito an non *orbe* legendum. Nam quid hoc est, Serpentis os ibi est, ubi Vrsæ ab ore tanguntur.

In occiduis.] L *inocciduis* ἀδύτοις.

Haud procul.] Versus hi quinque de Nixo loquentes male desiderantur in Manuscripto, in quo etiam ordine perturbato Draconem sequitur Arctophylax, Arctophylacem Corona, Coronam Ophiuchus, Ophiuchum Virgo.

Vestigia laeua.] *laeua* scripsit Germanicus. Sed quia Critici priores secuti Aratum viderunt pedem dextrum exprimere, quem sequitur Auienus, locum hunc mutauerunt. Sed debuerant saltem Hyginum consulere, qui disertis verbis ait læuo pede caput Draconis opprimi: debuerant ipsum situm consulere, qui satis indicat Nixum dextro pede, sinistro capiti Draconis instare. Ipse Scholiastes fatetur *lauam* poni debuisse, sed ait vt Aratum excuset τὸ δεξιτεροῦ ad δράκοντος referendum, vt sit δεξιτεροῦ δράκοντος, pro βορειοτέρου. Sed non persuadet: Notæ nobis nugæ Scholiastarum, qui nunquam fateri volunt auctorem suum errasse, hoc est hominem esse. Itaque sententias eius mordicus retinent, neque vnquam patiuntur veritatem authoritati præferri. Sed ipse Germanicus nonne satis cauit hæc de dextro intelligi, cùm præiunxit *Dextro namque genu Nixus.* Constat enim alterum esse pedem quo nititur, quàm quo verticem Serpentis premit. Itaque restituenda hic Germanici lectio vetus & vera, etiamsi contrà Arati mentem, à qua discedere Germanico non tam stricta religio, vt & infrà docebimus. Cùm hæc de re cum parente meo Iano Grotio fabularer, putaui vetus esse in Arato mendum, & versum vnum aut alterum deesse. Itaque hosce versus mihi imaginatus sum, non tam quod revera eos putem deesse, quàm ne Aratum omnino à nobis indefensum relinqueremus. Ergo ita restituendū propono:

— Μέσσῳ δ' ἐφύπερθε καρήνῳ
Δεξιτεροῦ ποδὸς ἄκρον ἔχει μεγάλοιο Βοώτου,
Βαιὸν ἑτέροιο πέλας. μέσσῳ δ' ἐφύπερθε καρήνῳ
Λαιοτέρου ποδὸς ἄκρον ἔχει σκολιοῖο δράκοντος.

Et videri possit ex vocum similitudine natus error: & verum est pedem dextrum quo nititur attingere caput Arctophylacis & baculum, sine κολλαβρων. Sed hæc nostra somnia.

Clara Ariadnæa.] Vulgati.

Clara Ariadnæa propius stant signa corona. Manilius:

Clara Ariadnæa fulgent monimenta corona.

Terga nitent.] Vulgati.

Terga

Terga nitet stellis à quo se vertice tollit.

Versum sequentem ita exprimit Basileensis.

Succiduis genibus lapsum, & miserabile.

Vides deficere vocem vltimam. eius loco posteriores editiones *monstrum* habent. Egregios verò homines, qui quod deest in auctoribus suopte ingenio supplent, & pro genuinis venditant. Et quænam ratio est cui Engonasi *monstrum* vocetur. Vera itaque Manuscripti lectio, quam nos secuti sumus. Quod si mihi credas, imò ipsi Arato, hos versus ita restitues; commistis lectionibus:

Clara Ariadnea qua stās sacra signa Corona,
(Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.)
Terga nitent stellis: at qua se vertice tollit,
Succiduis genibus lapsum, & miserabile sidus,
Hac Ophiuchus erit.

Coniungenda hæc cum superioribus, vbi de Nixo locutus est. Inuenies illa Aratea.

Νώτῳ μὲν στέφανος πελάει, κεφαλῇ γε μὲν ἄκρῃ,
Σκέπτεο πὰρ κεφαλὴν ὀφιούχου. ——

Omnino desideratur illa Parenthesis, & notandum est Germanicum dicere *illi*, tanquam si non Ariadneam coronam sed Ariadnæ dixisset, κατ' ἰσοδυναμίαν, Germanum est illud Ouidij:

Denique Cæsareo, quod non desiderat ipse,
Non caret è nostris vllus honore liber.

Caput ante nitendo.] MS. *notabilis* refert sed versus non patitur. Lege:

——— longè caput antè notabis,
Et vastos humeros. ——

Notabis ἐπιφερόμενον Arat.

Illis languet honos.] Ita MS. Vulgati.

Illis languet honos humeris, manus integer ardor.

Distingue hoc modo, & lege:

Illis languet honos | humeris manet integer ardor,

Luna etiam pleno m. c. d. o.

Illis nempe *membris.*

Luna etiam.] Ita MS. nisi quod pro *mensem* habeat *mense.* Vulgati transpositis vocibus:

Luna etiam mensem cum pleno diuidit orbe.

Nouem versibus sequentibus veram lectionem retulimus: audi falsas. versus quartus in Manuscripto deest. In quinto Manuscriptus habet *per lauum*: In sexto *ad lauam distantia.* In nouo Manuscriptus *crinata*, pro *crinita* habet. Vulgati *lucet*, pro *fulget.*

Est impar manibus pondus.] Verum hoc, sed non intellexit Arateum ἀτὰρ χεῖρες οὐ μάλα ἴσαι.

Ad quam.] Ita hos duos concipiunt vulgati: Manuscriptus ita:

Ad qua se dorso sinuabit lubricus anguis,
Insigni cælum per eundem lumine Chelæ.

Lege

At qua se dorso sinuabit lubricus anguis,
Insignes cælum perfundent lumine Chelæ.

Aratus:

Νειόθι δ' ἀστέρος μεγάλας ἐπιμαίεο χηλάς.

Insigni autem hic noua significatione sumitur pro ἄστρον. Nam Chelæ teste Arato sunt φαεινῶν ἐπιδευεῖς.

Ipsam.] Ita MS. Vulgati *Inde* habent. Manuscriptus pro *baculo* malè habet *iaculo.* *Baculus*, vt alibi notauimus est ὁ καλαύροψ.

Se velle Arctophylax.] Ita vulgati. MS.

Siue ille Arctophylax, seu Bacchio munere casus.
Icarus ereptam pensabit sidere vitam.

Legendum omnino:

Siue ille Arctophylax, seu Bacchi ob munera casus
Icarus ereptam pensauit sidere vitam.

Ait casum ob Bacchi munera Icarum, ita enim appellant Tibullus, & Propertius. Tibullus:

—— cunctis Bacche iucundior hospes
Icarus, vt puro testantur sidera cælo.

Propertius:

Icare Cecropiis meritò iugulate colonis.

Græci plerunque Icarium nominant: vt & Eratosthenes, cuius versum citat Hyginus. Cæterùm optimè Germanicum explicat Orpheus cuius fragmentum antiquissimum & luculentissimum in medium adducam:

Ἀστραίη κούρη δὲ πέλει πρὸς ἅπαντα φερίστη
Σπέρμασι, καὶ δὲ φυτοῖσιν ἐπαίτιμος ἔστι βόθροισι
Βάλλειν ἔρνεα πάντα, τά τε δρυὸς ἄκρα λέγοιτο.
Οἴνας δ' ἐξαλέασθαι ἐπειστυγέειν περὶ ἄλλα,
Ἰκαρίου κούρη λίπε ὕας, καὶ δὲ δυνέας οἴνας,
Μνησαμένη ὅσσα λυγρὰ διωνύσοιο ἕκητι
Ἀττικοὶ μήσαντο, μέθῃ δεδμημένοι αἰνῇ
Ἰκάριον καὶ μὴν ... κορύνῃσι δαΐξαν,
Σφαλλόμενοι δ' ὀργῇσι χορειμανοῖο Λυαίου.

Hoc est:

Omnibus Astræa est lōgè placidissima Virgo
Seminiis, plantis quoq. nō incōmoda suadet
Germina præruptis leuiter circundare fossis.
Sed fugias vites. nā durū antè omnia prelum
Icarij soboles, & vites odit amaras:
Nempe memor quantum sceleris culpa illa
Lycei est)
Ausa fuit vino domita Attica turba virorum,
Vinecomi decepta insano munere Bacchi

In vltimo versu Λυαίου pro βάκχου restitui, quod ex Glossemate natum erat, repugnante versu. Versus sunt elegantissimi, & non abs re allati, nam præterquam quod fabulam eandem tangit, ὀργῇσι Λυαίου illi idem est, quod Germanici *ob munera Bacchi.*

Virginis.] Versus hic deest in vulgatis, vt sequens in Manuscripto, cum vterque sit necessarius.

Vocem.] Malè vulgati *vocant.*

Μεσαιο... *tursu*.] Malè MS. *curru*. Ait se velle *παρέκβασιν* facere in fabulam Astrææ.

Regeret. Malè MS. *regeret*.

Sen genus Astrai. Hoc ex Morelliana officina est. Nam antea legebatur. *Siue illi Astra genus fuerit*: malè, sed vero propius. Manuscriptus habet. *Siue illa Astrai genus est*. Atqui præcessit:

Teq; tuumq; canam territ venerabile numen. Et sequitur: *Ortus fama tui*. Et quanquam infrà faciat ἀποστροφὴν in tertiam personam, in vna tamen eademque Periodo hoc non est tolerabile. Fortè legendum, *Siue illa Astrai genus es*: hoc est: *siue tu illa es Astraa, Astrai filia*.

Seu verò.] Lege cum MS. *vera*.

Subire.] male MS. *subirec*.

Sine crimine diua, Penatis.] Malè vulgati.

Et puros mores sine crimine, diua,

Vulgus in omnes] Vulgati.

— *in omnem*

Formabas vita sinceris artibus vsum.

Lege cum Manuscripto, si placet, sed pro *sinceres* substitue *sinceris*, vt in vulgatis.

Discordia neta.] Malè alij *nata*. *Nota* citat Lactantius de Iustitia lib. v. cap. v. Aratus:

Οὔπω λευγαλέου τότε νείκεος ἠπίσταντο

Spes procul amotas.] Distingue & emenda:

— *Neque per dubios auidissima ventos*
Spes, procul amotas fabricata naue petebat
Diuitias.

Ita demum constat sententia.

Terminus agri.] Ita Auienus:

Nullus Telluri limes datur, indice nullo
Culta secabatur, neq; iam discretio campum
Metiri in dominos monstrauerat.

Et Cicero, cuius versus nulli hactenus annotati, qui sunt apud Lactantium:

Ne signare quidē, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant.

Cùm itaque omnes Latini agnoscant, sequitur versum vnum apud Aratum desiderari, aut potius *διάκρισιν* apud Aratum interpretatos esse, non disceptationem, sed discretionem, vt nominat Auienus, & vt cum Iurisconsultis loquar, communi diuidundo iudicium.

Dominus.] malè MS *dominus*.

Tristisque.] MS. *tristesq;*. Versus hic corruptus; legendum puto:

— *Tristiq; genus abscendita vitta*.

Suprà habuimus: *pensauit munere ripam* positum pro *pensauit sidere vitam*. Vt ibi *ripam* pro *vitam* positum, ita hic *ripa* pro *vitta*: inter quæ literæ tantum reperitæ est differentia.

Nullusq; Larem.] Malè hic deest copula enclitica in Manuscripto, vt & versu sequenti: Habet enim *Nullius Larem* & *catus notauit*.

Degeneres semper.] Malè Vulgati.

Degeneres qua habuit, *f. q h. m*.

Facit huc præter Aratum, illud Horatianum:

Ætas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Quid me.] Ita MS. Vulgati:

Quid me nunc habitus super, & mala vota vocatis?

Manuscripti lectio proba: Sed *precatis* Latinum non est. Dubito an non *procatis* legendum. Festus:

Procat dicebant, pro poscit.

Tradam] malè Vulgati *tradac*.

Abit.] male deest hæc vox MS.

Demersa.] male MS. *demensa* Contrarium errorem in Auieno notaui. Post hunc versum sequebatur in vulgatis alius talis:

Quisq. priora tenet vestigia, quisq. secunda.

qui versus ex eo qui infrà sequitur perperam repetitus, ideoque vt in MS. deest, ita & à nobis deletus.

Deseruit properè.] malè MS. *propriè*. Citat hunc versum Lactantius.

Et cali.] Si mihi persuadere possim Germanicum voce paululum antiquiore vsum non dubitarem hic legere. *Em cali sertata locum*. Festus: *Em pro eum. ab eo quod est It*. Sensus tale quid postulat. & fortè hoc ipsum.

Tardus in occasum. in occasu MS. Homerus nominat ὀψὲ δύοντα βοώτην. Et Musæus cuius locus etiamnum in mendo; ait enim:

Καὶ μιν ὀπιπεύων, σὺν ὀψὲ ... δύοντα βοώτην,
Οὐ θρασὺν ὠρίωνα, ... ἑλκὸν ἁμάξης
Πατρίδος ...

Legendum: σὺν ὀψὲ δύοντα βοώτην. Vt sit sensus:

Nempe illum aspiciens, non tardum mergere ponto
Arcturū, Hyriadenve, aut ficci sidera Plaustri,
Opposita vt possim stationem attingere terra.

Catullus in Coma Berenices:

Virginis, & saui contingens numque Leonis
Lumina Calysto iuncta Lycaonia
Vertor in occasum tardum dux ante Bootem,
Qui vix serò alto mergitur Oceano.

Prastans.] Male MS *prastantis*.

Heliceq; signis.] Malè vulgati insertâ copula *Heliceq;*.

Quinq;.] Quinque hi versus in Manuscripti αὐτογράφῳ desunt: sed in ea descriptione quæ litera recentiori facta est deest versus secundus, legiturque perperam in primo versu bis *quidq;* pro quinque, & tertio versu *qua* malè pro *quo*, quinto *ignoti* benè pro *ignota* aut *ignotis* vt alij.

Quinque priora.] Non intellexit Aratum: Nam ille tres tantum stellas refert, hic quinque. Ait Aratus:

Οἱ δ'

Οἷος ἐπὶ προτέροισι φέρει] καλός τε μέγας τε,
Εἷς μὲν ὑπωμαίων. εἷς δ' ἰξυόθεν κατιόντων,
Ἄλλος δ' οὐραίοις ὑπὸ γούνασιν.

Quos versus optimè interpretatur Auienus eleganter à nobis emendatus:

Quæ sunt prima feræ vestigia, præminet ignis:
Altera quà pedibus regio est clunalibus, ardet
Stella itidem, genibusq́ dehinc se tertia premit.

Nanque.] Præcessit verbum *ignis*. Itaque hi versus ita legendi:

Nanque alij quibus expletũ, ceruixq́ caputq́,
Vatibus ignoti priscis sine honore feruntur.

Ac Capiti subrerunt.] Hæc Geminorum, & Cancri descriptio nimis arcta visa est librariis, & pictoribus: itaque quod ridiculum est, quædam ex Festo Auieno deprompta hic inseruerunt: hoc pacto:

At capitis suberũt Gemini, prolemq́ Tenantis
Egregiũ, & propriè post reddita numina calos
Nam Lacedæmonius cum Mars caluisset Aphidnis,
Protinus alterna germanes tempora vitæ
Iupiter attollit, caloq́ in celsa receptans,
Æterna flagrare facis iubet ignibus ambos:
Quà media est Helice, subiectum respice Cancrum,
Quà posterior pes, & duro concaua dorso
Tegmina curuantur, geminus micat ardor in auras
Forma feles: dispar chelarũ flamma coruscat
Nanq́ tribus stellis adolatur dextera Cancro.
Laua duas pigro succendit femite flammas.

Vide, & ride. Præter alios errores versus multi qui in Auieno sunt desiderantur mutilâ sententiâ. Sed de his ad Auienum

Horrentesq́ iubas] malè MS. *Ora, horrentesq́* quod ex similitudine literarum & sonorum natum.

Iam tum] *tunc* vulgati.

Tunc lympha.] MS. *Hinc Nympha*, quod non contemnendum.

Et densas latus.] malè MS. *latus & cendat.*

Ne mihi tunc.] MS. *tum*. Vulgati malè pro *vada cærula* habent *vaga cærula*.

Dum petunt.] Manuscriptus.

Neu potius ventis excusse vela rudente,
Excipiantq́ sinus Zephyris spirantibus auras:

Sed legendum mistis lectionibus:

Dum petint ventis excusse vela rudente,
Excipiamq́ sinus Z. sp. auras.

Ita Virgilius;

——— *excussosq́ iubet laxare rudentes.*

Per *rudentem* intelligunt eam qua antenna ad malum constringitur: *Anquina* Cinnæ:

Atque anquina regit stabilem fortissima cursum.

Siue Atthide terra.] Quantum hic abscedit vulgata illa & deprauata lectio: *siue inclyta forma?* Et bene *Atthide terra natus* quia ibi & Panathenæa instituisse, & templum arcemque ædificasse dicitur.

Qui primus] Non probo vulgatam *qui currus*. Virgilius:

Primus Erichthonius currus & quatuor ausus
Iungere equos.

Sic nulli currus.] Ita MS. Vulgati:

Sic nulli cursus, sic rupti maxlus habenis.

Alludit ad nomen ἡνίοχος hoc est Habeniferi, quem & Arabes eadem significatione ما سكى العنان appellãt, vt monuit etiã Scaliger.

Ipse ingens.] Ita MS. nisi quod pro *abit* habeat *adit*. Vulgati habent *transuersus abit lanam* Fortè:

Ipse ingens trãsuersus adit lanã Geminorum.

Si *trauersus* malis, non pugnabo: *Transuersum*, siue *trauersum* dixit, quod Aratus κεκλιμένον. Illud quoque *ingens* non temerè positum, nam & Aratus habet μέγας.

Gratum testatur.] Malè vulgati *te gestat*. Manuscripto consentit Lactantius diligens vt videtur. & eidem voluit Germanici lector: quem vide lib. 1. de Falsâ Relig. cap. 21.

Hunc Auriga] Ita vulgati. Manuscriptus.

Hunc Auriga humero portans, in manibus hædos.

Contrà versum, nisi dicas *humeris* & *in manibus* legendum, quod non puto: itaque mistis lectionibus conijcio?

Hunc Auriga humero portans gerit, at manus hædos.

Vbi illos.] Ita MS. optimè. Vulgati *in vndis* nulla similitudine aut veritate. altero versu pessimè MS, *ad semel hædis*. Nos mistis lectionibus locum hunc pristino nitori restituimus.

Ore minaci.] *igne minaci* Vulgati. In Arateis Notis diximus, Germanicum κεραοῦ *minacem* interpretari, vt & alij in aliis auctoribus, quod certissimum.

Quem libet.] Audi vulgatam lectionem, & miratre:

Quem Liber ignarum cæli formande docebat.

Sed quia non Taurum alloquitur, sed de Tauro loquitur, paululum à MS. recedentes legendum ducimus:

Quamlibet ignarũ cæli; sua forma docebit,
Et caput, & patula nares, & cornua Tauri.

Sensus est clarissimus, Forma Tauri, & nares, & caput, etiam astrorum ignarum docere possunt, quia non opus habet aliis astris à quibus designetur. Scholiastes Arati: εἰ γὰρ ἀγνοεῖ αὐτὸν βουκέρων ἄλλων διαχαράξοντα, καὶ διὰ τοῦ ἐν γνώρισμα, οὐδενὸς τῶν γειτνιώντων πρὸς τὸ ἐπιγνῶναι δέηται, ὡς ἡ κεφαλὴ ἀρκεῖ ... ἐπιδεῖξαι.

ται.] Hoc eſt: *Stellæ enim illius deſertè caput bubulum exprimunt, ideóq́; ſunt cognitu faciles, neque vicinas alias ad indagationem requirentes, quemadmodum Aries obſcurior per alia ſidera reperitur.* Aratus ipſe.

> —Τὰ δ' οἱ μάλ' ἐοικότα κεῖται.
> Τοίη οἱ κεφαλὴ διακέκριται, οὐδέ κε μιν
> Σήματος ἄλλο ποθιδεύοι κάρη βοὸς, οἷά μιν αὐτοὶ
> Ἀστέρες ἀμφοτέρωθεν ἑλισσόμενοι τυπόωσι.

Eleganter Auienus:

> —— *Proprio Taurum deprenderis ore.*

Neque obſtat quod Grammatici dicant *ſuum* non niſi cum reciprocatione poni, cum ſimiliter & Virgilius dixerit:

> *Nanq; ſuâ antiqua patria cinis altus habebat.*

Et ſimiles locos in Manilio ſuo obſeruauit Scaliger, vir, verè dicam, non πολυΐστωρ, ſed πανΐστωρ.

Qua cornua.] Manuſcripti lectio iſta, niſi quod *hac* pro *hac* ex vulgatis ſubſtitui. Vulgati peſſimè habent:

> *Fronte micant Hyades, qua cornua flamma ſiniſtri*
> *Summa tenet. ſub hac eadem veſtigia dextra*
> *Auriga, mediaque ligant compagine diues.*

Nullo ſenſu, aut metro. Tu lege, & diſtingue:

> *Fronte micant Hyades. qua cornus flamma ſiniſtri*
> *Summa tenet, ſubit hac eadẽ veſtigia dextra*
> *Auriga, mediaq́; ligat compagine binas.*

Senſus eſt. Vna eademque ſtella tenet apicem cornu ſiniſtri, & pedem dextrum Aurigæ: Aratus: ——— Λαιοῦ δὲ κεράαος ἄκρον,

> Καὶ πόδα δεξιτερὸν παρακείμενον ἡνιόχοιο
> Εἷς ἀστὴρ ἐπέχει.

Auienus ita refert:

> *Vna pedem Auriga dextrũ, cornuq́; ſiniſtrum*
> *Stella tenet pecoris:*

Cornus ſubſtitui iubente Manuſcripto: Martianus Capella: *Quamuis ergo diſſimilia ſint* Senatus, *&* exercitus, *tamen ſic* genus *&* cornus, *in genitiuo dicendum eſt, quemadmodum* Senatus, *&* exercitus. In vltimo verſu pro *diues*, *binos* ſubſtitui, commodiore ſenſu. Poſſit tamen *diues* retineri, ſi Iouem & Erichthonium intelligamus.

Cum Piſcibus.] Falſum hoc, & Arato intactum. Lege cum Manuſcripto:

> *Myrtilus exoritur ſummo cùm fluctibus ore*
> *Totus cum Tauro lucet: ruit Oceano Bos*
> *Antè, ſuper terras cùm fulget Myrtilus ore,*

Expreſſit illud Arateum ὁμηλυσίη τῶν ἀνέμων. Male tamen verſu altero MS. *totus* pro *totus* habet.

Quia.] malè MS. *quà*: Aratus ὅτι οὐ Διὸς ἐγγύθεν ἦεν. Malè quoque *breue* pro *breuem*.

Diducte paſſu.] malè vulgati *paſſim*.

Tantundem.] male MS. *Tantumq́;*. Sed locus hic totus à vitio ſcripturæ diſtinctionibúſque corruptiſſimus. Puto me veram lectionem inueniſſe. Ea hæc eſt:

> —— *quantum latus à pede dextro*
> *Cepheos extremam tangit Cynoſurida caudã,*
> *Tantundẽ ab læuo diſterminat: vtraq; iungit*
> *Regula Cepheos veſtigia: baltheus ambit*
> *Qua latus, ac flexum ſinuoſi reſpicit anguis,*
> *Caſſiepea virum reſidet ſublimis ad ipſum*

Verſus ſunt præclariſſimi. *Latus* Germanico eſt στάθμη, *Regula*, *Linea*. Ita alibi:

> *In ſex ſigniferum ſi quis diuiſerit orbem*
> *Æquales partes ſuccumbet regula binis*
> *Inferior ſignis, ſpatij tantumq; tenebit*
> *Vna. ſui lateris quantum à Tellure recedit.*

Ita enim verſus illos corruptiſſimos emendandos docebimus. Vides latus nihil aliud quàm lineam rectam: ita apud Eucliden: τρίπλευρα μὲν τὰ ὑπὸ τριῶν· τετράπλευρα δὲ, τὰ ὑπὸ τεσσάρων· πολύπλευρα δὲ, τὰ ὑπὸ πλειόνων, ἢ τεσσάρων εὐθειῶν περιεχόμενα. Hoc eſt, *Trilatera figura quas tres quadrilatera, quas quatuor, Multilatera, quas plures, quàm quatuor rectæ lineæ ambiant.* Deinde emendaui pro *Cepheus*, *Cepheos*, & pro *diſtat minor*, repoſui *diſterminat*, pro *adflexum*, *ac flexum*. quæ omnia non puto eos improbaturos qui iſta Arati perpenderint.

> Ἴση οἱ στάθμη νεάτης ἀποτείνεται οὐρῆς,
> Εἰς πόδας ἀμφοτέρους, ὅση ποδὸς ἐς πόδα τείνει.
> Αὐτὰρ ἀπὸ ζώνης ὀλίγον κε μεταπλάσσειας,
> Πρώτης ἱέμενος καμπῆς μεγάλοιο Δράκοντος.
> Τοῦ δ' ἄρα, &c.

Notandum etiam vno loco Germanicum ad morem communis Græcorum linguæ κηφέα dixiſſe, altero ad morem Ionum κηφῆα.

Clara etiam pernox.] MS. habet.

> *Clara etiam nox cum ſtellas Luna refulſit:*

Legendum fortè:

> *Clara, etiam pernox cũ ſtellas Luna reuulſit.*

Hoc ſine dubio voluit Germanicus, Caſſiepeam etiam plenilunio lucere: nam ſubiungit aduerſatiuam, *Sed breuis*. Atqui pugnat Aratus:

> Τοῦ δ' ἄρα δαιμονίη προκυλίνδεται οὐ μάλα πολλὴ
> Νυκτὶ φαινομένη παμμήνιδι Κασσιέπεια.
> Οὐ γάρ μιν πολλοὶ, &c.

Ad verbum Auienus:

> *Infortunatam ſpectabis Caſſiepeam.*
> *Sed non multa tamen, cùm cælum lumine tota*
> *Luna replet:* &c.

Sed legerit in Arato ita Germanicus

> Τοῦ δ' ἄρα δαιμονίη προκυλίνδεται οὐ μάλα πολλὰ,
> Νυκτὶ φαινομένη παμμήνιδι Κασσιέπεια.
> Οὐ δ' ἄρ μιν πολλοὶ &

Hoc eſt.

> *Non procul infelix cæli rapido orbe rotatur*
> *Caſſiepea*

Cassiepea, nitens plana quoque lumine Luna,
Sed breuis, &c.

Constat igitur hoc pacto Germanici sententia. *Sed breuis.*] malè MS. *Est* transpositis literis. Malè etiam eodem versu copulam omittit, quæ ad sententiam, & versum necessaria.

Qualis ferrates.] Lectio hæc Manuscripti tolerari potest. Vulgati habent:

Quales ferratos subicit clauicula dentes,
Succutit, & foribus producit vincula claustri.

Vnde Scaliger fecit:

Qualis ferratos vbicis clauicula dentes
Succutit, & foribus reddaucis vincula claustri.

Vbicis pro *obicis* scriptum putans, & *reducit* prima producta Lucretiano more dici. Sed quia Auienus aut comparat, & hoc ipsum in Arato vnius literulæ mutatione (vt mihi dixi- mus) potest obtineri, malim ita legi vt nos possumus ex Manuscripti fide, aut si quid mutandum, hoc modo.

Qualis ferratos obici clauicula dentes
Succutit, & foribus producit vincula claustri.

Nihil enim opus *vbici* scribere, cum MS. non *subicit*, sed *obicit* referat. Et alias quoque *subici* eadem forma, qua *obici* dici posse videtur, quod verbum Ennio quoque vsitatum. Mirandum autem non est si secunda syllaba in *clauicula* producitur, quæ regulariter corripi debuerat, cùm similia verba apud Poetas, vt *cuticula*, & *Canicula* simili modo efferri videamus.

Dispositus est.] Ita benè MS. διάκειται. Malè vulgati *dispositus*. Malè sequenti versu M.S. *fi* pro *fit*.

Meritam.] Ita MS. Vulgati *merita*. Vtrunque tolerari potest: hoc vt dicamus *iniusta piacula merita matris* illud vt dicamus *immeritam piacula iusta matris*. Sed prius venustius.

Andromede.] malè MS. *Andremedam*.

Cernere posse.] Ita MS. Vulgati *non dum*, ex quo, commodo sensu *quanquam* possis facere. Sed Manuscripti lectio vera: *Posse licet* pro *licet* simpliciter. ita Manilius *potuit generare* pro *generauit*. Et sæpe talem phrasin obseruaui apud Martianum Capellam nuperrimè à me editum.

Emicat.] malè MS. *micat*.

Candet nitor.] Ita hi versus benè concepti in MS. Aliter in vulgatis, in quo quædam errata, quædam ἀδιάφορα.

Hic magnis humeris candens nitet, ac media ambit,
Ipnea substricta fulget qua Zenula palla.

Pæna.] malè MS. *pene*.

Districtáque.] Vulgati *districtáque*. Est ἀδιάφορον.

Sen dura] *seu magni* Vulgati. Et hoc ἀδιάφορον.

Robore.] malè MS. *robora*.

Andromeda capiti.] Versus hic deerat in vulgatis, & sequens hoc pacto erat deprauatus.

Andromeda verò radiat qua stella sub ipsa

Nos ex Manuscripto suppleuimus & emendauimus.

Aluo fulget equus:] malè vulgati:

Aluo fulget equus: tres armo, sed l. a.

Manuscripta lectio hic mihi verat.

Ast ceruix.] Vulgati *Et*. Tu elige.

Sed quia ferus ore lupato.] malè MS.

Spumantis mandit seq. ferus ore lupato.

Sed legendum ἀναμφισβητήτως.

Spumantis mandit sed qua ferus ore lupata.

Affine illud Maronianum:

Stat sonipes, & frena ferox spumātia mandit.

Ex quo hoc adumbratum.

Et capite & longè.] MS. *Et capiti* τῷ χιάσμῷ *& longâ* vere. Aratus ἀδ' αὐχένι δολιχὸς ἀφ' ἵππος. Et Homero sæpius laudari ὑψαυχένας ἵππους: hoc est *longicornicos equos*, vt & nos ad Pacuuianum morem nouum verbum fingamus.

Stella nitens armus.] Ita bene vulgati. malè MS. *Stella nitent armi*.

Primo praestat equum.] Vulgati *Primo praestat equo*. Ego ex Manuscripti lectione hoc cuderem: *Primum praestat equum*. pro eo quod est *Principium equi, siue primas partes ostendit*. Possis etiam legere: *Primum restat equi*. Pro *rupta* quod est in Manuscripto, vulgati *rapta* habent, quod tamen non improbandum.

Destituunt vis(us):rudis.] Ita MS. Non malè. *Rude* enim opus Græci vocant ἡμιτελὲς. Equus autem ἡμιτελὴς, vt & Aratus nominat. Vulgati habent.

— *m. r. o. membra*
Destituunt, visus radiis hinc surgit imago
Gorgonis: hinc proles, &c.

Possis legere:

— *medio rapta ordine membra*
Destituunt visus radiis: hinc surgit imago.
Gorgonis hic proles, &c.

Partes illæ siue stellæ quæ non sunt, sed ex fabula esse finguntur dictæ sunt a veteribus cerni non posse ob oculorum defectum. Ita de septima Pleiade Germanicus:

——— *sed carpitur vna,*
Deficiente oculo distinguere corpora parua.

Simile hic in equi posterioribus. Sed vtiam lectionem retineas oportet *inde* vel *hinc* interpretari pro *ab his partibus*, vt apud Plautum & alios *Vnde* pro *à quo*.

Hic proles.] Ita MS. malè vulgati *hinc*. Male MS. & ridiculè *imperio*, pro *in Pierio*.

Decurreret.] Melior hæc vulgati lectio, quàm illa Manuscripti, *discurreret*.

Hippocrenen.] M S. *Hippocrenes*. Plautus: *nomen Mercury est mihi*: Horatius: *cognomen Pingnis damus*.

Fontes nomen habent.] Ita vulgati. MS. *Fontis nomen habet*, quod forte tolerari posset, si quidem [illegible] mutua veteres recto casu exiluisse, præsertim, cum & Varro dicat *à ponte* nominatiuum *pontu* analogicum magis esse quam *pons*. Sed puto transpositis literis scriptum. *Fons it nomen habet* pro *id*, vt sæpe *set* pro *sed*, *at* pro *ad*. & contra in hoc MS. inuenitur: quod & verum puto.

Currens] Versus hos quinque deprauatissime referunt vulgati: hoc pacto:

Inde subest Aries qui longè maxima terrens
Orbis, & ad finem spatiis non tardior horam
Peruenit & quādo grauiore Lycaonis Arctos
Axem vel tutor, quem tanto gratior ille
Distantes cernis properat contingere metas.

Quis hic sensus, & vt esset, quis similis illis Arateis:

Αὐτοῦ καὶ κριοῖο θοώταται εἰσι κέλευθοι,
Ος ῥά τε καὶ μήκιστα διωκόμενος περὶ κύκλα,
Οὐδὲν ἀφαυρότερος τροχάει κυνοσουρίδος ἄρκτου.

hoc est interprete Auieno:

Tunc celer ille Aries, longi qui limitis orbe
Æthera percurrens, nunquam Cynosuridos Vrsa
Segnior ab lapsu conuertitur.

Manuscripti Lectio ferme probat [illegible] versu secundo *Vrsa* pro *Vrsa*, & versu tertio habeat *breuior Helicaonis*, quare nos in textu ibi vulgatam *grauiore Lycaonis* posuimus Sed facillimè error delebitur si legamus *Breuiore Lycaonis Arctos*. Versu vltimo pro *cernis* legendum *cursu*. Itaque hi sic mutatis cæterisque lectionibus ex MS. desumptis, distinctionibus ex nobis, ita hi versus sunt restituendi.

Inde subest Aries qui longè maxima currens
Orbe, suo spatia, ad finem non tardius Vrsa
Peruenit & quanto breuiore Lycaonis Arctos
Axem a.in torquet, tanto pernicior ille
Distantes cursu properat contingere metas.

Confer hæc cum vulgatis, & mirare librariorum impudentiam qui tam procul ausi recedere à veræ scripturæ vestigiis, vt auctor nihil minus quam quod dicit dicere videatur. Imò vero nihil.

Clara nec est illi] Paulò deterius vulgati *Clara ve non illi est iaciet*

Officiat si Luna.] Hæc rectè in vulgatis: malè in MS.

Efficiat, si Luna suâ vitentis niteret.

Ait Aratus:

Αὐτος μὲν ῥαδινὸς, καὶ ἀνάστερος, οἷα σελήνη
Σκέψασθαι.

Exponit Scholiastes ὥσπερ ἐν πανσελήνῳ οὐδόλως φαινόμενος. Quem sequitur Auienus:

— *nam quanti luminis astra*
Esse solent, astrum quibus aurea Luna retundit,

Marcida Lanigeri tantas se forma sub auras
Exerit, in tenues quam... vam primordia Phœben
Orbe habeans, nunquamq; decus Dea profe-rat ore.

Germanicus aliter [illegible] nanque Aratum dicere, Arietem [illegible] lunio tantum lucere non posse, cum Auienus idem in Nouilunio esse asserat. Itaque [illegible] non vt Auienus, & Scholiastes, pro *quemadmodum*, sed pro *vtpote* cepisse videtur.

Sed quærendus] malè MS *quærendum*.

Andromeda.] malè [illegible] hic versus in vulgatis.

Vt Chela, candens.] MS habet.

Vt Chela candens vt Baltheus Orionis.

Vulgati.

Vt Chela candens, aut Baltheus Orionis.

Itaque aut vulgata lectione retenta, distinctio mutanda, vti nos [illegible] mus, aut legendum *vt Chela candens*, nam etiam singulari numero χηλὴν dicimus. Secundo loco [illegible] *aut* an *vt* legas parum refert.

Meta.] Vulgati *signo* quod non improbo: Locus autem hic difficilis est intellectu. Hoc enim dicere velle videtur Non tantum ex Zona Andromedæ, aut Chela, & Orione, sed & ex signo aliquo propiore illum Arietem videri posse cognosci. Quare potest forte aliquis Germanicum *proprium* & *cum* d intersecta dixisse [illegible] & al. *Mederga* & *Tederga* extulerunt. Sed hoc nimis obsoletum. Dicat alius *Crium*, quod Græce Arietem sonat, legendum, sed eius vocis prima producitur. Itaque necesse est, Platonico more, Deos interpretari stellas, qua ratione potuit & supra Aurigam, & Taurum diuos dixisse. Aut Deum interpretari Arietem, quia erat Neptuni filius, vt in fabulis legimus, vt Erichthonius, quem diuum nominare videtur Palladius.

Donum hoc stabile Nili.] Deltoton Ægyptius est, vt explicat Anonymus Germanici, vt cum appellant Commentatores & Hyginus. Ægypti autem Nili donum. Ita enim Manilius:

Et Libyam, Ægyptique latus donataque rura.

Et ante eum Herodotus δῶρον τοῦ ποταμοῦ. Vno tamen et versu altero *generatum* cum MS legendum: nam *veneratum* quod in vulgatis est dubius est pretij. Sed *annotabis* cum Manuscripto, an verò *notaris* legas parum refert.

Æquata duorum.] malè MS. *Deorum.*

Hunc Aries.] malè MS. *Huic.* Legendi tamen hi versus, & distinguendi.

Hunc Aries iuxta: medius Deltoton habebis
Inter Lanigeri tergis & [illegible] massam.
Hunc vltra gemini Pisces.

Aries iuxta tertium [illegible] Deltoton medium situm est, inter [illegible] m, & Andromedam; Vltra eum Pisces. Malè itaque Moreter

Alepea

Aldina lectione reiecta bis *hinc* pro *hunc* substituit.

In Austros.] Vulgati *Austrum.*

Nodum stella premit.] Ita nos distinximus: ante perperam legebatur

Nodum stella premit Piscis qui respicit auras Threicias.

Nullo sensu.

Cernuntur.] MS. *cernantur.* Lege *cernetur.* Male etiam MS pro *vlnam* tenet *summam*. Quod autem *dextram vlnam* non *sinistram* poni debuisset, error magis est Germanici quam librarij.

Subter vtrunque ordem.] Hi tres versus, antea desiderati, e Manuscripto sunt insertil. *Denotam* (*ir*) *intim* ... Andromedam, qua forma Virgo ... exhibit *pes* ... *denota futura*

Vbique micat ... ma ... vulgati & ...

Dextera ... nisi quod pro *Cassiepeam* ... Cass... in Vulgatis ita

Dextra sublata ... *Cassiepeam.*

Potest lectio à nob... si Aratum sequimur mutandæ paulum & transponendæ literæ, ...

Dextra sublata ... *Cassiepea*

ait enim ...

Καὶ οἱ δεξιτερὴν μὲν ... κλισμῷ ... τετάνυσται

Πενθερίης ... δίφροιο.

Transfert Auienus:

Dextera marmoris solium propè Cassiepea
Tenditur.

Findere plantis.] Ita MS. recte. Male vulgati *tangere palmis.* Alatæ plantæ Persei. Propert.

Non si Pegaseo vecteris in aëra dorso
Non tibi si Persei moueris ala pedem.

Poplite sublano.] Versus hosce tres ex Manuscripto suppleuimus: Distinguendum autem, & legendum:

Poplite sub lano, Tauri certissima signa
Pleiades suberunt: breuis & locus occupat omnes
Nec faciles cerni u. q. c. p.

Non enim sub Tauri poplite sunt Pleiades, sed Persei sed Tauri signa sunt, vnde & apud Arabes à Tauri nomine *Ataurie* siue *Athoraie* vt alij scribunt vocantur. *Athor* enim

الثور Arabibus Taurum sonat, cuius nomen in omnibus prope linguis consonum inuenio.

Nomina sed cuncti.] Bene hæc sed non ex mente Arati. Videtur enim illos versus in animo habuisse

Ο ... μέν τοι ... ἀλλήλων ... ἐν Διὸς ... ἀκουστοὶ ...

Cælano, Meropeq.] Sequuti sumus Manuscripti lectionem. Vulgati habent:

Electra, Alcyoneq., Celænoq., Taygeteq.,
Et Sterope Meropeq. simul, formosaq. Maia.

Quæ ex Auieno desumpta, vbi tamen *famosaq.* legitur, & recte. sequitur enim *Prole Dep.* Manuscripti lectio vera, sed non perfecta. Itaque restitue:

Electra, Alcyoneq., Celænoq., Meropeq.,
Ac Sterope, & Taygete, & Maa parente
Calisero genita.

More Græco Encliticam produxit, & longam vocalem non elidit. Scriptura illa *Maa* quam ex Manuscripto proposui non aspernanda, cùm enim in omnibus fermè vocibus *αι* diphthongum in *æ* vertant Latini, paucalæ tantum suas voces in quibus vtranque literam seruauerunt, vt *Maia, Aiax*, quæ cur non ad exemplum ... orum Latina diphthongo scribi possint, non ... video. *Grauis* ex vulgatis scripsi, cum MS. perperam *genitus* referret, quî malè etiam *si vere* habet pro ... Similis omnino ...

si vere Iupiter infans
Vbera Cretæa mulsit fidissima Capra.

Non multis.] Ita MS. male vulgati *multo.*

Præcipue sed honore.] Malè deest hic versus in Manuscripto. Sequentes quoque duo perperam post ... sunt posita ... qui ... à sequuntur, *Plurimulum accepta* & *Deuictam effigiem.*

Ventus superemminet auster.] MS. alieno, vti dixi, loco ... refert, & sequentem versum ita concipit

At cum urgit hyems ponto fugienda peritis,

Versus autem hos ita legendos puto:

Cùm primum agricolam veniens superimminet æstas,
Et cùm surgit hyems ponto, fugienda peritis.

Alibi quoque *venirus*, in *ventus* mutatum est. Confer cum istis Ciceronis

Propterea quod & aflatis primordia claræ,
Et post hyberni præpandens temporis ortus,
Admonet, vt mandet mortales semina terris,

Quorum versus primus corruptus in vulgatis.

Quin etiam.] Hi tres versus tam corrupti in Manuscripto leguntur: in quarto pro *tortis* vulgati male *Partibi* habent. Nos coniecimus hos versus ita legendos:

Quin etiam Lyra Mercurio dilecta, Deorum
Proli accepta, pro cælo nitet, ante labore
Deuictam effigiem, plantâ quæ erecta sinistra.
Tèmpora lana premit torti subiecta Draconis.

De Lyra ab Mercurio inuenta habes apud Mythologos. Eadem Argonautis accepta: si quidem Orpheus hanc Lyram accepit, & ea celeusma ... in Argo naui. Argonautas vocat Deorum ... qui ... Deorum natos vocat Valerius Flaccus ... Nam *nautis* quod ... legitur suppositium. *Pro cælo* dixit vt alibi:

Argoüs ... pro cælo refertur imago.

Et similem significationem in Martiano Ca-

pella

κλωνὸς ὑποδάμνατ᾽, & θάλλης ἔθεν.

Πεπλήθυια.] Hoc ideò, quia subiungit πολλὰ φέρουσα. Nam ita legendum.

Κρώζῃ.] Hesychius: κρώζειν ὡς κόραξ. ἢ κρυφύη. Sæpius verò de cornice. Hinc κρώζειν *cornicari* transtulit Persius.

Μέγ᾽ ἀθρόα.] Fortè μέγ' ἀθρόα.

Χαίρειν κέ τις οἰωνοῖο.] Antea χαίρειν καί τις οἰωνοῖο. Sed omninò ita legendum est quemadmodum nos ex Sanctandreanâ consensu Scholiastæ edi curauimus. Nam & apud Homerum est αἰετοῦ pro ἀετοῦ, & simile est αἰγομένου pro ἐγομένου, & alibi αἰετοῦ reperias.

Δενδρείοισι.] δένδρεσιν pro δένδρον, vt suprà κέγχρειος pro κέγχρος κατ᾽ ἐπένθεσιν τοῦ ι.

Ἠχί τε κοίονται] Non τεκνίονται, sed ἠχί τε κείονται, *vbi cubant*.

Απτερύονται.] τὸ δὲ ἀπτερύονται, οἷον τὰ πτερὰ χαλῶσι Scholiastes. Dubito an præferam Manuscripti lectionem αὖ πτερύονται, vt sit πτερύονται pro πτερύσσονται. Auienus :

—— *Tum pennis corpora plaudunt.*

Οὐρανόθεν.] ἀστερόθεν alij, & Scholiastes. Auienus quoque:

Tunc quoque cum stellis hebes est lux omnibus vltrò.

Neque dissentit Plinius: *Cùm repente stellarum fulgor obumbratur, vti neque nubilo neque caligine fluitans, graues denunciantur tempestates.* Reuertitur hîc ad tempestatum signa, & ait cùm sidera sponte quodammodo sua videntur obscurari signum esse tempestatis : nubila enim nobis nondum percepta stellas condunt. Idem est cùm multæ admodum sunt nubes, quædam huc quædam illuc latæ, quòd ventos, quædam subsistentes, quod imbres, qui grauiores sunt denotat. Tunc anseres, cornices, monedulæ, & aliæ bestiæ clamore dolorem testantur, quod non liberè possint pascere, quædam etiam bestiæ, ob metum pluuiæ, antra petunt, & apes, quæ teneræ sunt & tempestates fugiunt, non audent procul à melle & fauis abscedere, necas imber opprimat. Grues (de quo iam diximus) tum cursum mutant, & in alia loca migrant: Araneæ mouentur, quod eo fit, quia cùm sint leuissimæ facillimè moueantur à vento nondum valido, & nobis ἀναισθήτῳ. Flammæ lucernarum marcent, de quo iam diximus. Tædæ etiam & ligna, quia poros omnes humidus aer occupat, accendi vix possunt nisi cinere (quod sæpe fieri solet) oblinantur : quem locum postremum vix quisquam aliter intelligat.

Οὐδέ πόθι νεφέλαι.] Hæc ita intelligenda sunt, quasi dicat, neque nos nubes vllas percipimus; sic infrà νηνεμίη, dixit, cùm reuera non sit νηνεμίη sed esse videatur solummodo.

Εννεάγηρα κορώνη.] In Catalectis est:

Ter binos deciesq; nouem super exit in annos,
Iusta senescentum quos implet vita virorum.
Hos nouies superat viuendo garrula cornix.

Hinc *longæua* cornix Poetis. Notandum autem vltimam in ἐννεάγηρα hic correptam, cùm deberet produci, quod verè est Æolicum.

Οψὲ βοῶντε κολοιοὶ.] ὀψικὸν posuit pro παρθυμικῷ : quod & apud Homerum inuenias.

Ηῶ ἀσπίζων.] ἠῷα, σπίζων legendum esse, & Theon qui tamen & hic corruptus, & Eustathius indicat, qui ait ὁ σπίνος σπίζει ἠῷα παρὰ Ἀράτῳ. Auienus σπίνον *Fringillam* transfert eleganter & verè.

Ορχίλος ἢ ἐριθεύς.] Orchilus & Eritheus siue Erithacus, aut Erithymus aues sunt solitariæ vt monstrat Hesychius in Lexico : ideoque ominosæ matrimoniis. Auienus :

Orchylos infestus si floricomus Hymenæis
Ima petit terræ, si denique paruus Eritheus
Succedit trepidus scrupesa concaua rupis.

Οὐδ᾽ ἂν ἐπιξουθαὶ] ἐπιξοῦθαι Manuscriptus, pro ἐπίσσυτοι, ἐπιξυθὰς, περιπέτηται interpretatur Theon.

Αὐτοῦ μέλιτός τε.] Hoc est prope mella & opera sua volitant. Possis & ita interpretari; Intus ἐν τοῖς σφονδύλοις ἢ κυψελίοις (ita enim legendum in Scholiaste pro κυψελοῖς) melli & operibus. ἐν δὲ αὐτῷ, hoc est mellum operibus incumbunt.

Μαρμαιρομένοις λύχνοισι.] Manuscriptus μαρμαίρωνται. Vtrumque probum.

Τί τοι λέγω.] Pergit ad alia. Frigus hybernum vim habet constringendi, & inde id quod æstate est pluuia, hyeme est nix & grando. Hoc ipsum eo indicatur, quod cinis sit concretus, & carbones (nam de signis illis cenchri similibus anteà diximus) vix deferat, flamma quoque aliquid habeat conrecti nebulæ crassiori simile. Ilex, lentiscus, scylla, ter in anno fœtum producunt, tribus arandi temporibus respondentem. Sunt autem hæc tria admodum siccæ naturæ, ideoq; non ferunt magnum fructum, nisi funditus madida. quare eorum εὐφορία humorem designat, vt fructuum mediocritas siccitatem. Eadem fermè est natura & πυρὸς frumento, vnde colligere licet qualis fuerit ilicis, lentisci, scyllæ've fructus, similem fore & frumenti, adeò vt singuli illarum partus præsagia quædam sint messis futuræ singularū arationum, quæ vt illarū fructus similiter triplices. Quia verò terræ ea natura est vt humida magis aliquid producat quā arida, vt liquet, humidâ aurâ insecta plurima, inter quæ sunt & erabrones, gignuntur, quare & hoc humoris signum. Iam verò humor omnis mouet virtutem generantem in animalibus, calore introrsum acto: quare bestiarū appetitus περὶ τὰ ἀφροδίσια certissimū hyemis asperæ signum, vt contrà cum tardiores

tardiores sunt ad coitum leuior instat bruma. Grues cum primum hybernum frigus instare prænoscũt, statim magno conatu grandibusq. turmis aufugiunt. sunt enim impatientes frigoris. Quod si sentiant hyemem aut tardam fore aut leuem, tardè quoque & paruis turmis sensim migrant. Boues quoq. & pecudes, quia ob crassum aërem calor naturalis inclusus deorsum vergit, pedes iactant: omnes, eæ quæ leuiores sunt, binos grauiores, vt posteà subiungit, & puluerem spargunt, terramque fodiunt, cornua verò, & capita iactant ob pruriginem, quæ est ex humore frigido. Cometæ, quia ex exhalationibus sunt siccis & feruidis, vt scisci Peripateticorum Schola, feruorem & fatalem terræ siccitatem designant. Insulæ (teste Aristotele) sicciores sunt continente, & aridà aurâ nihil fermè producunt, ideoque aues in insulis degere suetæ aliò contendunt, quod signum (vt dico) siccitatis, quæ noxia frugibus, commoda verò lacti gignendo, vt notum. Instante tempestate, cum eam bestiæ præsentiunt (de quo & alibi diximus) immodicè se pabulis ingurgitant, ideoque inuitæ pascuis decedunt. Lupus quoque nulla pericula respiciens omnem dat operam vt ante tempestatem saturetur, aut potius tectum inueniat. Sciunt enim hæc omnia animalia, fore vt veniente tempestate non possint commodè pascere. Boues priores pedes lingua, frigidos ob aëris intẽperiem, satagunt lambendo recalfacere, & cùm aliàs soleant in latus sinistrum (quod ex natura frigidius) recumbere, nunc etiam in dextrum se proiiciunt, vt & hoc calefiat, omnibus peræquè membris ab externo frigore circumsessis. Mures quoque tenesi aut frigus magnis motibus repellunt, aut latibula (quæ Aratus κοῖτας vocat) sibi quærunt. Canes quoq. tellurem fodiunt (si ὀρύξαιτο legimus) cuius eadem ratio esse videtur quam de pecoribus retulimus.

Νιφετοῦ.] alii νιφετῷ. Qualem phrasim suprà ostendimus: & sequitur λυχνῷ.

Ζώεσαι.] Eodem modo Latinè *carbones viuos* dicimus.

Πρῶτοι δ' οὐ.] Construe: οὐδὲ πρῶτοι κατὰ πέπτο μεν ... ἀπειρεσίοι, οὐδὲ μέλανος χήνες.

Αλωεύς.] ὁ ἐν τῇ ἁλωῇ πυρὸν σπείρων, serens farra in areâ. Vtitur Nonnus.

Ακύλω.] Admodum propriè: est enim ἄκυλος glans ilicis. Theocritus:

Οὐ δὲ γὰρ, οὐδ' ἀκύλοις ὀρομαλίδες, αἱ μὲν ἔχοντι
Λεπτὸν ἀπὸ πρίνοιο λεπύριον, αἱ δὲ μελιχραί.

Vbi similiter feminini generis, vti & hîc.

Τηλοτέρω.] Ne inquit nimium granida sit ilex, vt arua absque squallore spicas proferant. Ita erunt hæc intelligenda ait Scholiastes.

Φέρει δ' ἐπὶ ζόμερ.] Sensus esse videtur: lentiscus ter frondens triplicis arationis successum præmonstrat: nam sequitur:

Οὐ ἵνα γὰρ κάλλιστα λοχαίνουσιν ἄρη)
Κείνῳ ἐξ ἄλλων ἄροσις πολυλήιος εἴη:

Namque lentiscus granidos fert tẽpore fætus.
Illius aut frustrà terris sudabit aratrum.

Cicero tamen, & Auienus, & Plinius, ita videntur intellexisse quasi Aratus dicat tempora arandi ostendere quod non puto.

Ανερος.] ἄνερος alij.

Πολυλήιος εἴη.] πολυλήιος, πολύπυρος. Hesych.

Ανθερικὸς.] Propriè τὸ ἐν τῷ στάχυι κέντρον, vt docet Theo, Hesychius, & Etymologicus. Imò verò hoc est ἀνθέριξ. Ανθέρικος ferè semper de Asphodelo dicitur. Hic generaliter pro ἄνθος sumitur.

Ευίχνω.] Malè Manuscriptus χῆνα.

Εσπερίων σφηκῶν ἀγέρεσθαι.] Puto hæc ita explicanda, vt dicamus ex crabronum multitudine hyemis celeritatem præsumi, vt quæ etiam ante Pleiadum occasum (vespertinum nempe, qui hyemis plerumque initium) sit ventura, & ita puto intellexisse Scholiasten. Hodie tamen distinctio aliud præ se fert.

Οἷος.] Versum hunc Scholiastes & Auienus non agnoscunt. Est verò admirationis formula quasi dicat:

Ah quãta sequitur vespas cũ turbine vortex?

Simile est illud:

Οἷον γὰρ κάκιστο θεῶν ὑπὸ ποσσὶ φορεῦ)
Λείψανον ἠελίοιο πολυπλανέος ῥιπῆσι.

Et alibi alia similia reperias. Nobis sufficit indicasse.

Οππότ' ἀναστρέφωσιν ὀχεῦς.] Vulgatus interpres Latinus transtulit *cùm redeant à pastu*. Malè: Oportuit dicere: *Cum cõuertantur ad Venerem.* Quanquam enim vix alibi reperias, tamen & Scholiastes, & Auienus ὀχεῖ, ὀχεύειν interpretantur. Et sanè illis nõ defuerunt sua exempla.

Οψὲ δὲ μισγομένων] Ita ferè semper μίσγεσθαι de re Venerea apud Homerum & Hesiodum. Latinus poëta *Mista Deo mulier.*

Βεβαρηότες.] Exponit Scholiastes βιαζόμενοι πρὸς συνουσίαν. Ego puto βεβαζόμενοι legendum. βιβάζειν est ὀχεύειν.

Βρίθοντος ὀπώρης.] Ad differentiam φθινοπώρου propriè dicti. Nam φθινόπωρον propriè est τὸ μετόπωρον, Autumni in brumam transitus.

Πληιάδες.] Iam antè diximus.

Μηδὲ λίην ὀρόχοιεν.] Vno loco ita exponit Scholiastes sequentia. Ne nimium fodiant, quia hoc hyemem prædicit duram satis & arboribus. Sed potius nix plurima terras operiat, quia semina tum magis radicantur. Alibi ita exponit, vt satis ostendat omnia hæc (quæ sententia vera est) hoc pacto legenda, distinguenda, intelligenda.

Μὴ δὲ λίην ὀρόχοιεν (ἐπεὶ μέγας ἐκ τῆς κόσμου
Γίνη), ὅτι φυῆς χλωρὸν φίλον, οὐτ' ἀρόσιμον,
ἀλλὰ

Ἀλλὰ χιὼν εἴη πολλὴ μεγάλαις ἐπ᾽ ἀρούραις.
Μήπω κεκριμένη, μηδὲ βλωθρῇ ἐπὶ ποίῃ.)
Ὄφρα τις εὐέστοι χαίρῃ πολυδήμιος ἀνήρ.

hoc est.

Neu nimiū fodiant (neq. enim tū frigere sane
Aspera hyems plātis, aut duris parceret aruis,
Sed potius gelidas premeret nix plurima terras,
Horribilis necdum distincto margite culmis.)
Vt benè frugifero lætetur rusticus anno.

μὴ δ᾽ est optatiui seu deprecantis, vt alibi ostendimus. ὁ κατὰ κόσμος pro ὁ κατὰ κόσμον ex auctoritate Scholiastæ restituo. Ποιὰν πόρπε inter alia exponit Hesychius, quod etiam hunc locum declarat. Parenthesis quam inseruimus rem claré explicat. nam illud μὴ δ᾽ λίαν ἐρύχοιτο. cum versu vltimo construendum. Cæterum ait hoc signum esse non leuis hyemis, quale erat penultimum illud de gruibus, sed sæuissimæ. ideoq. niuem segeti ἀλφηστῇ nocituram. Sed sciendum est, quod & alibi monuimus, Scholium Aratæum non vnius esse Theonis, sed & aliorum, nam & sæpe idem iteratur (quod Scholiastæ facere non solent) & contrariæ sententiæ sæpe inseruntur. Idipsum & in alijs aliquot Græcorum Scholiis videre est.

Εὐέστοι.] εὐέστοι poeticè pro εὐεστοίῃ dixit:

Πολλοὶ γὰρ κομῆται ἐπ᾽ αὐχμηρῷ ἐνιαυτῷ.] Manilius:

Nunquam futtilibus excanduit ignibus æther,
Squallidaq. elusi deplorant arua coloni.

Οὕτω γὰρ μογεροί] Elegans epiphonema.

Δείελον.] Quid δείελον iam ante diximus. Itaque eò te relego.

Ὑπωμαίοιο ποδὸς.] Nescio quid Latino Metaphrastæ in mentem venerit, vt *posteriorum pedum* transferret, cùm & ratio, & vocabuli sonus aliud ostendat. Nam ὑπωμαῖον est id quod sub armis est.

Βυλόεσσιν ὤρῃ.] Suprà quoque eodem verbo vsus est, & alibi notauimus.

Ἀχείμεροι:] πολυχείμεροι Scholiastes. Sed sensus est: Volunt sine tempestate (hoc est ante tempestatem) satiari.

Μονόλυκος.] Lectio hæc vera: Alij μονόλυκος contra versum: Alij μεγάλυκος contrà ἀναλογίαν. Nouè & eleganter λύκον μονόλυκον *lupum solitarium* dixit, tanquam tu ἄνθρωπον μονάνθρωπον dicas. Delectantur talibus allusionibus Græci, & eius fermè generis sunt, quæ à negatione sumuntur, ἄδωρα δῶρα, ἄγαμος γάμος. Simile autem huic etiam est illud δύσπαρις, & αἰνόπαρις, pro malo Paride. ὠρύη) autem quod sequitur hoc est *vlulet* proprium luporum est, quanquam & ad Leones & alias feras referatur.

Τετριγῶτες.] τετριγῶτες legit Auienus. τρίζειν est vespertilionum: τρύζειν propriè turturum, sed communiter pro stridere interpretantur Grammatici: Habet ille hoc modo:

—et lapsum cum stringunt denique mures.

Sed legendum est *strident*. Stridere τρίζειν, vel potius τρύζειν. Vox ipsa alludit.

Σκύλαξ.] Suprà explicauimus. Alij ὀρύξας legunt monente Scholiaste. Ratio hæc fingi potest. Canis, cum sentiat corpus præ frigore condensari, vt idipsum dissoluat pedes extendit, vti nos brachia nostra ex somno suscitati pandimus.

Καὶ μὴν ἐξ ὕδατος.] Scholiastes quoque hos versus continuos non agnoscit, quod in eo rarum, in Auieno (qui similiter omittit) non perinde infrequens, adeò vt sæpe nos referre tæduerit, quoties ille aliquid ex Arato prætermittit. Itaque hos versus spurios puto, quales plures esse in hoc opere non dubito. Nam de muribus repetit, cùm paulò ante de iis dixerit, quod tamen & alibi de coruo & graculo reperias.

Ἐνιαυτῷ.] ἐνιαυτὸν κυκλωτικὸν intelligit Auien.

Et transactorum sollers componet mensūm
Signa laboribus.

Et sanè Parapegmata olim in menses erant distincta.

Εἴ που καὶ ἐπ᾽ ἀστέρας.] Id quod ipse omisit alios scrutari iubet. Scilicet quibus astris orientibus vel occidentibus qualis sit aura; aut potius an euentus cum iis quæ in Parapegmatis scribuntur conueniat.

Τετράδας ἀμφοτέρας.] Iubet maximè spectari, τὴν τετάρτην ἐπὶ δεκάδι, & τὴν τετάρτην μετὰ εἰκάδα. Hinc Virgilius, vt alibi notauimus:

Sin ortu in quarto, (namque is certissimus auctor.)

Octo autem, vt subiungit, noctibus æther est σφαλερώτερος, nempe τετάρτη, τρίτη, δευτέρα ἐπὶ εἰκάδι, ἔνη καὶ νέα, νουμηνία, δευτέρα, τρίτη, τετάρτη. μηνὸς ἱσταμένου. Vides vtrasque τετράδας siue τετράδας octo in se dies includere, quibus Luna vetus nouæ astringitur. Illis octo noctibus Lunæ sunt silentia, vt loquuntur Latini, siue Interlunium, νύκτες ἀσέληνοι, siue σκοτόμηνος Græcis: Diciturque hoc tempus vno nomine σύνοδος, quia Luna cum Sole coit. Tunc autem quia Luna, quam non immeritò aeri præesse crediderunt veteres, non lucet, nec aërem calefacit, variæ notandæ sunt immutationes.

Σχεδίως.] ἀπείρως, παρέργως Scholiastes. Hactenus Aratea.

FINIS.

HVGEIANI GROTII
NOTAE
AD
GERMANICI
PHÆNOMENA.

IN hoc auctore quâ viâ, quo modo egerimus, neque tibi, MI LECTOR, inutile erit audire, neque mihi dicere tædiosum. Germanicus duo opuscula scripsit ad rem Astronomicam pertinentia, Phænomena Aratea, & Prognostica, non illa quidem ex Arateis Diosemeis tralata, vt sunt Ciceronis, & Auieni, sed alterius generis: in quo libro, meo iudicio, signorum Zodiaci relationem ad Planetas, & quid quodlibet sidus in quoque dodecatemorio operetur, explicuit. Prius opusculum, interpretatio est Arati fermè κτ̄ πόδας: nisi Procemium de suo præiunxisset, & fabulas Arato intactas leuiter, non vt Auienus ex professo, attigisset. Exempli causâ sufficiant, illud quod de Arctophylace habes:

Siue ille Arctophylax, seu Bacchi ob munera casus
Icarus ereptam pensauit sidere vitam.

Et illud de Heniocho:

——— siue Atthide terrâ
Natus Erichthonius, qui primus sub iuga duxit
Quadrupedes, seu Myrtoas demersus in vndas Myrtilus.

Quibus similia in aliis fermè singulis inuenias. Accedit tertium, quòd similiter versionem hanc non esse κτ̄ πόδας persuadeat: quod videlicet, vbi Aratus obiter de re nondum tractatâ aliquid immiscet, ipse ordinem secutus, hoc ipsum in commodiorem locum transtulerit. quod alius non animaduertens dicat fortè versus transponendos. Exemplum dabo illud: Postquàm de Thuribuli signis locutus est Aratus, subiungit:

Εἰ δὲ κεν ἑσπερίης μετ' ἄλλος κεκαλυμμένον ἀκτὶν
Ὦμον, ὅταν νεφέλης:

& quæ sequuntur. Germanicus illud postquam de Centauri sidere locutus est explicat, his versibus:

Hic humero medius scindens iter ætheris alti,
Si tenuem traxit nubem, stellasque recondit
Toto clarus equo, venienteis nuntiat Euros.

Similia atque οὐ τοῖς συμπαραβολαῖς καὶ συναναφοραῖς inuenies: nam cùm Aratus, verbi gratia, dicit, de signo aliquo loquens, sidus aliquod dimidium sub illo signo oriri, dimidium sub sequenti, Germanicus dimidium illud iis quæ cum sequenti oriuntur inseret, cuius rei exempla satis multa inuenies. Prætereà aliquoties Aratum ipsum ex aliorum Astronomorum disciplinâ correxit, vt cum Aratus dextro pede Nixi ait Draconem premi, ipse læuum posuit, & vbi Aratus humanas Chironis partes ait esse sub Scorpio, equinas sub Chelis, ille melius sub Virgine equinas, sub Chelis humanas collocat, quod nos satis feliciter obseruauimus. Hæc si excipias, pauca admodum inuenias in quibus Germanicus plus aliquid minúsve aut aliud quàm Aratus dicat. Nunc ad alterum opusculum veniamus, quod eum ex Arato non transtulisse diximus, ex aliis Astronomis Græcis desumpsisse non negauerimus. In eo Planetarum naturam, & Signorum Zodiaci, & eorum inter se relationem, & coniunctas vires complexus est. Hoc opus indicat cùm ait in fine primæ partis Phænomenôn (sunt enim omninò tres de astris, de circulis, de cooritentibus, & cooccidentibus)

Hoc opus arcanis si credam postmodo Musis,
Tempus, & ipse labor, patiantur fata, docebit.

Ad Planetarum naturam pertinet illud:

Hâc rapitur Phœbe, per idē Cythereïus ignis,

& quæ sequuntur. Illud verò præcipuè:

——— torpere videntur.
Omnia Saturno: raros ille exprimit ignes
Et siccas hyemes adstrictus perficit vndas.

Ad signorum naturam Fragmentū illud, quod

Grandine permixtus Aries, niuibusque caducis.

Relationem indicat illis versibus:

Hæc vt quisque Deus possedit numine signa
Adiungit proprias vires.

Et in Fragmento illo, quod incipit: *Ætherium venit thalamum super* explicatas videmus Veneris & Mercurij per quælibet signa, cùm in ortu, tum in occasu, effectus & operationes. Hactenus de Auctore quem optimum Poëtam fuisse optimo Poëtâ, Ouidio nempe, teste satis

constat: & res ipsa, ne quid eius auribus datum ab Ouidio putemus, satis probat. Ad exscriptores & exemplaria veniamus, & vna quid nos in eo præstiterimus, quem ordinem, & modum in textu Notisque secuti simus breuiter explicemus. Exscriptores nactus est imperitissimos, adeò vt vix putem alium quempiam tam miserè exceptum. Rationem quæris? Nulli fermè alij fuit vsui, nisi vt imaginibus cælestibus depictis carmina illius, quod in aliis quoque picturis vsitatum, ad explicationem subseruirent, quæ etiam causa est cur hactenus primâ tantùm parte Phænomenôn fuerit editus. Idem etiam occasionem quibuslibet præstitit pro suo cerebro eum immutandi, mutilandi, augendi: multum enim maiestatis & reuerentiæ opusculo diuino detritum est, cum mancipii loco imaginibus illis accederet. Itaq. verum de Germanico, quod & de Arato ait Leontius: ὅμηρον μὲν ἐν εἶδος χαρίεν βλάπτει, τῶν βιβλιογράφων. Ἄρατον δὲ δύο, βιβλιογράφοι τε, καὶ ζωγράφοι. Hoc est: *Homero soli exscriptorum nocent librarij, Arato librarij & pictores.* Eadem fortuna Germanici apud Latinos, quæ Arati apud Græcos. Videas vulgatam editionē quæ quadruplex, Aldina, Basileensis, Morelliana, & Sanctandreana, inter quas omnes minima est differentia. Dij boni! quot in eâ versus omissi, quot carmina ita miserè detorta vt nullum maneat veritatis vestigium! Omissionis caussa, quod paucos, nullà sæpè sententiâ, versus deligerent imaginibus adscribendos: detortionis, pictorum imperitia, & operis ipsius contemptus, quia iam in vulgum abierat. Videas Manuscriptum, quem à viro Nob. Iac. Susio profectum, eiusdem hæredibus, nec non generoso, & eruditissimo viro D. Iano Dousæ, cuius operâ liber ille ad me peruenit, acceptum fero, miraberis quidem antiquitatem, sed videbis turpissimos errores, imò sæpè tales, in quibus soluendis non parum laborabis. Scriptus ille non literâ rotundâ Monachis vsitata, quâ codices alij Manuscripti minimæ antiquitatis sunt exarati; non Longobardica, qua alij mediæ vetustatis; sed litera Romana, quam Capitalem vocant, multorum sæculorum præfert auctoritatem. Scripti in eo sunt versus non coniunctim, sed dispersim, & ita vt singulis paginis quaterni fermè, aut quini tantum inscriberentur: quæ fuit occasio, vt posteà, cùm iam vsus & cognitio literarum quadratarum exoleuisset, alius quispiam spatio vacante eosdem versus nulla mutatione literis Monachalibus descripserit. Hic etiam continua series imaginum interiectu disrupta traiectioni locū dedit, quam in Notis nostris indicabimus. Imò etiam cùm in Geminis & Cancro fabula deesset, homines insulsi eam ex Auieno emendicatam Germanico inseruerunt, ne quid deesset ad extremam dementiam. Ita illi dum imaginibus suis consulunt, auctorem conseruauerunt quidem, sed ita perdiderunt vt sui similis non esset. Nos itaque ex editionibus vulgatis, & Manuscripto vnam concinnantes editionem, in singulis versibus eam lectionem secuti sumus quæ verior & commodior visa: aliquando cùm neutra vera esset, alterutram elegimus; in Notis nostris lectionis veritatem, aut ex vtriusque commistione, aut ex nostro iudicio prolatum. Versus superfluos resecauimus, eos qui deessent substituimus, sed non ea tamen audacia, vt nobis in omnibus credi postulemus. quare in Notas nostras omnem lectionum varietatem retulimus: eademque de causa emendationes nullas, aut paucissimas easque certissimas in textum retulimus, sed ad Notas reseruauimus: quarum aliquæ si multum discedere videbūtur à lectione Manuscripti aut editi libri, considera collatis exemplaribus, quantum sæpe Manuscripti lectio à vulgata distet; quo facto videbis, quod ego video, longissime exscriptores à vera lectione discessisse. Itaque non hæc culpa mihi assignanda, sed fungis illis qui nulla reuerentia auctorem hunc ita mutilauerunt. Duro nodo durus cuneus; quanquam ille reuera nō durus, sed salutaris. Scholiasten illum qui Germanici appellatur, cùm nihil fermè ad Germanicum faciat, & quamuis faceret ordinem & seriem continuam interturbet, omisimus. Imagines ex Manuscripti fide excudi fecimus, ad quas Notas etiam conscripsimus, quas infrà reperies. Nunc ad Germanicum ipsum veniamus.

Ab Ioue.] Malim hoc pacto distingui:

Ab Ioue principium magno deduxit Aratus:
Carminis at nobis genitor, tu maximus auctor.

Vt sit *auctor carminis*, is cuius iussu & auspiciis carmen conscribitur, vt *auctorem belli & concordiæ* dicimus.

Genitor.] Augustum sine dubio innuit, vt liquet ex eo quod sequitur:

Pax tua, tuq; adsis nato, numenq; secundes.

Quem & infrà alloquitur:

Hic Augusto tuum genitali sidere numen
Attonitas inter gentes patriamq; pauentem,
In cælum tulit, & maternis reddidit astris.

Erat Germanicus Drusi Claudij, qui Augusti priuignus erat, filius: postea à Tiberio patruo adoptatus Augusto Tiberium adoptante factus est Augusti nepos. Testantur hoc Suetonius, & Tacitus, & disertè Tribonianus in Institut. Tit. De adoptionibus. Itaque impropriè se natum nominat, Augustum genitorem, cùm esset hic auus, ille nepos per adoptionem. Ad se respexit isto Epiphonemate Germanicus:

—— Prodest maiestas sæpe parentis.

Quantū etenim.] Versus hosce imitatur Auie.

Cur

Cur Hyperionies Nepa circumflecteret ignes
Autumnò reditu: cur sub gelido Capricorno
Bruma pruinosi iuga tristia solueret anni:
Cur spatium lucis madida cum tempore noctis
Libra, celerq; Aries dimenso pondere Olympi
Æquarent.

Vides vtroque loco Astronomiam ex Solstitiis & æquinoctiis describi & alibi quoque ostendemus Auienum Arato intacta ex Germanico desumpsisse.

Cultoriq; daret terras.] *Arma* habet Manuscriptus: *Arua* vulgati. Puto legendum, & distinguendum:

Si non parta quies te Præside puppibus æquor
Cultoriq; daret terras? procul arua silerent.

Coniunge præcedentia. Sensus est, Quid possent (Manuscriptus enim *possent* non *possint*, habet) solstitiorum & Æquinoctiorum cognitiones, nisi Pax te auctore data concederet nautis mare & terram colonis tuto vsurpandam? Sanè arua squallerent: hoc enim est *silere* Poetis. Coniungit nautas & colonos, quorum vtrorunque vsibus inseruit Astronomia. Hinc Aratus stellas alias facit Neptuni, alias Iouis, quod nos explicauimus. Et aptissime ad rem coniungit, quia ante Augustum non tantum terra militibus vastabatur, sed & mare Piratis obsidebatur.

Nunc vacat.] Ita MS. Pessimè editi libri:

Nunc vocat audaces in cælum tollere vultus:

Imitatur Auienus:

Iam placet in superum visus sustollere cælum.

Sequens versus ita conceptus in vulgatis:

Sideraq; & varios cæli cognoscere motus.

Varios motus appellat cælorum & siderum: de quibus ipse alibi:

Omnibus his gemini motus, quorum alter ab ipsis
Nascitur, & proprios ostendit sidere nisus:
Tunc mundũ subeunt lento pede: tòcitus alter
Inuitos rapit, & cæli circumrotat orbem.

Nauita quid caueat.] Hæc ita in vulgatis:

Nauita quid caueat, quid doctus vitet arator.

Nos Manuscripti lectionem sequimur.

Hac ego dum latus.] Ita vulgati: MS. *latis.* Lego *Latiis.* Nihil verius. *Coger* quod in editis legitur, nullius est pretij.

Pax tua.] Benè: quia suprà dixit *parta quies te præside:* Et alia est ratio, quia Augustus Paci templum dedicauit, quod monuit Scaliger. Ouidius in fine Fastorum primi:

I[p]sum nos carmen Pacis deduxit ad Aras.

Cætera quæ toto.] Ita Tullius:

[C]ætera labantur tacito cœlestia motu.

Et m[e]lius Cicero: est enim Axis, de quo posteà sermo, inter cælestia, non inter sidera.

Axis at immotus.] Malè in primis editionibus: *Axis stat motus.*

Librataq; tenet.] Manilius:

Libratumq; gerit diuerso cardine mundum.

Orbem agit extremum.] Distinguo.

——— *& cardine firmo*
Orbem agit: extremum geminus determinat axem,
Quem Graij dixère Polum:

Orbem agit dicit, quia legit apud Aratum aliter quàm nos:

— περὶ δ' οὐρανὸν αὐτὸν ἀγινεῖ.

Pars mersa sub vndas.] Malè MS. *quo mersa*: nam sequitur:

Pars celsa sub horrifero Aquilone.

Partem Poli dixit pro altero Polo: vt & Auien.

——— *Oceano paro*
Sublimo erigitur: subit altera mersa sub vndas
Pars Erebum:

Neque aliter Cicero in Deltoto dixerit *tertia pars lateris* pro tertio latere. Et si Philosophicè loquimur, species aliquatenus pars est generis, & τὸ ἄτομον Speciei. Polus Arcticus, & Antarcticus sub Polo comprehenduntur, vt primum, secundum, tertium latus, sub latere.

Sine Arcti.] *Arctoe* MS. Græco more. Sic infra:

Oceani tumidis ignota fluctibus Arctoe.

Hos duos versus elegantissime imitatur Auien.

Contẽplare sacras vt mundus subiicit Arctos,
Sic astrũ dici Cnydius dedit: Ausono easdem
Voce feras, Vrsasq; & Plaustra vocare solemus:
Fabula nanq; Vrsas, species dat Plaustra videri.

Plaustrum vel facies.] Ita editi MS.

Plaustra, quaq; facies stellarũ proxima vero.

Lege:

Plaustráve, qua f. st. pr. vero.

Confer cum Festo Auieno.

Tres temone.] Distingue:

Tres temone, rotisq; micant sublimè quaternæ.

Caput alterius.] Malè MS. *vlterius.* vt & infrà *Declines* pro *Decliues.* cui simile: *Serpentis decliue caput* & *axis* pro *orbis* non malè.

Veteris si gratia formo.] Ita vulgati MS. *veteris sic gratia fama.* Lego: *veteri si gratia Fama.* εἰ ἐτεὸν δὴ Aratus.

Donauit.] MS. *Donabit.* Notus error.

Viderunt Iouis.] Hic versus malè deest Manuscripto.

Dictas existint.] Nullus sensus. MS. *Dictas texère Datis.* Lege mecum.

Dictæi texère Atydis famuli Corybantes.

Et rem habebis. Nemo nescit Corybantes Atydis, & Deûm matris esse ministros.

Septem quam Cresia flammis.] Malè vulgati *quà.* Primam fermè omnium stellarum Helicen oriri, Aratus eiusque interpretes satis testantur.

Abrupti fluminis instar.] Expressit Arateum illud οἷα ποταμοῖο ἀπορρώξ. Non potuisset magis ad verbum. Nam & locos ἀπορρῶγας *abruptos* vocamus. Ego puto ποταμοῦ ἀπορρῶγα esse aquæ deriuationem, cui optimè Serpentis flexus comparantur. Hesych. ἀπορρὼξ, χίσμα. Lege ἀπορρώξ. Auienus:

Ceu circumflexe sinuantur flumina lapsu.

Non satis aptè Cicero:

——rapido cum gurgite flumen.

Volumina torquet.] *Versas* non malè MS. Tu elige.

Superat.ꝗ illas.] *supra.* Credo *superà* scriptum, vt solet scribere Cicero. *Mirabile monstrum* dixit, vt Aratus μέγα θαῦμα.

Caudâ Helicen supra.] Hæc tua in MS. leguntur: nos distinximus. Pessimè in vulgatis:

Cauda Helicem superat, tendit simul ad Cynosuram.

Malè Manuscriptus altero versu *quam* pro *quà*, qui error non rarus.

Serpentis: Cynosura.] Lege cum Manuscripto, distingue mecum:

————flexu comprenditur alto

Serpētis Cynosura: illa explicat amplius orbes,

Aratus: σπείρῃ δ' ἐν κυνόσουρα κάρη ἔχει.

Tempus dexterius.] Tribus his versibus vulgatam secuti sumus, nisi quod in secundo ob versum *lucetꝗ* pro *lucet* cum MS. posuimus, qui pro *dexterius qua*, refert *dexterioꝗ.* Habes variationem. Ego legendum puto:

Tempus dexterius quà signat stella Draconis,
Quaꝗ sedet mentum, luxere nouissima cauda.
Extremum quà Helices sidus micat, hāc radiatur

Serpentis decline caput, qua proxima signa, &c. Aratus:

Λοξὸν δ' ἐστὶ κάρη, νεύοντι δὲ πάμπαν ἔοικεν
Ἄκρην εἰς Ἑλίκης οὐρήν· μάλα δ' ἐστὶ κατ' ἰθὺ
Καὶ στόμα, καὶ κροτάφοιο τὰ δεξιὰ κἀκ πάτης οὐρῆς.

Quarto versu male vulgata *qua* haber: malè MS. *vtque* quod ob repetitionem præcedentium literarum accidit. Ego *qua* restitui ἄκρη ex Arato. Est enim altera capitis designatio, ex Arctico circulo. Sed non videtur Arati mentem rectè cepisse: nisi dicamus Vrsas pro Arctico circulo describi, & inde proxima signa occasus ortusque dici, quemadmodum multi apud Homerum, qui solas Arctos immunes ait Oceani, Circulum intelligunt. Nam quæcunque in Arctico sunt circulo nunquam occidunt. est enim μέγιστος τῶν ἀφανῶν, vt ad Aratum docuimus. Interea non possum abstinere quin Isidori locum de hoc circulo ab hoc loco non alienum mendo purgem. Est is locus Titulo de Mundo capite sexto, temere in Mathematicis capite 43 repetitus: *Quorum primus circulus ideò Arcticus appellatur, quod inter eum Arcturi signa inclusa prospiciuntur.* Legendum est *arctorum signa.* Geminus locus ille Martiani: *qui septentrionalis circulus perhibetur, ex eo quod eum cæteris qua promentur, etiam gemina sidera Septentrionis includat.*

Abero.] Dubito an non *orbe* legendum. Nam quid hoc est, S[illegible] pe[illegible] ol[illegible] bi est, ibi Vrsæ ab ore tanguntur.

In occiduis. L. *inoccidutis* ἀδύτοις.

Haud procul. Versus hi quinque de Nixo loquentes malè desiderantur in Manuscripto, in quo etiam ordine perturbato Draconem sequitur Arctophylax, Arctophylacem Corona, Coronam Ophiuchus, Ophiuchum Virgo.

Vestigia laeua.] *laeua* scripsit Germanicus. Sed quia Critici prioris sæculi Aratum viderunt pedem dextrum exprimere, quem sequitur Auienus, locum hunc mutauerunt. Sed debuerant saltem Hyginum consulere, qui disertis verbis ait læuo pede caput Draconis opprimi debuerant ipsum situm consulere, qui satis indicat Nixum dextro pede, sinistro capiti Draconis instare. Ipse Scholiastes fatetur *laeuum* poni debuisse, sed ait, vt Aratum excuset τὸ δεξιτεροῦ ad δράκοντος referendum, vt sit δεξιτεροῦ δράκοντος, pro βορειοτέρου. Sed non persuadet Notæ nobis nugæ Scholiastarum, qui nunquam fateri volunt auctorem suum errasse, hoc est hominem esse. Itaque sententias eius mordicus retinent, neque vnquam patiuntur veritatem authoritati præferri. Sed ipse Germanicus nonne satis cauit hæc de dextro intelligi, cùm præiunxit *Dextro namque genu Nixus.* Constat enim alterum esse pedem quo nititur, quàm quo verticem Serpentis premit. Itaque restituenda hic Germanici lectio vetus & vera, etiamsi contrà Arati mentem, à qua discedere Germanico non tam stricta religio, vt & infrà docebimus. Cùm hac de re cum parente meo Iano Grotio fabularer, putauit vetus esse in Arato mendum, & versum vnum aut alterum deesse. Itaque hosce versus mihi imaginatus sum, non tam quod reuera eos putem deesse, quàm ne Aratum omnino à nobis indefensum teneremus. Ergo ita restituendū propono:

— Μέσσῳ δ' ἐφύπερθε καρήνῳ
Δεξιτεροῦ ποδὸς ἄκρον ἔχει μεγάλοιο Βοώτεω.
Βαιὸν ἔπειτα πέλας, μέσσῳ δ' ἐφύπερθε καρήνῳ
Λαιοτέρου ποδὸς ἄκρον ἔχει σκολιοῖο δράκοντος.

Et videri possit ex vocum similitudine na[illegible] error: & verum est pedem dextrum quo n[illegible] attingere caput Arctophylacis, & baculum, sine κολλαύροπα. Sed hæc nostra somnia.

Clara Ariadnae.] Vulgati.

Clara Ariadnaa propius stans signa corona.

Manilius:

Clara Ariadnea fulgent monimenta corona.

Terga nitens.] Vulgati.

Terga

Terga nitet stellis à qua se vertice tollit.

Versum sequentem ita exprimit Basileensis.

Succiduis genibus lapsum, & miserabile.

Vides deficere vocem vltimam. eius loco posteriores editiones *monstrum* habent. Egregios verò homines, qui quod deest in auctoribus suopte ingenio supplent, & pro genuinis venditant. Et quænam ratio est cur Engonasi *monstrum* vocetur. Vera itaque Manuscripti lectio, quàm nos secuti sumus. Quod si mihi credas, imò ipsi Arato, hos versus ita restitues, commistis lectionibus:

Clara Ariadnea qua stat sacra signa Corona,
(Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.
Terga nitent stellis at qua se vertice tollit,
Succiduis genibus lapsum, & miserabile sidus,
Hac Ophiuchus erit.

Coniungenda hæc cum superioribus, vbi de Nixo locutus est. Iouenies illa Aratea

Νώτῳ μὲν κείνου παρελίσσεται, αὐτὰρ ὁ κ' ἄκρῳ,
Σκέπτεο πὰρ κεφαλῇ κεφαλὴν Ὀφιούχεος. ——

Omnino desideratur illa Parenthesis, & notandum est Germanicum dicere *illi*, tanquam si non Ariadneam coronam, sed Ariadnæ dixisset, κατ' ἰδιωματισμόν. Germanum est illud Ouidij:

Denique Cæsareo, quod non desiderat ipse,
Non caret è nostris vllus honore liber.

Caput ante nitendo.] MS. *notabilis* refert sed versus non patitur. Lege:

———— longè caput antè notabis,
Et vastos humeros. ——

Notabis ἐπιφράσσαιο Arati.

Illis languet honos.] Ita MS. Vulgati.

Illis languet honos humeris, manus integer ardor.

Distingue hoc modo, & lege:

Illis languet honos. humeris manet integer ardor,

Luna etiam pleno m. c. d. o.

Illis nempe *membris.*

Luna etiam.] ita MS. nisi quod pro *mensem* habeat *mense*. Vulgati transpositis vocibus:

Luna etiam mensem cum pleno diuidit orbe.

Nouem versibus sequentibus veram lectionem retulimus: audi falsas. versus quartus in Manuscripto deest. In quinto Manuscriptus habet *per leuum*: In sexto *ad lauam distant ea.* In nono Manuscriptus *crinata*, pro *crinita* habet. Vulgati *lucet*, pro *fulget*.

Est impar manibus pondus.] Verum hoc, sed non intellexit Arateum ἀτὰρ χέρες οὐ μάλα ἴσαι.

Ad quam.] Ita hos duos concipiunt vulgati: Manuscriptus ita:

Ad qua se dorso sinuabit lubricus anguis,
Insigni calum per eundem lumine Chela.

Lege:

At quà se dorso sinuabit lubricus anguis,
Insigni calum perfundent lumine Chela.

Aratus

Νειόθι δὲ σπείρης μεγάλας ἐπιμαίεο χηλάς.

Insigni autem hic noua significatione sumitur pro ἀστέρι. Nam Chelæ teste Arato sunt φαέων ἐπιδευεῖς.

Ipsam.] Ita MS. Vulgati *Inde* habent. Manuscriptus pro *baculo* malè habet *iaculo*. *Baculus*, vt alibi notauimus est ὁ καλαῦροψ.

Se velle Arctophylax.] Ita vulgati. MS.

Siue ille Arctophylax, seu Bacchio munere casus.
Icarus ereptam pensabit sidere vitam.

Legendum omnino:

Siue ille Arctophylax, seu Bacchi ob munera casus
Icarus ereptam pensauet sidere vitam.

Ait casum ob Bacchi munera Icarum, ita enim appellant Tibullus, & Propertius. Tibullus:

—— cunctis Baccho iucundior hospes
Icarus, vt puro testantur sidera cælo.

Propertius:

Icare Cecropiis meritò iugulate colonis.

Græci plerunque Icarium nominant: vt & Eratosthenes, cuius versum citat Hyginus. Cæterum optime Germanicum explicat Orpheus cuius fragmentum antiquissimum & luculentissimum in medium adducam:

Ἀστραίη κούρη δὲ πέλει πρὸς ἅπασι φέριστη
Σπέρματι, καὶ δὲ φυτοῖσιν ἐναίσιμος ἔστι βόθροισι
Βάλλειν ἔρνεα κάλα, τάπερ δρυὸς ἄγχι λίγοιτο.
Οἴνας δ' ἐξαλέασθ' ἐπεὶ ἀστυγέει περὶ ἄλλα.
Ἰκαρίου κούρη λίπουσ', καὶ ἀδελφεὰς οἴνας,
Μνωομένη ὅσσα λυγρὰ Διωνύσοιο ἕκητι
Ἀνδράσιν μήσατο. μέθῃ δεδμημένοι αἰνῇ
Ἰκαρίον καί μιν σφαλεροῖς κορύνῃσι δάιξαν,
Σφαλλόμενοι δώροισι χορευμανέοιο Λυαίου.

Hoc est:

Omnibus Astræa est lõgè placidissima Virgo
Seminiis, plantis quoq. nõ incõmoda suadet
Germina præruptis leuiter circundare fossis.
Sed fugias vites: nã durũ antè omnia prælum
Icarij soboles, & vites odit amaras.
Nempe memor quantum sceleris (culpa ista Lycei est)
Ausa fuit vino domita Attica turba virorum,
Viticomi decepta insano munere Bacchi.

In vltimo versu Λυαίου pro βάκχου restitui, quod ex Glossemate natum erat, repugnante versu. Versus sunt elegantissimi, & non abs re allati, nam præterquam quod fabulam eandem tangit, δώροισι λυαίου illis idem est, quod Germanici *ob munera Bacchi*.

Virginis.] Versus hic deest in vulgatis, vt sequens in Manuscripto, cum vterque sit necessarius.

Vocem.] Malè vulgati *vocant*.

Ascaso minus cursu.] Malè MS. *curru.* Ait se velle ἀπομνημονεύειν facere in fabulam Astrææ.

Regeret.] Malè MS. *regeret.*

Seu genus Astrei.] Hoc ex Moreliana officina est. Nam antea legebatur. *Sine illi Astra genus fuerit:* male, sed vero propius. Manuscriptus habet. *Sine illa Astrai genus est.* Atqui præcessit:

Teq; tuumq; canam terris venerabile numen.

Et sequitur: *Ortus fama tui.* Et quanquam infrà faciat ἀποστροφὴν in tertiam personam, in vna tamen eademque Periodo hoc non est tolerabile. Fortè legendum, *Sine illa Astrai genus es:* hoc est: *sine tu illa es Astraa, Astrai filia.*

Seu verò.] Lege cum MS. *vera.*

Subire.] male MS. *subiret.*

Sine crimine dina, Penatis.] Malè vulgati.

Et puros mores sine crimine, dina,

Vulgus in omnes.] Vulgati.

—— in omnem

Formabas vita sinceris artibus vsum.

Lege cum Manuscripto, si placet, sed pro *sinceros* substitue *sinceris*, vt in vulgatis.

Discordia nota.] Malè alij *nata.* *Nota* citat Lactantius de Iustitia lib. v. cap. v. Aratus:

Οὔπω λευγαλέου τότε νείκεος ἠπίσταντο

Spes procul amotas.] Distingue & emenda:

—— Neque per dubios auidissima ventos

Spes, procul amotas fabricata naue petebas

Diuitias.

Ita demum constat sententia.

Terminus agri.] Ita Auienus:

Nullus Tellure limes datus, indito nullo

Culta secabātur, neq; iam discretio campum

Metiri in dominos monstrauerat.

Et Cicero, cuius versus nulli hactenus annotati, qui sunt apud Lactantium:

Ne signare quidē, aut partiri limite campum

Fas erat, in medium quærebant.

Cùm itaque omnes Latini agnoscant, sequitur versum vnum apud Aratum desiderari, aut potius ἀκρίσιαν apud Aratum interpretatos esse, non disceptationem, sed discretionem, vt nominat Auienus, & vt cum Iurisconsultis loquar, communi diuidundo iudicium.

Demiau.] malè MS. *demiaus.*

Tristisque.] MS. *tristesq;.* Versus hic corruptus, legendum puto:

— Tristiq; genas abscendita vitta.

Suprà habuimus: *pensauit maacre ripam* positum pro *pensauit sidere vitam.* Vt ibi *ripam* pro *vitam* positum, ita hic *ripa* pro *vitta*: inter quæ literæ tantum repetitæ est differentia.

Nullusq; Larem.] Malè hic deest copula enclitica in Manuscripto, vt & versu sequenti. Habet enim *Nullius Larem* & *catus notauit.*

Degeneres semper.] Malè Vulgati.

Degeneres quæ habuit, s. q. h. ω.

Facit huc præter Aratum, illud Horatianum:

Ætas parentum peior auis, tulit

Nos nequiores, mox daturos

Progeniem vitiosiorem.

Quid me.] Ita MS. Vulgati:

Quid me nunc habitus super, & mala vota

vocatis?

Manuscripti lectio proba: Sed *precatis* Latinum non est. Dubito an non *precatu* legendum. Festus:

Procas dicebant, pro poscere.

Tradam] malè Vulgati *tradat.*

Abit.] male deest hæc vox MS.

Demersa.] male MS. *demensa* Contrarium errorem in Auieno notaui. Post hunc versum sequebatur in vulgatis alius talis:

Quisq. priora tenet vestigia, quisq. secunda.

qui versus ex eo qui infra sequitur perperam repetitus, ideoque vti in MS. deest, ita & à nobis deletus.

Deseruit properè.] malè MS. *propriè.* Citat hunc versum Lactantius.

Et cals.] Si mihi persuadere possim Germanicum voce paululum antiquiore vsum non dubitarem hic lege e . *Em cals sortita locum.* Festus: *Em pro enim, ab eo quod est Is.* Sensus tale quid postulat. & forte hoc ipsum

Tardus in occasum.] *in occasu* MS. Homerus nominat ὀψὲ δύοντα Βοώτην. Et Musæus cuius locus etiamnum in mendo; ait enim:

Καί μιν ὀπιπεύων, οὐκ ὀψέποτε δύντα Βοώτην,

Οὐ θρασὺν ὠρίωνα, καὶ ἄβροχον ὁλκὸν ἀμάξης

Πατρίδος ἀντιπόρευε ποτὶ γλυκὺν ὅρμον ἱκέσθαι

Legendum: οὐκ ὀψὲ δύοντα Βοώτην. Vt sit sensus:

Nempe illum aspiciens, non tardum mergere ponto

Arcturū, Hyriadéave, aut sicci sidera Plaustri,

Opposita vt possim stationem attingere terræ.

Catullus in Coma Berenices:

Virginis, & saui contingens namque Leonis

Lumina Calysto iuncta Lycaonia

Vertor in occasum tardum dux antè Booten,

Qui vix serò alto mergitur Oceano.

Præstantis.] Malè MS. *præstantis.*

Heliceen ignis.] Malè vulgati insertā copula *Heliceng;.*

Quisq;.] Quinque hi versus in Manuscripti ἀρχετύπῳ desunt: sed in ea descriptione quæ litera recentiori facta est deest versus secundus legiturq;ue perperam in primo versu bis *quisq;* pro quique, & tertio versu *qua* malè pro *qua*, quinto *ignoti* benè pro *ignota* aut *ignotis* vt alij.

Quique priora.] Non intellexit Aratum: Nam ille tres tantum stellas refert, hic quinque. Ait Aratus:

Οἷος ἐοὶ περὶ πόδεσσι φέρει] πολλός τε μέγας τε,
Εἰς μὲν ὑπωκρίαν, εἰ δ' ἐξόπισθε φυλάσσεται,
Ἄλλος δ' ὑγρίεις ὑπὸ γούνατι.

Quos versus optimè interpretatur Auienus eleganter à nobis emendatus:

Quæ sunt prima fera vestigia, præminet ignis:
Altera quà pedibus regio est cinnalibus, ardet
Stella itidem, genibusque dehinc se tertia promit.

Nanque.] Præcessit verbum *ignis*. Itaque hi versus ita legendi

Nanque alij, quibus expletū, ceruixque caputque,
Vatibus ignoti priscis sine honore feruntur.

At Capiti suberunt.] Hæc Geminorum, & Cancri descriptio nimis arcta visa est librariis, & pictoribus: itaque quod ridiculum est, quædam ex Festo Auieno deprompta hic inseruerunt: hoc pacto:

At capiti suberāt Gemini, prolemque Tenantis
Egregiā, & propriè post reddita numina calet
Nam Lacedamonius eam Mart caluisset Aphidnus,
Protinus alterna germanos tempora vita
Iupiter attollit, caloque in celso receptans,
Æterna flagrare faces iubet ignibus ambos:
Quæ media est Helice, subiectum respice Cancrum,
Quà posterior pes, & duro concaua dorso
Tegmina caruantur, geminas micat ardor in auras
Forma soles: dispar chelarū flamma coruscat
Nanque tribus stellis adolatur dextera Cancro.
Læua duas pigro succendit fomite flammas.

Vide, & ride. Præter alios errores versus multi qui in Auieno sunt desiderantur mutilā sententiā. Sed de his ad Auienum

Horrentesque iubas] malè MS. *Ora, horrentesque* quod ex similitudine literarum & soni natum.

Iam tum] *tunc* vulgati.

Tunc lympha.] MS. *Hinc Nympha*, quod non contemnendum.

Et densas latus.] malè MS. *latas* & *condate*

Ne mihi tunc.] MS. *tum* Vulgati malè pro *vada cærula* habent *vaga cærula*.

Dum potius.] Manuscriptus.

Nec potius ventis excusso vela radente,
Excipiansque sinus Zephyris spirantibus auras:

Sed legendum mistis lectionibus:

Dum potius ventis excusso vela rudente,
Excipiamque sinu Z. sp. auras.

Ita Virgilius;

——— *excussosque iubet laxare rudentes.*

Per *rudentem* intelligunt eam qua antenna ad malum constringitur *Anquina*. Cinnæ:

Atque anquina regit stabilem fortissima cursum.

Siue Atthide terra.] Quantum hic abscedit vulgata illa & deprauata lectio: *siue inclyta forma?* Et benè *Atthide terrā natus* quia ibi & Panathenæa instituisse, & templum arcemque ædificasse dicitur.

Qui primus] Non probo vulgatam *qui currus*. Virgilius:

Primus Erichthonius currus & quatuor ausus
Iungere equos.

Sic nullis curru.] Ita MS. Vulgati:

Sic nulli cursus, sic ruptis maestus habenis.

Alludit ad nomen ἡνίοχος hoc est Habenifer, quem & Arabes eadem significatione

ما سكت العنان

appellāt, vt monuit etiā Scaliger.

Ipso ingens.] Ita MS. nisi quod pro *abit* habeat *adit*. Vulgati habent *transuersas abit lanam* Fortè:

Ipse ingens trāsuersus adit lanā Geminorum.

Si *trauersus* malis, non pugnabo. *Transuersum*, siue *trauersum* dixit, quod Aratus πλαγίος. Illud quoque *ingens* non temerè positum, nam & Aratus habet μέγας.

Gratum testatur.] Malè vulgati *te gestat*. Manuscripto consentit Lactantius diligens vt videtur. & videri voluit Germanici lector: quem vide lib. 1 de Falsā Relig. cap. 21.

Hanc Auriga] Ita vulgati. Manuscriptus.

Hanc Auriga humero portans, in manibus hados.

Contrà versum, nisi dicas *humeris* & *immanibus* legendum, quod non puto: itaque ncllis lectionibus conicio?.

Hanc Auriga humero portans gerit, at manu hados.

Vbi illos.] Ita MS. optimè. Vulgati *in vndis* nulla similitudine aut veritate: altero versu pessimè MS. *ad semel hadis*. Nos mistis lectionibus locum hunc pristino nitori restituimus.

Ore minaci.] *igne minaci* Vulgati. In Arateis Notis diximus, Germanicum πετραῖον minacem interpretari, vt & alij in aliis auctoribus, quod ccrtissimum.

Quem libet.] Audi vulgatam lectionem, & mirare;

Quem Liber ignarum cæli formando docebat.

Sed quia non Taurum alloquitur, sed de Tauro loquitur, paululum à MS. recedentes legendū ducimus:

Quamlibet ignarū cæli, sua forma docebit,
Et caput, & patula nares, & cornua Tauri.

Sensus est clarissimus, Forma Tauri, & nares, & caput, etiam astrorum ignarum docere possunt, quia non opus habet aliis astris à quibus designetur. Scholiastes Arati: οἱ γὰρ ἀστέρες αὐτοῦ βύκερως ἀληθῶς διαχαράττουσι, καὶ διὰ τοῦτο γνώριμοι, ὥστε τὸν ἀγνοοῦντα περὶ τὸν οὐρανὸν διόψεσθαι, ὡς ὁ ποιητὴς ἂν ὑπ' αὐτῶν διεγνωκέναι.

ous]. Hoc est: *Stellæ enim illius disertè caput bubulum exprimunt, ideoq́ sunt cognitu faciles, neque vicinas alias ad indagationem requirente, quemadmodum Aries obscurior per alia sidera reperitur.* Aratus ipse.

—Τὰ δ' οἱ μάλ' ἐοικότα (κεῖται).
Τοῖον οἱ κεφαλὴ διακέκριται), οὐδέ κεν ἄλλῳ
Σήματι τεκμήραιο κάρη βοὸς οἷά μιν αὐτὰ
Ἀστέρες ἀμφοτέρωθεν ἑλισσόμενοι τυπόωσι.

Eleganter Auienus:

—— *Proprio Taurum deprenderis ore.*

Neque obstat quod Grammatici dicant *suum* non nisi cum reciprocatione poni, cum similiter & Virgilius dixerit

Nanq; sua antiqua patria cinis altus habebat.

Et similes locos in Manilio suo obseruauit Scaliger, vir, verè dicam, non πολυίστωρ sed πανίστωρ.

Qua torans.] Manuscripti lectio ista, nisi quod *hac* pro *has* ex vulgatis subsistui. Vulgati pessime habent:

Fronte micant Hyades, qua cornua flamma sinistri
Summa tenet. sub hac eadem vestigia dextra
Auriga, mediaque ligant compagine diuet.

Nullo sensu, aut metro. Tu lege, & distingue:

Fronte micant Hyades. qua cornus flamma sinistri
Summa tenet, subit hac eadē vestigia dextra
Auriga, mediaq́ ligat compagine binet.

Sensus est. Vna eademque stella tenet apicem cornu sinistri, & pedem dextrum Aurigæ. Aratus: ——— Λαιὸν δὲ κεράατος ἄκρον,

Καὶ πόδα δεξιτερὸν παρακείμενον ἡνιόχοιο
Εἷς ἀστὴρ ἐπέχει.

Auienus ita refert:

Vna pedem Auriga dextrū, cornuq́ sinistrum
Stella tenet pecoris:

Cornus substitui iubente Manuscripto: Martianus Capella: *Quamuis ergo dissimilia sint* Senatus, & exercitus, *tamen sic* genus & cornus, *in genitiuo dicendum est, quemadmodum* Senatus, & exercitus. In vltimo versu pro *diues*, *binas* substitui, commodiore sensu. Possit tamen *diues* retineri, si Iouem & Erichthonium intelligamus.

Cum Piscibus.] Falsum hoc, & Arato intactum. Lege cum Manuscripto:

Myrtilus exoritur summo cùm fluctibus ore
Totus cum Tauro lucet: rata Oceano Bos
Antè super terras cùm fulget Myrtilus ore,

Expressit illud Arateum ὁμηλυσίη ἐκ ἀνιόντων. Male tamen versu altero MS. *tutus* pro *totus* habet.

Quia.] malè MS. *quà*: Aratus· ἐπεὶ Διὸς ἐγγύθεν ἦεν. Malè quoque *breue* pro *breuem*.

Diducto passu.] malè vulgat *passim.*

Tantumdem.] male MS. *Tantumq́.* Sed locus hic totus à vitio scripturæ distinctionibusque corruptissimus. Puto me veram lectionem inuenisse. Ea hæc est:

—— *quantum latus à pede dextro*
Cepheos extremam tangit Cynosurida caudā,
Tantundē ab laua disterminat: vtraq; inagit
Regula Cepheos vestigia: baltheus ambit
Qua latus, ac flexum sinuosi respicit anguis,
Cassiepea virum residet sublimis ad ipsum

Versus sunt præclarissimi. *Latus* Germanico est στάθμη, *Regula*, *Linea*. Ita alibi.

In sex signiferum si quis diuiserit orbem
Æquales partes succumbet regula binis
Inferior signis, spatiumq; tenebit
Vna. sui lateris quantum à Tellure recedit.

Ita enim versus illos corruptissimos emendandos docebimus. Vides latus nihil aliud quàm lineam rectam: ita apud Eucliden τρίπλευρα μὲν τὰ ὑπὸ τριῶν· τετράπλευρα δὲ, τὰ ὑπὸ τεσσάρων· πολύπλευρα δὲ, τὰ ὑπὸ πλειόνων, ἢ τεσσάρων εὐθειῶν περιεχόμενα. Hoc est, *Trilatera figura quas tres· quadrilatera, quas quatuor, Multilatera, quas plures, quàm quatuor rectæ lineæ ambiunt.* Deinde emendaui pro *Cepheus*, *Cepheos*, & pro *distat minor*, reposui *disterminat*, pro *adflexum*, *ac flexum.* quæ omnia non puto eos improbaturos qui ista Arati perpenderint.

Ἴση οἱ στάθμη τέταται ποδὸς ἐξ οὐρῆς,
Εἰς πόδας ἀμφοτέρους, ὅσση ποδὸς ἐς πόδα τείνει.
Αὐτὰρ ἀπὸ ζώνης ὀλίγον κε μεταβλέψειας,
Πρώτης ἱέμενος καμπῆς μεγάλοιο δράκοντος.
Τῆς δ' ἄρα, &c.

Notandum etiam vno loco Germanicum ad morem communis Græcorum linguæ κηφέος dixisse, altero ad morem Ionum κηφῆος.

Clara etiam pernox. MS habet.

Clara etiam nox cum stellas Luna refulsit·

Legendum fortè:

Clara, etiam pernox cū stellas Luna reuulsit.

Hoc sine dubio voluit Germanicus, Cassiepeam etiam plenilunio lucere: nam subiungit aduersatiuam, *Sed breuis.* Atqui pugnat Aratus·

Τῆς δ' ἄρα δαιμονίη προκυλίνδεται οὐ μάλα πολλὴ
Νυκτὶ φαινομένη παμμήνιδι Κασσιέπεια.
Οὐ γάρ μιν πολλοί, &c.

Ad verbum Auienus·

Infortunatam spectabis Cassiepeam.
Sed nec multa tamen, cùm cælum lumine toto
Luna replet· &c.

Sed legerit in Arato ita Germanicus

Τῆς δ' ἄρα δαιμονίη προκυλίνδεται ἢ μάλα πολλὴ,
Νυκτὶ φαινομένη παμμήνιδι Κασσιέπεια.
Οἱ δ' ἄρ μιν πολλοί &c.

Hoc est.

Non procul infelix cæli rapido orbe rotatur
Cassiepea

Cassiepea, nitens plana quoque lumine Luna,
Sed breuius, &c.

Constat igitur hoc pacto Germanici sententia.

Sed breuis.] male MS. *Est* tran[s]positis literis. Male etiam eodem versu copulam omittit, quæ ad sententiam, & versum necessaria.

Qualis ferratos.] Lectio hæc Manuscripti tolerari potest. Vulgati habent:

Quales ferratos subicit clauicula dentes,
Succutit, & foribus producit vincula claustri.

Vnde Scaliger fecit.

Qualis ferratos vbicis clauicula dentes
Succutit, & foribus reddncit vincula claustri.

Vbicis pro *obicis* scriptum putans, & *reducit* prima producta Lucr[et]iano more dici. Sed quia Auienus [c]lau[i] comparat, & hoc ipsum in Arato vnius [l]iterulæ mutatio[n]e [c]e, vt mihi diximus) potest ob[ti]neri, malim ita legi vt nos posuimus ex Ma[n]uscri[pti] fide, aut [a]liquid mutandum, hoc modo.

Qualis ferratos obici clauicula dentes
Succutit, & foribus producit vincula claustri.

Nihil enim opus *vbici* scribere, cum MS. non *subicit*, sed *obicit* referat. Et alias quoque *subici* eadem forma, qua *obici* dici posse videtur, quod verbum E[n]nio quoque vsi[ta]tum. Mirandum autem non est si se[cu]nda syllaba in *clauicula* producitur, quæ regulariter corripi debuerat, cùm simi[l]ia verba apud Poetas, vt *cuticula*, & *Canicula* simili modo efferri videamus.

Dispositia est] Ita bene MS. *διάκειται*. Malè vulgati *dispositis*. Malè sequenti versu MS. *si* pro *sic*.

Meritam.] Ita MS. Vulgati *merita*. Vtrunque tolerari potest: hoc vt dicamus *immitia piacula merita matris*. illud vt dicamus. *immeritam piacula iusta matris*. Sed prius venustius.

Andromede.] male MS. *Andromedam.*

Cernere posse.] Ita MS. Vulgati *non dum*, ex quo, commodo sensu *quanquam* p[o]ssis facere. Sed Manuscripti lectio vera: *Posse licet* pro *licet* simpliciter. ita Manilius *potuit generare* pro *generauit*. Et sæpe talem phrasin obseruaui apud Martianum Capellam nuperrimè a me editum.

Emicat.] malè MS. *micat.*

Candet nitor.] Ita hi versus benè concepti in MS. Alioter in vulgatis, in quo quædam errata, & etiam *ἀδιάφορα*.

Hic magnus humeris candens nitet, ac media ambit,
Hinc subflricta fulget quâ Zonula pallâ.

Pone.] malè MS. *pone.*

Districtaque.] Vulgati *districtâque*. Est *ἀδιάφορον*.

Seu[..] *seu magni* Vulgati. Et hoc *ἀδιάφορον*.

Robore.] male MS. *robora.*

Andromeda capiti.] Versus hic deerat in vulgatis, & sequens hoc pacto erat deprauatus.

Andromeda verò radiat quæ stella sub ipsa

Nos ex Manuscripto suppleuimus & emendauimus.

Aluo fulget equi:] malè vulgati:

Aluo fulget equus. tres armo, sed l. a.

Manuscripta lectio hic mihi verat.

Ast ceruix.] Vulgati *Et*. Tu elige.

Sed quia ferus ore lupato.] male MS.

Spumanti mandit seq, ferus ore lupato.

Sed legendum *ἀναμφισβητήτως*.

Spumanti mandit sed quâ ferus ore lupata.

Affine illud Maronianum.

Stat sonipes, & frena ferox spumãtia mandit.

Ex quo hoc adumbratum.

Et capito & longâ.] MS *Et capiti τῷ χαίνοντι & longâ* vere Aratus *ὑδ' ὅν χλω, δολιχὸς τὸ ἔλεν.* Et Homero scimus laudari *ἐρισυχένας ἵππους* hoc est *longiceruicos equos*, vt & nos ad Pacuuianum morem nouum verbum fingamus.

Stella nitens armis] Ita benè vulgati. malè MS *Stella nitent armi.*

Primo prastat equum.] Vulgati. *Primo prastat equo.* Ego ex Manuscripti lectione hoc cuderem: *Primum praestat equum.* pro eo quod est *Principium equi, siue primas partes ostendit.* Possis etiam legere: *Primum restat equi.* Pro *rupta.* quod est in Manuscripto, vulgati *rapta* habent, quod tamen non improbandum.

Destituunt visus: rudes.] Ita MS. Non malè. *Rude* enim opus Græci vocant *ἀμυδρὸς*. Equus autem *ἀμυδρὸς*, vt & Aratus nominat. Vulgati habent:

— *m. r. o. membra*
Destituunt, visus radiis hinc surgit imago
Gorgoneis hinc proles, &c.

Possis legere:

— *medio rapta ordine membra*
Destituunt visus radios: hinc surgit imago.
Gorgonea hic proles, &c.

Partes illæ siue stellæ quæ non sunt, sed ex fabula esse finguntur, dictæ sunt à veteribus cerni non posse ob oculorum defectum. Ita de septima Pleiade Germanicus:

——— *sed carpitur vna,*
Deficiente oculo distinguere corpora parua.

Simile hic in equi posterioribus. Sed v[e]ram lectionem reuniens oportet *inde* vel *hinc* interpretari pro *ab his partibus*, vt apud Plautum & alios *Vnde* pro *à quo*.

Hic proles.] Ita MS. malè vulgati *hinc*. Male MS. & ridiculè *imperio*, pro *in Pierio*.

Decurreret.] Melior hæc vulgati lectio, quàm illa Manuscripti, *discurreret.*

Hippocrenen.] MS. *Hippocrenes.* Plautus: *nomen Mercury est mihi*: Horatius: *cognomen Pinguis damus.*

Fontes nomen habens.] Ita vulgati. MS. *Fontis nomen habet*, quod fortè tolerari possit, si quidem fatemur ita veteres recto casu extulisse, præsertim, cum & Varro dicat *à ponte* nominatiuum *pontis* analogicum magis esse quàm *pons*. Sed puto transpositis literis scriptum. *Fons it nomen habet* pro *id*, vt sæpe *set* pro *sed*, *at* pro *ad*. & contra in hoc MS. inuenitur: quod & verum puto.

Currens.] Versus hos quinque deprauatissimè referunt vulgati hoc pacto.

Inde subest Aries qui longè maxima terrens
Orbis, & ad finem spacius non tardior horam
Peruenit & quādo grauiore Lycaonis Arctos
Axem vel tutor, quem tanto gratior ille
Distantes cernis properat contingere metas.

Quis hic sensus, & vt esset, quis similis illis Arateis:

Αὐτῦ καὶ κριοῖο θοώτατοί εἰσι κέλευθοι,
Ὅς ῥά τε καὶ μήκιστα διωκόμενος περὶ κύκλα,
Οὐδὲν ἀφαυρότερον τρέχει ἤπερ κυνόσουρος
ἄρκτος.

hoc est interprete Auieno.

Tunc celer ille Aries, longi qui limitis orbe
Æthera percurrens, nunquam Cynosuridos
Vrsa
Segnior ab lapsu conuertitur.

Manuscripti Lectio ferme [illegible] er su secundo *Vrsa* pro *Vrsa*, & versu tertio [illegible] beat *breuior Helicaonis*, quare nos in textu [illegible] vulgatam *grauiore Lycaonis* posuimus Sed facillimè error ille tolleretur si legamus *Breuiore Lycaonis Arctos.* Versu vltimo pro *cernis* legendum *cursu*. Itaque his commutatis, cæterisque lectionibus ex MS. desumptis, distinctionibus ex nobis, ita hi versus sunt restituendi.

Inde subest Aries qui longè maxima currens
Orbe [illegible], ad [illegible]nem non tardius Vrsâ
Peruenit, & quanto [illegible] reuiore Lycaonis Ar[illegible]os
Axem a[illegible] torquet, tanto [illegible]
Distantes cursu properat contingere metas.

Confer hæc cum vulgatis, & mirare [illegible] rorum impudentiam qui tam pro[illegible] ausi re[illegible] dere a veræ scripturæ vestigiis, vt auctor nihil minus quam quod dicit dicere videatur. Imò verò nihil.

Clara nec est ille.] Paulò deterius vulgati *Clarave non ille est facies.*

Officiat si Luna.] Hæc rectè in vulgatis: malè in MS.

Efficiat, si Luna suâ virtute niteret.

Ait Aratus:

Αὐτὸς μὲν νωθὴς, καὶ ἀνάστερος οἷα σελήνῃ
Σκέψασθαι.

Exponit Scholiastes [illegible] φανερός. Quem sequitur Auienus.

— *nam quanti lumina astra*
Effoselent, at ita quibus aurea Luna retundit,

Mar[illegible] Lanigeri tantum se forma ab auras
Exerit, in tenues quanquam primordia Phœbe
Orbe habeant, nullum [illegible] decus Dea profe-
rat ore.

Germanicus aliter intel[illegible] [illegible] nanque Aratum dicere, Arietem [illegible] tantum lucere non posse, cum Auienus idem in Nouilunio esse arbitrar Itaque [illegible] non vt Auienus, & Scholiastes, pro *quemadmodum*, sed pro *vtpote* cep[illegible] videtur.

Sed quærendus.] male MS. *quærendum.*

Andromeda.] malè deest hic versus in vulgatis.

Vt Chela, candens.] MS. habet.

Vt Chela candens vt Baltheus Orionis.

Vulgati

Vt Chela candens, aut Baltheus Orionis.

Itaque aut vulgata lectione retenta, distinctio mutanda, vti [illegible] fecimus, aut legendum *vt Chela candens*, nam etiam singulari numero χηλὴν dicimus. Secundo loco vtrum [illegible] *aut* an *vt* legas parum refert.

Motu.] Vulgati *signo* quod non improbo: Locus autem [illegible] difficilis est intellectu. Hoc enim dicere velle videtur. Non tantum ex Zona Andromedæ, aut Chelis, & Orione, sed & ex signo aliquanto propiore [illegible] Arietem videbis [illegible] cognosce. Quare [illegible] forte aliquis Germanicum [illegible] cum [illegible] interiecta [illegible] al *Mederga* & *Tederga* ex[illegible] Sed [illegible] nimis obsoletum. Dicat [illegible] *Crium*, quod Græcè Arietem sonat, legendum, sed eius vocis prima producitur. Itaque necesse est, Platonico more, Deos interpretari stellas, qua ratione potuit & supra Aurigam, & Taurum diuos dixisse. Aut Deum interpretatur Arietem, quia erat Neptuni filius, vt in fabulis legimus, vt Erichthonius, quem diuum nominare videtur Palladius.

Donum hoc spectabile Nili.] Deltoton Ægyptius est, vt explicat Anonymus Germanici, vt eum appellant Commentator & Hyginus. Ægyptus autem Nili donum. Ita enim Manilius:

Et Libyam, Ægyptique latus, donataque rura.

Et ante eum Herodotus [illegible]. Vn[illegible] [illegible] versu altero *generatum* cum MS legendum, nam *veneratum* quod in vulgatis est [illegible]us est preu[illegible] S[illegible] *annectabis* cum Manuscripto, an verò *notarit* legas parum refert.

Æquata duorum] malè MS. *Deorum.*

Hunc Aries.] malè MS. *Huic.* L[illegible] autem hi versus, & distinguendi

Hunc Aries iuxta: medi[illegible] Deltoton habebis
Inter Lanigeri tergū & [illegible] mallam.
Hunc vltra gemini P[illegible]

Aries [illegible] tertium [illegible] Deltoton medium situm est, inter [illegible]em, & Andromedam; Vltrà cùm P[illegible] Male itaque More tur

Alspea

Aldina lectione reiecta bis *hinc* pro *hunc* substituit.

In Austros.] Vulgati *Austrum.*

Nodum stella premit.] Ita nos di[illegible]: antea perperam legebatur:

Nodum stella premis Piscis qua respicit auras
Threicias.

Nullo sensu.

Cernunt [illegible]. MS. *cernantur.* Lege *cernetur* Male etiam MS pro *vlnam* [illegible]. Quod autem ea *dexteram vlnam* c[illegible] *[illegible]tram* poni debu[illegible] mag[illegible] est [illegible] quam [illegible]brar[illegible].

Subter [illegible] *edem.*] H[illegible] tres versus, antea desiderat[illegible] [illegible]nuscripto sunt in erti. *Deuotam* [illegible]*rginem* [illegible] A[illegible]medam, qua forma V[illegible]g[illegible] ex[illegible] *post deuota futura*

Vbique micat [illegible] m[illegible] v[illegible]g[illegible] *&* [illegible].

Dextera [illegible]*ublata* [illegible] a M[illegible]u[illegible] n[illegible] quod pro *Cassiepeam* [illegible] *Ca*[illegible]*a.* V[illegible]gatus ita.

Dextra, sublata, sinis [illegible] *p*[illegible] *[illegible]siepeam.*

Potest [illegible] à nobis [illegible], si Aratum sequimur, mutan[illegible] pau[illegible]m & transponendæ literæ, hoc pacto

De[illegible]*ra sublata f*[illegible]*um* [illegible] *Cassiepea*

ait enim [illegible]

Καὶ οἱ δεξιτερῇ [illegible] *πεπταμένη*
Πεφάνθαι δίφροιο.

Transfert Auienus:

Dextera marentis solium propè Cassiepea
Tenditur.

Findere plantis.] Ita MS. rectè. Malè vulgati *tangere palmis* Alatæ [illegible] Persei. Propert.

Non si Pegaseo vecteris in aëra dorso,
Nec tibi si Persei mouerit ala pedes.

Poplite sublano.] Versus hosce tres ex M[illegible]u[illegible]scr[illegible] suppleuimus: Distinguendum autem & legendum:

Poplite sub laeuo, Tauri certissima signa
Pleiades suberunt: breuis & locus occupat omnes:
Nec faciles cerni [illegible] *q. c. p.*

Non enim [illegible] Tauri poplite sunt Pleiades, sed Persei [illegible] Tauri signa sunt, vnde & apud Arabes à Tauri nomine *A*[illegible]*aur*[illegible]*a* siue *Athoraie* vt alij [illegible] vocantur. *Ath*[illegible]*or* enim

الثور Arabibus Taurum sonat, [illegible]uius nomen in omnibus prope linguis consonum inuenio.

Nomina sed cunctis.] [illegible] hæc, sed non ex mente Arati, Videtur [illegible] illos versus in animo habuisse

Οἱ μὲν [illegible] *Διὸς ἀγὴν*
[illegible] *ἀκουσθῇ.*

Ce[illegible] *Meropeq.*] Se[illegible]uti sumus M[illegible]u[illegible]scrip[illegible]em. Vulgati habent

Ele[illegible] *Al*[illegible]*oneq. Celanoq. Ta*[illegible]*eteq.*
Et ster[illegible] *Meropeq. simul, formosaq. Maia.*

Quæ ex Auieno desumpta, vbi tamen *famosaq.* legitur, & re[illegible]e. sequitur enim *Prole Dei* Manuscripti lectio vera, sed non perfecta. Itaque restitue

Electra, Alcyoneq. Celanoq. Meropeq.
Ac Sterope, & Taygete, & Maa parenti
Calisero genita.

More Græco Encliticam produxit, & [illegible] vocalem non elidit. Scriptura illa *Maa* quam ex Manuscripto proposui non aspernanda, [illegible] enim in omnibus fermè vocibus *αι* diphthongum in æ vertant Latini, pauculæ tantum sunt voces in quibus vtranque literam seruauerum, vt *Maia, Aiax*, quæ cur non ad exemplum [illegible]orum Latina diphthongo scribi possint [illegible] est ratio. *Genita* ex vulgatis scripsi, cum MS. pe[illegible] *genitas* referret, qui malè etiam *si vltro* habet pro *si verè.* S[illegible] om[illegible] P[illegible]

————*si verè Iupiter i*[illegible]*ans*
Vbera Cretæa mul[illegible]*t fidissima Capra.*

Non multis.] Ita MS. malè vulgati *multo.*

Præcipue sed honore.] Male deest hic versus in Ma[illegible]o. Se[illegible]ue[illegible]tes quoque duo perperam p[illegible]unt po[illegible]los, qui [illegible]à se[illegible]uuntur. *Plurimulum accepta* & *Deuictam effigiem.*

Ventus superimmineat auster.] MS. alieno, vti dix[illegible], loco, *æstas* refe[illegible]t, & sequentem versum ita concipit

At cum surgit hyems ponto fugienda peritis,

Versus autem hos ita legendos puto:

Cùm primum agricolam veniens superimminet æstas,
Et cùm surgit hyems ponto, fugienda peritis.

Alibi quoque *veniens*, [illegible] *ventus* mutatum est. Confer cum istis Ciceronis

Propterea quod & æstatis primordia clarat,
Et post hyberni præpandens temporis ortus,
Admonet, vt mandēt mortales semina terris,

Quorum versus primus corruptus in vulgatis.

Quin etiam.] Hi tres versus tam corrupti in Manuscripto leguntur: in quarto pro *tertis* vulg[illegible] ma[illegible] *Parthi* habent. Nos coniecimus hos versus ita legendos

Quin etiam Lyra Mercurio dilecta, Deorum
Prole a[illegible]*cepta, pro calo nitet, ante labore*
Deuictam effigiem. planta qua erecta sinistra.
Tēpora [illegible] *premit terte subiecta Draconis.*

De Lyra ab Mercurio inuenta habe[illegible] apud Mythologos. Eadem Argonautis accepta [illegible] quid[illegible] Orpheus [illegible] Lyram accepit, & ea celeusma ce[illegible] in Argo naui. Argonautas vocat Deorum [illegible], [illegible] Deorum natos vocat Valerius Fla[illegible] [illegible] primo. N[illegible] *nautis* quod ibi legitur [illegible]. *Pro calo* dixit vt ali[illegible]:

Argoüs ipsa [illegible] *lo referetur imago.*

Et sim[illegible]m significat [illegible] in Martiano Ca-

 pe-a

pella obseruauimus. Dicit hanc Lyram antè Engonasi locatam, & quidem ante pedem sinistrum, quo (vt antè ostendimus) Draconis premit tempora. Versus post hunc sequens huc non pertinet. Et vin' coniecturam audire elegantem? Ponendum hoc carmen litera vna mutata eo in loco vbi συνωναπτόμενα τοῖς χηλαῖς referuntur. Hoc modo:

Aries montes altissimos nubibus spargit grandinosis & niuosis. Atqui, dices, magna nimis differentia inter *nubes* & *Pisces* quod in Manuscripto legitur. Imò parua. Astronomi olim, vt & alij artium professores, nomina vsitatiora notis signabant talibus plerunque, vt aut primam tantum literam cum postrema, nonnunquam etiam cum mediarum aliqua referrent. Id ex variis Notis Iurisconsultorum, aliorumque est notissimum. Itaque Pisces ita notabant P̄S. Sed Astronomi Prognostici, vnà cum Meteorologicis nubes ita signabant N̄S. Sunt enim hæc vocabula sæpissime occurrentia: nam in iis quæ ab vsu sunt remota Notas imaginari est stultissimum. Hinc igitur natus error. Primæ verò vtriusque vocis literæ etiam suprà inter se cõmutationem passæ sunt, vbi pro *Pigra ministeria*, MS. habet *Nigra.*

Et ventos excitat Aries.] Legendum:

Taurus portat aquas, & ventos excitat acres.

Fulmina cum.] Ex repetitione vocis liquet Cæsarem *tunc* scripsisse. Sed ex eo natus error, quod ea litera quæ hanc vocem finire debuerat, sequentem inchoët. Lege itaque:

Fulmina tũc crebrè iaculatur Iupiter, & tunc
Intonat omissis violentior ignibus æther.

Cui pectora.] Forte *cum*. Leo erit siccus, sed tunc maximè, cum eà in parte spectatur vbi est pectus, & stella feruidissima, quæ βασιλίσκος appellatur.

Vix rere.] Hæc mutationibus, & literarum transpositionibus ita puto emendanda:

Lenius est Libræ signum: vix rorat in illo.
Scorpios assiduos cælo minitabitur ignes;
Lentior in pluuias veniet; magis arua quietas
Atque truces venti densa niue sæpè rigebunt.
Rara Sagittifero descendunt flumina terris.

Ægoceros

Ægoceros aliis parcit, sed frigora durat,
Venti rigebunt, vt infrà *Et rigor accedit ventis*. *Sagittifero*, vt suprà:

At Geminis leniter perstridunt cærula venti.

Ita enim nos restituimus, vbi M S. perperam habebat.

Ad geminis leniter perstridunt cærula venti. Sensus vltimi versus est Capricornum aliis omnibus, hoc est, imbribus, fulminibus, tonitruis, ventis parsurum: sed sola frigoris vehementia nociturum. Aliter autem dixit *frigora durat*, quàm infrà *niue mania durant*. Nam hic est ποιητικὸν, ibi præter vulgarem vsum παθητικὸν, cuius tamen significationis in hoc verbo exempla & alibi reperias.

Incumbit in cælum.] Versus bonus, phrasis optima, si legas *Imbribus incumbit cælum*. Cætera satis sunt emendata, si modo ita distinguas vti nos fecimus: nam in Manuscripto nullæ hic distinctiones.

Ætherium venit.] Incipit hoc Fragmentum de Stella Veneris à Tauro. Deest itaque de Ariete, vt diximus. Legendum verò puto:

Ætherium venit Taurũ super, imbribus atris,
Et tonitru, &c.

Nam de Tauro loqui certum est, cum sequantur Gemini.

Fons erit.] Lego: *—cum sidere Cancri*
Fulserit ardētis: tantum hoc nil sidere certum.

Eleganter. Dixit neque nubila diuturna fore, neque serenis credendum: Auram videlicet fore variam & instabilem. Subiungit, hoc vnum certum esse, nil certum putare. Simili Phrasi aliquis Fortunam in sola inconstantia constantem dixerit.

Flagrantis placide lucens.] Coniicio:

Flagrantis placidè lucis vis temperat annum,
Cum posuit sedem Nemeæ finibus Astri.

Temperat annum vt suprà *Temperat in Geminis annum.*

Nunc quoque.] Lego:

Tunc quoq. nulla fides cælo cũ Scorpion acrem
Stat super.

Multis de causis similia sunt signa, Cancer, & Scorpius, quare Germanicus similem tribuit effectum variantis auræ.

Tum Iupiter ignibus.] Corrigo:

Heu quãtis terras tũ Iupiter imbribus omnes
Obruet! heu glomerata cadet quàm densa per æthram
Immitis grando, cælum quàm sæpe sonabit!

Tria ait metuenda imbres, grandinẽ, tonitrua.

Singulaq; ignis] Elegans emendatio: *tendentis spicula signi*, τ̃ τοξότου.

Non flamina deerunt.] Hic distinguendum: Nam quod sequitur ad Capricornũ referẽdum.

Ignis] Fortè *Imbres*. Et quomodo gelidi ignes?

Concretaq; grando.] Hic finitur periodos. Deest versus vnus aut alter de Piscibus, qui propterea ab imperitis hominibus omissi, quia sequitur:

Piscibus à geminis sub prima recurrerit astra
Hesperus.

Hoc est: Venus à Piscibus regressum facit ad Arietem. Ita Beda cum primum numerasset diem Solis, post septimum subiungit:

Octauum instaurat reuolubilis orbita Solem.

Cum Lucifer ora.] Sensus est. Hæc signa sunt à Venere summo manè edita. Quæ iam sequuntur ad vesperam pertinent. Non dubium verò est quin eadem stella Veneris matutino tempore *Lucifer* dicatur, quæ vespertino *Hesperus*. Isidorus: *Fertur autem quod hæc stella oriens Luciferum, occidens Hesperum facit.* Ita enim legendum potius, quàm *Vesperum*. Quanquam & vulgata lectio tolerabilis si quidem Latinis *Vesper* ipsam quoque stellam denotat. Cæterum, *Lucifer ora* dixit, vt Tiberianus:

Aureos subducit ignes sudus ora Lucifer.

Sed neutrum rectè intelligo, dubitoque an non *luce priore* sit legendum, hoc est, *crepusculo matutino.*

Irradiauerit.] Puro *vt radiauerit.*

Tum stantia.] *instantia* malim, & versu sequenti.

Et cælo diri deiecti grandinis ictus.

Sed sensus adhuc mutilus. Deest itaque versus.

Vere magis nitido.] Coniicio.

Ver magis insidum Tauri cum sidere fulsit
Apparet: Geminis eadem inconstantia præsto est.

Liquet ex sequentibus.

Et modo te.] Sensus postulat:

Et modò cũ vento, gelido modò protinus imbre
Lucens, alternâ superabit nube serena.

Inconstantiam auræ denotat.

Sin leuis.] Nullus sensus, ni legas:

Si Venus ingressa est Sp. s. C.

Non nulli.] Lege:

——non vlli corpora Soles
Pestiferi incendunt, non sidera densa solutos
Astringunt artus alieno tempore:

Alieno tempore hoc est inimico, ἀλλοτρίῳ.

Ac rapidus.] Epithetum est vulgare, simili hic ratione positum, vt alibi *Æstatem rapidam* dixit. Quanquam *rabidi* epithetum vtroque loco restitui possit.

Efficient magni.] malim.

Efficiet, magni cum spectat signa Leonis.

Et sequenti versu pro *plerique* non immeritò aliquis substituerit *plenique*.

Detrahit autumno.] Nullus sensus in hisce versibus: quare hæc mutanda. Quid si hoc modo?

Attrahit Autumno pluuias, eademq́ repellit
Nubibus assiduis Chele: neque frigora prima
Extremum Autumni superet glacialia Libra.

Attrahere, & repellere planè contraria, vt sciscit Peripateticorum Schola. Libra attrahit quidem humores, sed non resoluit, ita vt nubes semper pendeant. Ita alibi:

——— *semper pendentia tantum*
Nubila continua magis in statione manebunt.

Itaque & dat pluuias, & aufert. Frigus verò adfert extremum, adeò vt neque extremum Autumni, τὸ φθινόπωρον, ἢ μετόπωρον, algore vincat Autumni principium, quod per Libram noscitur: vt cum Venus est in Ariete, veris initium dixit: Venus enim & Sol pari spatio fermè cursum perficiunt, vt liquet.

Ne quis caua terra grauetur.] Fortè *ne quid caua Terra grauetur*: quanquam malim *ne quid caua Terra queratur*, vt sit sensus, Quanquam in Virgine & Librâ aura fuerit ingrata & pluuia, tamen Scorpios pluuiis abstinens efficiet ne quid Terra possit queri.

Ad diros.] Fortè:

—— *at diris omnia nimbis*
Continuisq́ fluent, cum per sinuosa tenetur
Cornua Centauri rapida distenta sagitta.

In Sagittario, inquit, omnia fluitabunt præ nimbis nimiis.

Mortalia numina vincent.] Fortè *mortales numina vincent*. Hoc est, Dij homines fulminibus & tonitruis superabunt ac terrefacient.

Aquarius imbrem.] Hic nota ponenda sententiæ completæ.

Extremis sauis.] *Extremi* legendum, vt in Catalectis. *Pisces vltimus ordo.* Sequenti quoque versu malim *notauit*.

Moneat mundo.] Potest hæc lectio tolerari. Sed an mauis *moneat Mundum?*

Matutina ferens.] Hypallage est: pro *Matutinos cursus per solita sidera*. Simile illud Poetæ.

Ibant obscuri solâ sub nocte per vmbram.

Cum pecudum] *Pecudis* legendum, hoc est Arietis. Infrà:

——— *cum regna Tonantis*
Ingrediens pecudis redit intrans aurea terga.

Patienti tempore.] Legendum puto:

Non intermisso quatiendi tempore surgent

Sensus clarus. Sequentia ita puto concinnanda:

Quin pluuias aliàs etiam in regione notabis
Affore, non minimus nanque est tunc imber in aruis.

Nam vt nunc legitur, nullum habet sensum.

Grandine significat.] Videtur legendum *Grandine signa facit*, pro *grandini*, vel *grandinis*. Ex Nonio enim aliisque didicimus hosce casus permutari.

Geminis tranquilla sereni.] Lege:

—— *Gemini tranquilla sereni,*
Et placidum nautis spondent calúmque fretúmque,
Nubilaque atque imbres, æstus, ac frigora miscent.

Aura Fauoni.] Etesias indicat, qui post Solstitium æstiuum flare solent. tunc nempe cum Sol, cui Mercurius est comes quodammodo, in Leone est: Aratus:

Τῆμος καὶ κελάδοντες ἐτησίαι εὐρέϊ πόντῳ
Ἀθρόοι ἐμπίπτουσιν.

Sunt autem Etesiæ teste auctore libelli de Mundo μίξιν ἔχοντες τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων. Hinc est quod Plinius, & Anonymus noster Aquilones vocent, alij Fauonios, quos ita conciliabis.

Templa sed atherei.] Dubito num legendum sit:

Templa sed Astraa simul ac possederit, igni
Omnia mixta feret, pluuias meditabitur, ingens
Vndique grando venit, r. c. n.

De Virgine sine dubio sermo.

Cyllenius arcus.] *Arcum* Legendum: *Arcum Centauri*, vt suprà: *Cornua Centauri*. Versu sequenti *consurget*, malim & inferius *perrumpet*.

Comparat, aut gelidos.] Legendum puto:

Nulla serenato Capricornus nubila calo
Comparat: ac gelidos flatus, caliq́ fragores
Non alio melius signo pradicere possis.

Capricornus, inquit, non cogit nubes, neque attrahit. sed coactas resoluit, ideoque tonitrua ex eo potes prædicere. *Gelidos flatus* vt Q. Cicero de eodem Capricorno:

Bruma gelu glacians iubare exspirat Capricorni.

Quid faceret primum.] Legi possit:

Quid faciat primo Mundo cum lumine Solis
Tepus & occasu moneat, qua, discere, Phœbi.

Vt sit ὑπερβατόν. Sensus hic, Nunc diximus quid agat Mercurius, si modò Phœbei flammas euaserit axis. Tempus igitur est discere, quid faciat mundo cum lumine primo Solis, & quæ moneat occasu Phœbi. Res clara. Astronomi, etiam huius sæculi, aliter Mercurium speculantur solum, aliter cum Sole, siue oriente, siue occidente: nam & hæc in significationibus diuersa.

Et crebro tonitu iunget.] Coniicio:

Et crebro tonitru ninget: florentia rura
Spésq. noua segetis quatientur grandinis ictu,

Tria prædicit mixta: *Tonitrua, Grandinem, Niues.*

Ingreditur.] Et versus vocem hanc repudiat, & sensus. Legendum fortè transpositis & mutatis literis.

—— *magni cum regna Tonantis*
Ingrediens pecudis redit intrans aurea terga

Regna

Regna Tonantis simpliciter cælum, vt Arato ἔνδιος, οὐράνιος.

Taurum sauire videbis.] Distinguendum videtur, & legendum :

——— Taurum sauire videbis
Grandine, nec contrà ferri ratione probanda
Aut Cancrum, aut Geminos: calidus vestigia
Hac quadicta Leo, s. q. c. a. [*seruat.*

Ait, vt liquet, Taurum grandine sæuire: Cancrum quoque, & Geminos, non ferri in contrarium, quod foret optandum: imò & Leonem præfata seruare præcedentium siderum vestigia. Versus autem ille:

Flatus aut geminis miscet tranquilla serenis.

Ita possit legi :

Flatibus at Gemini miscent tranquilla sereni.

Sed quia Leo Geminos debet præcedere, & de iis iam mentio facta, & quia suprà habuimus *Gemini tranquilla sereni*; vnde hoc repetitum videtur, versum hunc spurium iudico.

Libera nutu.] Nullus sensus, & Signum Libræ omissum. ni transpositis & mutatis paulum literis legas:

Spiciferaq; manu tendenti nubila Libra
Dissentit Diua.

Spicifera Dea est Virgo, quam Cererem nonnulli voluerunt, vt Hyginus annotat, ab hac dissentit Libra. Illa manu tendit nubila; Hæc serena nuntiat. Videtur etiam pro *sed vt hac* legendum *sed & hac*, vel *sed enim hac.*

Secura laboris.] Nullus est sensus. Lege me duce :

Cum sonitu quatiet nubes: si cura laboris
Non frustrans animum certo me limite ducat,
Hæc eadem tibi signa dabunt nō irrita Pisces.

FINIS.

HVGEIANI GROTII NOTAE AD IMAGINES.

RESTAT nunc vt figuras astrorum, quas ex libri Susiani Archetypo æri incidi curauimus, explicemus: quas quanquam antiquitatis nomine, & schematum vetustorum expressione, aliisque de causis non leuibus, summoperè venerer; video tamen in astrorum, & singularum stellarum situ, *τῇ χώρᾳ*, toto cælo aberrare: Quare constitui ex Ptolemæi Almagesto, aliisque auctoribus stellas omnes earumque numerum & situm referre, vnà cum nominibus, quibus à variis variarum linguarum hominibus indigetantur, pariterque schemata, aliaque quæ in figuris, prout à nobis expressæ sunt, obseruanda veniunt, pro viribus annotare, vt simul videant studiosi, quid probandum in illis, quid improbandum.

DRACO, ET SEPTENTRIONES.

Primus asterismus est Draconis vnà cum vtrisque Arctis, quæ ideò Draconi coniunguntur, quia iis interuoluitur. Situs in figuris nostris non rectus, itaque verum proponemus. Draco capite attingit pedem dextrum Engonasin: deinde ad dextram Cephei manum venit, & hinc subter Cynosuræ pedes, vbi se surrigens ad caput eiusdem ascendit, & vlterius. Sub extremo illo agmine est Helice ab alterâ parte, à Polo videlicet remotiore. Caput verò Draconis super illam spiram est quæ subter pedes minoris Vrsæ meat. Malè illi in Sphæris, pectus cum pedibus effingitur, cum totus ex capite & spiris constet. Vrsas communi nomine Septentriones Latini, & Plaustra, vt & Homerus *ἁμάξας*, & Feras appellant. Auienus:

——— Ausone easdem
Voce Feras, Vrsasq́, & Plaustra vocare solemus.

Et ita ipse Feræ nomine alibi vsus:

Qua sunt prima Feræ vestigia.———

Et Germanicus, *Si melius dixisse Feras*, & Ouidius, *Magna minorq́, Feræ.* De Vrsis & Septentrionibus tritum. Sed si quis Gellio, aliisq. in etymologiâ Septentrionum non credat, consideret illud Næuij *Triones hic moderatur rusticus.* Eadem ratione Vrsæ sunt Triones, quia Arctophylax *βοώτης*. Vrsa minor (ab ea enim incipiemus, quia Polo proxima) Cynosura vocata est, Arabibus Dhub Elazguar, ذب الاصغر Hebraice דוב הַצָּעִיר hoc est, Vrsa minor, & Alrucaba, الركبة hoc est, vt Scaliger exposuit, Plostrum, Ab Hebraico רְכוּב quod tamen nomen, stellæ illi quam Polarem vocant tributum; vti sæpè Arabes nomen *ἄστρα*, singulari *ἀστὴρ* tribuunt; quod & Græcis in Arcturi nomine accidit. Nunc eius stellas, vnà cum magnitudinibus, vt vocant, exponamus, quod & in reliquis asterismis facturi sumus.

1 Ea quæ in extremâ Vrsæ caudâ est, quæ Mrg. Polaris dicitur, & Alrucaba. 3
2 Ea quæ Polarem sequitur, in caudâ posita, *χορευτὴς*, siue Ludens. 4
3 Ea quæ in caudæ initio, quæ altera *τῶν χορευτῶν*, id est ludentium. 4
4 Septentrionalior lateris prioris figuræ quadrilateræ. 4
5 Australior eius lateris. 4
6 Septentrionalior lateris sequentis. 2
7 Australior eius lateris. 2
8 Ea quæ ad rectam lineam est lateris sequentis, quæ corpus Vrsæ non constituit, sed extra ordinem numeratur. 4

Sunt itaque omninò octo.

Hyginus quatuor illas, quas nos in quadrilatero locauimus, in singulis pedibus ponit: Scholiastes Germanici vnam in pectore, vnam in humero, vnam in ventre. Sed in eo defectus est: Deest enim: *in clune claram vnam*, nam alioquin, qui potuit septem numerare? ea quoque quæ sequuntur sunt mendosa, neque enim decem sunt ludentes, hoc est *χορευταὶ* vt exponit Hyginus, sed binæ. Octauam, quæ extrà ordinem est, neuter agnoscit. Sequitur nunc Vrsa maior, quæ Helice dicta Græcis, & Arabibus Dhub Elacbar ذب الاكبر דוב הַכָּבִיר hoc est maior Vrsa. Eadem est Callysto in fabulis. Arabes nonnunquam simpliciter Dhubbe dicunt, vt Græci *ἄρκτον*, pro quo malè Barbari Arcturum scribunt. Eius stellæ hæ sunt,

1 In

1 In naso, seu, (vt Barbari) in muscidâ. 4
2 In oculis duarum prior. 5
3 In oculis posterior. 5
4 Prior earum, quæ in fronte. 5
5 Posterior earundem 5
6 In Pinnulâ (vt Isidorus vocat) siue auris prioris cacumine. 5
7 Prior in collo. 4
8 Posterior in collo. 4
9 Septentrionalior in pectore. 4
10 Australior in pectore. 4
11 In genu sinistro sub armis. 3
12 Prior in pedis sinistri extremitate. 3
13 Posterior ibidem. 3
14 In genu dextro sub armis.* 4
15 Sub genu eodem. 4
16 Prima earum quæ quadrilaterum constituunt, quæ in dorso est, quæ κατ' ἐξοχὴν Dubbhe vocatur. 2
17 Altera, quæ in ilibus, Mirac vocata. 2
18 Tertia quæ ante caudam. 3
19 Vltima in crure sinistro posteriore. 2
20 Prior duarũ in pede sinistro posteriore. 4
21 Posterior ibidem. 3
22 In curuaturâ pedis sinistri. 3
23 Septentrionalior in extremo pede dextro sub clune. 3
24 Australior ibidem. 3
25 Prima in caudâ. 2
26 Media ibidem. 2
27 Vltima in extrema cauda. 2

SEQVENTES SVNT EXTRA ASTERISMVM.

28 Australior post caudam. 3
29 Prior & obscurior. 5
30 Australior inter pedes subarmales Helices, & Leonis caput. 4
31 Septentrionalior ibidem. 4
32 Vltima trium reliquarum occultarum. ⊙
33 Antecedens hanc. ⊙
34 Antecedens & hanc. ⊙
35 Inter pedes subarmalis, & Geminos. ⊙

Sunt itaque omnino triginta & quinque.

Subarmales pedes voco τοὺς ὑπωμαδίους, clunales τοὺς ὀπισθίους. Stella vigesima quinta vocatur Alioth. Scaliger legit الية Idem pro Mirac, legit Mizar. Vltima dicitur BENECNACZ Scaliger legit بنات نعش Nescio an sit Benethasch. בְּנֹת עַשׁ Filia Vrsa. In libro qui inscribitur Initium sapientiæ inuenio. Vrsa cum eius puercula. Vrsam autem עש vocari etiam Scaliger docet. Eadem vocatur Elkeid in tabulis.

Vigesimam, duodecimam, & vigesimam primam indicare videtur Aratus cum ait:

Οἷος οἱ πρὸ ποδῶν φέρεται καλός τε μέγας τε
Εἷς μὲν ὑπωμαίων, εἷς δ' ἰξύϊ κατιόντι,
Ἄλλος δ' οὐραίοις ὑπὸ γούνασιν.

Hoc enim vult dicere, In virgine stellæ plurimæ sunt tertiæ magnitudinis. ea tamen quæ in genu est, quartæ est speciei. sed hæc non ita curiose distinxit Aratus: nisi dicamus ὑπωμαίοις ὑπὸ γούνασιν legendum. Sane Auienus non inconsultè dixisse videtur:

—— genibusq; dehinc se tertia promit

Scilicet non expressit genu clunale. Vigesimam septimam indicat, cum ait:

Οἷος καὶ μεγάλης οὐρῆς ὑπὸ φαίνεται ἄρκτου.

Neque tamen Protrygeter, siue Præuindemiator est eiusdem cum eâ stellâ quæ Alioth vocatur magnitudinis. Liquet itaque hæc crassâ Mineruâ Aratum scripsisse. Hoc verò ante omnia notandum pedes quos nos dextros vocamus Astrologos alios imitati, in Sphærâ tanquam sinistros effingi, qui manifestus est pictorum error. Confer hæc cum Hygino & Anonymo, videbis multa omissa, quædam superflua. Quod Hyginus ait in vtrisque auribus binas esse, falsum est. Quod alter ait: *In humeris singulas, in armo duas*, absurdum: quasi verò non idem sint armi & humeri. Cætera quoque non conueniunt. Iudicium quoque de stellarum claritate, infirmum. Sed error inde maximè natus quod auctores Græcos, quos interpretantur, non intelligant, ipsi rei Astronomicæ imperiti. Nobis satis est proposuisse rei veritatem.

Sequitur nunc Draco, qui & Anguis, & Serpens. Hæc enim tria idem esse etiam Seruius ad 11. Æneid. docuit. Arabes Aiaoin التنين vocant, & frequẽtius Aben, pro quo Scaliger Taben ثعبن restituendũ docuit.

1 Suprà linguam. 4
2 In ore. 4
3 In oculis. 3
4 In mala, quam Barbari grumiũ vocant. 4
5 Super caput, quæ Rasaben, hoc est caput Serpentis vocatur. 3
6 Trium quæ in primo tortu colli sunt ad rectam lineam septentrionalior. 4
7 Meridionalior earundem. 4
8 Media earundem. 4
9 Sequens has à parte orientis. 4
10 Meridiana lateris prioris τοῦ τετραπλεύρου quod est in flexu sequenti. 4
11 Septentrionalis eiusdem. 4
12 Septentrionalis lateris sequentis. 4
13 Meridiana eiusdem. 4
14 Meridiana trianguli clarioris quod est in spirâ sequenti. 4
15 Antecedens Septentrionalium eiusdem. 5

16 Sequens

16	Sequens earundem.	5
17	Antecedens trianguli prioris.	4
18	Australior sequentium.	4
19	Septentrionalior earundem.	4
20	Posterior duarum Triangulo occidentaliorum.	5
21	Prior earum.	6
22	Australior trium, quæ rectam lineam constituunt, sequentium.	5
23	Media earundem.	3
24	Septentrionalior earundem.	5
25	Duarum quæ eas tres sequuntur ab occidente, Septentrionalior.	3
26	Earundem Australior.	4
27	Alia quæ in occidentem ab his vergit, & est apud tortum caudæ proximum.	3
28	Prior duarum aliquantum distantium.	4
29	Sequens earum.	3
30	Sequens hasce duas prope caudam.	3
31	In vltimâ caudâ.	3

Sunt itaque omnino 31.

Aratus & illum secuti, Serpentis caput paulò aliter effinxerunt, vt videlicet tertia & secunda singulos oculos obtinerent, prima mentum, quinta & quarta tempora designarent. Ait enim:

> Ἀλλὰ δύο κροτάφοις, δύο δ' ὄμμασιν, εἷς δ' ὑπένερθεν
> Ἐσχατιὴν ἐπέχει γένυος δεινοῖο πελώρου.

Hoc est Germanico interprete.

> *Ardent ingentes oculi, cana tempora claris*
> *Ornantur flammis: mento sedet vnicus ignis.*

Aratum sequitur Hyginus, qui in reliquo corpore decem ponit, inter quas sunt octo illæ tertiæ magnitudinis, quas posuimus, & duæ quartæ: Anonymus in summâ cum Hygino conuenit, non in situ, nisi numeri ita emendandi: *in capite splendidas V. in corpore verò vsque ad caudam X.* Ita conueniet cum Hygino. Tortum vocaui, in stellarum enumeratione elationem & vibrationem spiræ τὴν κάμπην, ἢ ἐπιστροφήν, vt & Cicero in alio opere:

> *Vidimus immani specie tortuq; Draconem*
> *Terribilem.*

Et Virgilius:

> ——— *longos fugiens dat corpore tortus.*

Et ita appellant Aratei interpretes in hoc sidere, & in Ophiucho, nec non in Hydrâ. Hinc tortus serpens dicitur Germanico:

> *Tempora laua premit torti subiecta Draconis.*

Emendandus Martianus Capella de eodem serpente loquens:

> *Et spiris torto nituerunt astra Draconi.*

Hodie *toruo* legitur, qui locus oculos nostros in nuperâ editione effugit. Sed, vt ad rem redeamus, in Sphæris vulgaribus hasce stellas reperias, sed magnitudines aliquando discrepant. De situ serpentis suprà diximus. In Imaginibus nostris quas ex Manuscripto expressimus longè alia forma est. Sed ea fuit veterum opinio, vt putarent Serpentem in literæ S formam Vrsis interlabi, easque distinguere, & circuncludere. Exprimit Manilius:

> *Has interfusus circumq; amplexus vtranq;*
> *Diuidit, & cingit stellis ardentibus Anguis.*

Et alibi:

> ——— *& versis frontibus Arctos*
> *Vno distingui medias, claudiq; Dracone*
> *Credimus exemplo.*

Et disertè Anonymus: *Draco, qui vtranque Arcton flexuoso corpore semicingit.* Quæ notanda, non credenda. Melius Hyginus: *Draco inter duas Arctos collocatus videtur corporis sinu facto Arctum minorem ita concludere, vt penè pedes eius tangere videatur: cauda autem flexa caput maioris attingere: & suo capite tangens, corpus vt in sphæram complicari.* Legendum *in spiram complicari.* Hæc de primo asterismo. Ad alios pergamus: Et primus quidem ex Arati ordine sese offert.

ENGONASI.

Sequitur Engonasi, qui Latinè Ingeniculus, & Nisus, siue Nixus appellatur. Idem in fabulis Hercules, aliis Ceteus, aliis Theseus, nonnullis Thamyris, quibusdam Orpheus. Aratus ἄδηλον ἀνώνυμον & ἄϊστον appellat, quia eo tempore nulla adhuc de eo prodita erat fabula quod indicat Auienus:

> *Illa laboranti similis succedit imago*
> *Protinus: expertē quam quonda dixit Aratus*
> *Nominis, & cuius latuit quoq; causa laboris.*
> *Panyasi sed nota tamen, cui longior ætas*
> *Eruit excussis arcana exordia rebus.*

Ita enim illa puto emendanda. Primus, vt in hoc loco liquet, Panyasis, in Heraclea videlicet, Herculē esse professus est; quem plurimi secuti. Arabes Algethi appellāt, Mappa, quæ penes Scaligerum جاثي على ركبته & caput Rasalgeti. Est autem Algethi incuruatus in genu. Qui eundem Nessum vocari Vitruuio putant, admodum falluntur. Ostendimus iam in Notis nostris ad Capellam erratum esse librarij. Legendum Nisus, vel Nixus. Hoc itaque nomen spurium. Engonasi non satis propriè Græcis: Vno enim tantum genu nititur. Hic nudus debere pingi videtur. In nostra imagine chlamydem habet, qualem his verbis Isidorus exprimit: *Est autem pallium purum forma rotunda, & fusiore, & quasi inundante sinu, & sub dextro veniens, super humerum sinistrum ponitur: cuius similitudinem in operimentis simulachrorum vel picturarum aspicimus.* Et Apuleius: *puer nudus nisi quod ephebica*

ephebica chlamyde sinistrum tegebat humerum Similem vestis figuram in Orione inuenies. In Arctophylace res contrà se habet. sinister enim humerus nudus: Et sanè simile quid in puellis innuit Ouidius:

Pars humeri tamē ima tui, pars summa lacerti
Nuda sit, à laua conspicienda manu.

Sed potest hic esse pictoris error. Capella vter sit humerus non exprimit cum ait: *inuelatumq́ catera humerorum cacumen obnubere.* Græci ἐπωμίδας vocant, & chlamydas. Propria hæc iis qui in cælibatu essent, præsertim militibus. Paulus Iurisconsultus humerale vocat; ait enim; *Nam si tibiale vel humerale miles alienauit, castigari verberibus debet.* Cæterum Nixo manus dextera erecta est, altera Lyræ inclinata. Pes læuus paululum flexo genu, ita tamen vt erectus sit, premit Draconis caput, Rasaben. In manu sinistra est δορὰ, quæ & λεοντῆ Leonis pellis. In altera clauam habere fingitur, vt Anonymus docet, & annuit Auienus:

En manus ipsa Dei violenta in verbera [*dens*
Erigitur.

Hæc de Schemate. Ad stellas veniamus.

1	In capite, dicta Rasalgethi.	3
2	In ala humeri dextri, quam Barbari rutilicum vocant.	3
3	In illa parte (adiutorium vocant) quæ inter humerum & cubitum est, in dextra parte, siue in brachio.	3
4	Ἐν τῷ ὠλεκράνῳ (quod Arabes Marfic vocant) dextro.	4
5	Sub humero sinistro.	3
6	In ea parte, quæ adiutorium dicitur sinistra.	4
7	In ὠλεκράνῳ sinistro, siue Marfic.	4
8	Vltima trium illarum quæ in lacerto sunt, quod Arabes Mazym vocant.	4
9	Duarum reliquarum ibidem Septentrionalior.	4
10	Australior earundem.	4
11	Super latus dextrum.	4
12	In latere sinistro.	3
13	Septentrionalior in coxæ sinistræ vertebro.	
14	In initio eiusdem coxæ.	4
15	Trium quæ in femore sinistro prima.	3
16	Secunda earum.	4
17	Tertia earundem.	4
18	In genu sinistro.	4
19	In tibia sinistra.	4
20	Antecedens trium, quæ sunt in pede sinistro extremo.	6
21	Media earum.	6
22	Sequens earum.	6
23	In femoris dextri initio.	4
24	Septentrionalior in ipso femore.	4
25	In genu dextro.	4
26	Sub eodem genu Australior.	4
27	Septentrionalior ibidem.	4
28	In tibia dextra.	4
29	In extremo pede dextro communis cum extremitate clauæ.	4
30	Extrà formā australior brachio dextro.	5

Sunt omninò 29.

In Sphæris sæpè hic erratum: omittitur enim vigesima tertia. In tabulis de Stella penultima ita legitur: *Quæ est suprà extremitatem pedis dextri, & est illa quæ est suprà extremitatem hastilis habentis Serpentem.* Dici debuisset *Boota.* Nam Serpentarius nullum habet hastile: sed Bootes habet καλαύροπα, quam Arabes ARAMECH hoc est hastile appellant. Eius summum ferrum tangit pedem dextrum Engonasin, ita vt sit κοινὸς ἀστὴρ τοῦ ποδὸς τοῦ ἐγγόνασιν, καὶ τῆς καλαύροπος. Sed de his etiam infrà. Hoc tamen non prætermittendum, Hyginum hac in parte mendosum; ita enim legitur, in asterismo Ingeniculi. *In pede vnam, quæ dicitur clara.* Legendum *claua.* Nam quod quidam καλαύροπα, alij ῥόπαλον esse maluerunt. Dicit stellam pedis clauam appellari, vt alibi stellam ventris Andromedæ, Pegasi caput dicit nominari. Sunt enim κοινοὶ ἀστέρες. Hoc quoque notandum stellas octauam, nonam, & septimam, à nonnullis in δορᾷ collocari, vt in Sphæris, quibus Hyginus & Scholiastes assentiuntur, qui etiam decimam coniungunt, vt sint quatuor ἐν τῇ δορᾷ. Nos in lacerto posuimus, siue ἐν τῷ καρπῷ. Astronomorum vulgus os brachij maius vocat, ad distinctionem minoris, quod περιπήχιον vocatur, vt maius ἀντιπήχιον Arabibus, à fortitudine, vt videtur, Maasym dicitur. In stella decima nonā ἀντικνήμιον tibiam transtuli: hoc est partem furæ oppositam. Nam κνήμη totum crus est, ἀντικνήμιον tibia, γαστροκνημία sura. In quarta stella ὠλέκρανον voco, seu ἀγκῶνα, quod vulgo reclinatorium dicitur, hoc est مرفق Marfic, à Themate רפק quod inniti significat. Dores κύβιτον dixerunt, vnde nomen Latinum mansit. Hoc quoque non reticendum, Hyginum stellas lucidiores nominare 19. Anonymum 24. Sed summa cum numero non conuenit.

CORONA.

Subit Corona, quæ ad eius quæ sub pedibus Sagittarij est, differentiam, Botea appellatur: & Ariadnæ tribuitur. In nostra figura. Corona picta est Triumphalis In Sphæris nouum regalis Diadematis genus. Veterum diuersa opinio. Quidam ex capillis constitutum putabant: alij ex floribus. Ex capillis Cal-

limachus

limachus, & eius interpres Catullus in elegantissimo carmine:

Scilicet in vario ne solum limite cæli
Ex Ariadnæis aurea temporibus
Fixa Corona foret: sed nos quoque fulgeremus
Deuotæ flaui verticis exuuiæ:

Huc pertinet illud Scholiastæ Anonymi hoc tamen loco mutili: *Signum amoris eius crines ostendunt.* Et illud Auieni:

Hæc Ariadnæi capitis testatur honorem.

quod tamen & aliter potest intelligi. Ex floribus esse putat Manilius libro 5. & Capella:

Hoc quoque Nysiatis quod sparsum floribus ardet,
Multiplici ambitum redimitur lumine sertum.

Hyginus & Anonymus ex auro & gemmis (quas & in nostrâ imagine vides) esse factam fabulantur.

Arabes Coronam hanc *Alpheta* nominant, quod κυρίως stellæ quam primam recensebimus, attribuitur: quod verius est. nam Alpheta, vel Alphacca solutionem significat. Vtro modo scribas parum refert. nam idem fermè sunt פקה & פתח.

1	Lucidissima, in commissurâ.	2
2	Prima omnium.	4
3	Sequens hanc ad Septentrionem.	5
4	Sequens & hanc ad Septentrionem	6
5	Sequens ab Australi parte.	4
6	Sequens hanc ibidem.	4
7	Sequens post illam.	4
8	Vltima.	4

Sunt simul octo.

Prima stella magni nominis est, & Alpheta, & Malfeleare, & Munir Arabibus appellatur, de quibus vide Scaligeri iudicium, qui & quartum nomen Achlusschemali ex Arabicâ Mappâ protulit. Stella hæc eo in loco est, vbi Corona colligatur. Solebant enim tæniis Coronas colligare, ita vt pars extra coronam penderet. Eas fasciolas λημνίσκους vocabant. Speciem habes elegantem in imagine ex Manuscripto editâ. Malè itaque faciunt qui Gnossiam hanc, siue Ariadneam Coronam, sine vllâ commissurâ pingunt. Hyginus & eum secutus Anonymus nouem stellas collocant, nisi in numeris erratum: Quod dici posset, nisi Ouidius clarè exprimeret Fast. III.

Dicta facit, gemmasq́ue nouem transformat in ignes:
Aurea per stellas nunc micat illa nouem.

Quod verò tres esse aiunt cæteris clariores falsum, cum vna tantum sit secundæ magnitudinis, tertiæ nullæ, quartæ quatuor.

OPHIVCHVS CVM SERPENTE, ET SCORPIVS CVM CHELIS.

Ophiuchus capite caput Nixi contingens serpente circumplicatur, qui eum medium cingens à dextrâ per clunes transiens ad Aquilam vsque erigitur, à sinistrâ porrectus apud Coronam caput erigit: Ita vt stella, quæ in mento est Coronam fermè attingat Germanicus:

Quantumq́ue ab læuâ distantia Serta notantur.
Erigitur tantum Serpens, atque vltima mento
Stella, sub ætherea fulget crinita Coronâ.

Sub pede sinistro Ophiuchi pectus est Scorpij, nam quod Aratus vtrunq. pedem nominat, est ἀκυρολογεῖν, & quod de oculo dicit nō omnino verum. Scorpius hic inter duodecim signa est septimus, & duo δωδεκατημόρια in se complectitur, vnde μέγα θηρίον Arato dicitur. Sed δωδεκατημόριον septimum brachia illius complectuntur, quæ Græcis χηλαὶ dicuntur. octauum corpus ipsius Scorpij. Habent Scorpij, vt & Cancri, præter pedes senos, vel (vt alij) octonos duo quasi brachia, & in iis vngulas bipartitas. Has Barbari graffias, Latini (vt Plinius) forficulas, Græci χηλὰς vocant. Et hoc pacto Scorpius duas explet Zodiaci partes. Vnde Germanicus:

Scorpios hinc duplo, quàm cætera, possidet orbe
Sidera, per Chelas geminato lumine splēdens.

Et Ouidius:

Porrigit in spatium signorū membra duorum.

Auctor carminis de Cyri:

Vnum quem duplici stellatum sidere vidi
Scorpius, alternis clarum fugat Oriona.

Latini tamen, vt singula dodecatemoria singulis signis conuenirent, Chelas Libram vocarunt: & quia eâ in parte, post I. Cæsaris cædem stella noua apparuisse visa est, eam Cæsari consecrarunt, & Augusto. Hinc Virgilius:

Anne nouum tardis sydus te mensibus addas
Quà locus Erigonen inter Chelasq́ue sequentes
Panditur: ipse tibi iā brachia contrahit ardēs
Scorpius.

Quo in loco non dicit easdem esse Chelas cum Librâ, sed Libram ob Cæsaris honorem inter Scorpium & Virginem locatam contractis Scorpij brachiis. In Catalectis habes *Et Libram quam Cæsar habet.* De mensibus tardis quod ait conuenit cum illo loco 10 Bucolicis:

—— incipient magni procedere menses.

quod in Cæsarum gratiam dictum innuit Seruius. Huc quoque pertinere videtur, quod Manilius librâ horoscopante natos iustos facit, & Imperatores, & Libræ pro regione Romanum assignat imperium. Libra hæc sub pedibus est Virginis, ante Scorpionis brachia, quæ contracta esse dixi. Ab vno latere tangit spiram serpentis

serpentis quæ manui lææ Ophiuchi (sed hoc est manam vocant Arabes) est proxima. يد Ab altera parte Hydræ spectat caudam. Habes situm quatuor siderum: nunc ad singulorum appellationes, & stellas veniamus.

Ophiuchus Græcis (pro quo quidam perperam ὀφιοῦλκος scribunt) est Anguitenens & Serpentarius Latinis & Arabibus Afeichus, أويبخوس cuius verbi puncta vocalia si mutes, erit nomen Græcum. Iisdem & Alangue dicitur, quod effeminatum interpretantur. Sed Scaliger docuit Elhague الحاوى legẽdum, quod Serpẽtarium significat. In fabulis est Æsculapius, Carnabons, Hercules, Triopas, Glaucus. Stellas has habet.

1	In capite, quæ Rasalaugue dicitur.	3
2	Prior duarum in humero dextro.	4
3	Sequens earundem.	4
4	Prior duarum in humero sinistro.	4
5	Posterior earum.	4
6	In ἀγκῶνι, id est, Masfic sinistro.	4
7	Prior in manu sinistrâ extremâ.	3
8	Posterior: vtraque sed vocatur.	3
9	In cubito.	4
10	Prior in manu dextrâ extremâ.	4
11	Posterior ibidem.	4
12	In genu dextro.	3
13	In dextrâ tibiâ.	4
14	Prima apud calcem dextram.	4
15	Secunda ibidem.	4
16	Tertia ibidem.	4
17	Quarta ibidem.	5
18	Sequens has in calcaneo.	5
19	In sinistro genu.	3
20	Septentrionalior trium quæ in tibia sinistra rectam lineam constituunt.	5
21	Media earum.	5
22	Australior earum.	5
23	Apud calcaneum pedis sinistri.	5
24	Attingens plantam sinistram.	4

Sunt itaque omnino 24.

Stellam nonam Alphonsinæ tabulæ in Masfic sinistro collocant: sed malè. Nam ille locus sextæ debetur, quod nec tabularu auctores inficias eunt. In Ptolemæo in descriptione stellæ decimæquartæ legitur: τῶν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ πόδος ιδ´ ὁ στηριγμένος. Lege· δ´ ὁ ἐστηριγμένος. Hygini summa est sexdecim, in qua multa nobiscum conueniunt, nisi quod locis nõ satis aptis sint quæque disposita. Idem septimam, & octauam angui, non manui annumerat. Vnâ stellâ Anonymus Hyginum superat. Imò non superat, sed Hyginus ad eius numerum emendandus. Nam septendecim enumerat, sed in summâ exscribendâ erratum, vt sæpè aliàs.

Ophiuchi serpens siue anguis Græcè ὄφις simpliciter nominatur, quod non puto apud eos vnquam de Dracone Arctico efferri. Latini tamen sæpè cum Anguem nominãt, vt Auienus:

——— Anguis ob ora
Vertitur, & longè postremã lapsus in Arctum
Rursum maior is repetit confinia signi

Ita enim ibi legendum puto. Serpentem eundem vocat Germanicus:

Has inter medias abrupti fluminis instar
Immanis Serpens sinuosa volumina versat.

Græci hàc in re cautiores, qui hunc ὄφιν nominant, alterum δράκοντα. Non desunt qui hunc ἔγχελυν velint nominari, quod anguillam sonat Arabicum nomen nec dum inueni. Nunc stellas percipe.

1	Quadrilateri quod in capite est illa quæ in extremâ maxillâ.	4
2	Ea quæ nares tangit.	4
3	Ea quæ in tempore.	3
4	In colli origine.	3
5	Media quadrilateri vt in ore.	4
6	A capite in Septentrionem.	4
7	In colli primo flexu.	3
8	Septentrionalis trium, quæ sequuntur.	4
9	Media harum.	3
10	Australis earundem.	3
11	Prior duarum quæ post sequentem flexum sunt in manu sinistri.	5
12	Posterior earum.	5
13	Post partem posteriorem femoris Ophiuchi.	4
14	Duarum sequentium australior.	4
15	Septentrionalior earundem.	4
16	Sequens manum dextram in flexu qui apud caudam.	4
17	Sequens hanc, in ipsâ caudâ.	4
18	Vltima in caudæ extremo.	4

Sunt itaque omnino numero 18.

Apud serpentariũ, & serpentem extra formam.

1	Septentrionalis trium quæ sunt ad Ortum ab humero dextro.	4
2	Media earundem.	4
3	Australis earundem.	4
4	Sequens has super medium.	4
5	Solitaria ad Septentrionem vergens.	4

Hæ sunt quinque.

In Sphæris plerisque duodecimam non inuenies. Hyginus & Scholiastes hic nimis liberales, quorum hic triginta stellas serpenti tribuit, alter viginti, & duas, nam quod legitur viginti tres à mala manu est. Hoc quoque non prætereundum; aliud esse dorsum Serpentis Germanico, aliud Hygino. Germanicus cum ait:

At qua se dorso sinuabit lubricus anguis.

Locum illum intelligit vbi stella vndecima est. Hyginus illum vbi decimatertia cum sequentibus. In imagine illâ quàm nos ex Manuscripto

 propo-

propoſuimus multipliciter erratum. Ad ſtellas quod attinet nihil iis credendum. Numerus propè cum Hygino conuenit. Nos pergamus. Scorpio, ſiue Scorpius (vtrunque enim legimus) Græcum eſt nomen, hoc integrum, illud deprauatum. Arabes Alacrab. العقرب עקרב (Ita enim pro *Alacrab* legēdum ex Scaligero didicimus) vocant. In Gloſſario Medico eſt: HACRAB, Arabicè id eſt *Scorpio* Latini quidam Nepam dixerunt. Gloſs. Nepa σκορπίος. Cicero lib. v. de Finibus: *Cornibus uti videmus boues, Nepas aculeis*. Idem in Arateis plerunque Scorpium Nepam tranſtulit, vt in enumeratione ſignorum Zodiaci:

Exin proiecta claro cum lumine Chela,
Ipſaq; conſequitur lucens vi magna Nepai.

Et de Ophiucho:

Atque oculos vrget pedibus, pectuſq; Nepai.

Feſtus tamen vocabulum hoc Africum à quibuſdam pro Cancro accipi dixit, & verè. Ideóque fruſtrà reprehenſus à quibuſdam Non. Marcellum ſecutis. In eo loco Auieni:

Cur Hyperionios Nepa circumflecteret ignes.

Nónne clare Cancrum indicat? Ipſe Cicero cum ait de Hydrâ:

Hac caput atque oculos torquens ad terga Nepai.

Nónne illud Arateum expreſſit?

— καὶ οἱ κεφαλὴ ὑπὸ μέσσον
καρκίνον ἱκνεῖται.

Et habent profectò auctorem ſuum. Nam Plautus in Caſinâ dixit:

Receſſim dabo me ad parietē imitabor Nepam.

Nam receſſim ire Cancri proprium, qui ὀπισθοβάμων Græcis dicitur. Manilius tamen aliíque pro Scorpio malunt accipere, quod non improbo, ſed & alterum fero. Nunc ſtellas explicemus.

1 Septentrionalis trium lucidarū in fronte. 3
2 Media earum. 3
3 Auſtralis earum. 3
4 Auſtralior præcedenti, quæ eſt in vno pedum. 3
5 Septentrionalior duarum lucidarum in latere ſeptentrionali. 4
6 Auſtralior earundem. 4
7 Antecedens trium lucidarum in corpore. 3
8 Media, quæ Calbalacrab id eſt Cor Scorpij dicitur. 2
9 Sequens trium. 3
10 Antecedens duarum ſequentium, quæ ſunt tanquam in vltimo pede. 5
11 Sequens earum. 5
12 In primâ vertebrâ. 3
13 In ſecundâ. 4
14 Septentrionalior duplicis in tertiâ vertebrâ. 4
15 Auſtralior ibidem. 4
16 In vertebrâ quartâ. 3
17 In vertebrâ quintâ. 3
18 In vertebrâ ſextâ. 3
19 In vertebra vltimâ aculeo proximâ. 3
20 Poſterior in aculeo, ἐν τῷ κέντρῳ quæ Leſchat vocatur, & Schomleck. 3
21 Prior ibidem. 4

Octaua Græcè ἀντάρης dicitur. Hoc veſpertilionem Sophocli ſignificat. Alphonſinarum auctores legiſſe puto ἀντάρης. Heſychio ἀντάρης Tyrannum ſignificat. In tabulis legitur *tendens ad rapinam*. Eadem eſt Arabicè قلب العقرب Hoc eſt, חלב העקרב. Penultima dicitur لسعة *Leſchat*, & *Schomleck*. pro *Schomleck* Scaliger *Meſelek* مسلاو legit per μετάθεσιν. Diuinum hoc vt omnia quæ ab illo. Ex hiſce ſtellis quindecim recitat Hyginus, & totidem, vnò eadem Anonymus.

Extra formam ſunt.

22 Vna acumini propior Nebuloſa.
23 Prior duarum ad Septentrionem recedentium ab acumine. 5
24 Poſterior earundem. 5

Sunt itaque omnes Scorpij ſtellæ 24.

Sequuntur Chelæ, quæ Virgilius brachia Scorpij dixit Anonymus nō ſatis rectè cornua. Arabibus χηλὴ βόρειος eſt Zubeneſchamali, زبان الشمالي & νότιος Zubenelgenubi, زبان الجنوبي.

1 Duarum quæ in extremâ Chelâ Auſtrali lucidior. 2
2 Septentrionalior earum, & obſcurior. 5
3 Lucidior in extremâ Chela ſeptētrionali. 2
4 Prior, & obſcurior. 5
5 In mediâ Chelâ Auſtrali. 4
6 Præcedens hanc in eadem Chelâ. 4
7 In mediâ Chelâ Septentrionali. 4
8 Sequens hanc in eadem Chelâ. 4

Sunt itaque octo.

Latini Chelas Libram, vt dixi, appellauerunt, & Arabes eos ſecuti Mizan ميزان quod ſi velis has ſtellas in Libræ formam, vt fieri nonnunquam ſolet, redigere oportet lancem vtranque tam amplam facere, vt non tantum vngulas, ſed & brachiorum pluſquàm dimidium complectantur. Nam aliter ſtellæ duæ vltimæ ingredi non poterunt. Hoc voluit Virgilius:

— *tibi brachia contrahit ardens*
Scorpius, & cœli iuſtâ plus parte relinquet.

Hoc

Hoc in Sphæris non obseruatur, cum Almagestum postulet. Haly celeberrimus magister vetdetur etiam duas stellas quæ in pedibus sunt Virginis Libræ assigoasse. Cui assentiri videtur Martianus: *Scorpius enim (ait) tam suum spatium corpore, quàm Chelis occupat Libra: Cuius superiorem partem pedes Virginis occuparunt.* Ita essent decem stellæ. Aliter octo, hoc pacto.

1 Clarior in extremo lancis australis. 2
2 Septentrionalior ibidem, & occultior. 5
3 Clarior in extremo lancis Sept. 2
4 Prior, sed obscurior, ibidem. 5
5 In medio lancis Australis. 4
6 Prior in eadem lance. 4
7 In medio lancis Septent. 4
8 Altera ibidem, sed prior. 4

Huiusmodi formam nos exprimi iussimus tum ne vllum sidus in his cælestium formarum imaginibus desideraretur, tum quia hæc in Sphæris non satis obseruata. Hyginus, & Anonymus, quatuor primas agnoscunt. Quod itaque Aratus de Chelis ait:

Ἀλλ' αἱ μὲν φαέων ἐπιδευέες, οὐδὲν ἀγαυαί.

Vix verum est: quare correxit, vt sæpè, Germanicus; qui ait:

Insigni cælum perfundent lumine Chelæ.

quem versum alibi aliter exposuimus. Tu elige.

Stellæ prope Libram extrà formam hæ sunt.

1 Antecedens trium quæ à Chelâ dexterâ in Septentrionem declinant. 5
2 Duarum sequentium prior. 4
3 Posterior earundem. 4
4 Sequens trium quæ sunt inter brachia. 6
5 Antecedentium ibidem septentrionalior. 4
6 Australior earundem. 5
7 Trium Australiorum Chelâ Australi præcedens. 4
8 Duarum reliquarum Septentrionalior 3
9 Earundem australior. 4

Sunt itaque extra formam 9 & vnà cum aliis 17.

ARCTOPHYLAX.

Arctophylax alio nomine Bootes appellatur, hoc est, bubulcus, quod Almagesti translatores malè vociferatorem interpretantur. Errorem docuit Scaliger, eiusque causam, in diuinis ad Manlium commentariis. Idem etiam Cheguius, vel Cegimus dicitur. Sed hoc ex Cepheo huc tralatum. In fabulis Arcas, vel Icarus. Lycaona quoque nominat Ouid.

Tertia post Nonas remouere Lycaona Phœbo
Fertur, & à tergo non habet Vrsa metum.

In Manuscripto nostro similem habet ἱμπμίδω, ei quæ Nixo appingitur. Id quod in manu habet καλαύροπα esse ostendimus. Hinc corruptum illud apud Arabes nomen Incalurus. Debebat enim scribi non vt nunc Incalurus, sed paruâ mutatione انقلورس Alkalaurops. Ptolemæus القلورفس κολόρροβον appellat: καλαύροπα. Hesychius. Hyginus, vt suprà diximus clauam, hoc est ῥόπαλον esse voluit. Eius formam veram habes in Manuscripti nostri imagine, cui similis illa quæ Herculi genu nixo tribuitur. nisi hæc potius καλαύροπος sit species, quod magis puto. Erat enim καλαύροψ pedum incuruum. Habet & Orion ῥόπαλον, siue κορύνην, sed de eo alibi diximus. Arabes alij hastile esse voluerunt, & vocant hastile canum nonnunquam, quod ego venabulum interpretor. Solebant enim nonnunquam venatores numellas (quarum mentio apud Varronem, Festum, Columellam) quibus canes erant alligati suo λαγωβόλῳ annectere. Hinc est quod Aramech الرمح & Laoceator nominetur, quod tamen propriè tribuitur stellæ Arcturo: vt & Auieno, & Capellæ ipse Boötes Arcturus nominatur. In Hygini vulgatis codicibus ante pedes Boötæ manipulus quidam fingitur, quem se Scaliger in suâ quoque mappâ vidisse testatur. Hic quanquã stellas non habeat, Arabibus cognitus nomen Azimeth, حزمة quod manipulum designat, accepit. Hinc totum sidus ita appellatum, & posteà stellæ Arcturo speciali priuilegiò tributum. In iisdem Hygini exemplaribus in manu illâ in quâ hastile non habet, quæ læua esse deberet, instrumentum quoddam habet rusticum, quod, quia manipulus adest, non ineptè mergam esse putaueris. Sed species falcem, aut potius marram (ita enim Columella vocat, & Iuuenalis: Hesychius μάρρον ἐργαλεῖον σιδηροῦν) qua herbæ inutiles extirpabantur, indicat. Rationem vtriusque hanc esse existimo, quod Petellides Gnosius Booten hunc Philomelum Cereris filium esse fabuletur, primum agriculturæ inuentorem. Hæc de figura dixisse sufficiat ad stellarum enumerationem veniamus.

1 Antecedens trium in manu sinistrâ. 5
2 Duarum sequentium prior. 5
3 Earundem posterior. 5
4 In sinistro cubito. 5
5 Sub humero sinistro. 3
6 In capite. 4
7 In humero dextro. 4
8 Septẽtrionalior istâ, in principio hastilis. 4
9 Adhuc Septentrionalior in acumine. 4
10 Septentrionalior duarum sub humero in hastili. 4
11 Australior earundem. 6
12 In summitate manus dextræ. 5

13	Prior in dextro κόθορνῳ.	5
14	Posterior ibidem.	5
15	In manubrij hastilis extremitate.	5
16	In coxa dextrâ, vel in subligari.	3
17	Posterior in Zonâ.	4
18	Prior in Zonâ.	4
19	In dextro calcaneo.	3
20	Septentrionalis trium quæ sunt in crure sinistro.	3
21	Media trium.	4
22	Australis earundem.	4
	Extra formam.	
23	Inter vtrunque femur:	1

Sunt itaque omninò 23.

Stella vltima primæ magnitudinis Græcis κατ' ἐξοχὴν Arcturus dicitur: De quo Aratus:

—— ὑπὸ ζώνῃ δ' οἱ αὐτὸς
Ἐξ ἄλλων Ἀρκτοῦρος ἑλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστήρ.

Et ita Proclus: ὁ μὲν γὰρ ἀνὰ μέσον τῶν σκελῶν τοῦ ἀρκτοφύλακος κείμενος ἐπίσημος ἀστὴρ ἀρκτοῦρος ὀνομάζεται. Hunc Arabes Asimech, & Aramech nominant. Vidi qui eum Alkameluz nominaret. Alius quispiam Arabis interpres audientem transtulit. Rationes comminisci ego non possum. Quintæ, sextæ, septimæ, & trium quæ in dextrâ sunt, Auienus mentionem facit. Hyginus, & Anonymus omittunt aliquas, qui tamen hoc in loco deprauati. Is qui imagines quæ in Manuscripto sunt pinxit, non intellexit id quod Hyginus, & Anonymus volunt in vtrisque pedibus singulas esse stellas. Nam pedem, non vt ille putauit, plantam τῆ ἀκρόποδα intellexere, sed totum illud quod à genu ad imum vsque est. Stellas enim, ni fallor, innuunt decimam nonam, & vigesimam. Stellam decimamsextam in subligari collocauimus, ex Ptolemæi, & Arabum maximè sententia. Solebant enim Arabes, & Hebræi sæpè vti pannis quibusdam, quibus pudendas partes velarent, ita tamen vt ad genua vsque pertingerent. Perizomata, & campestria vocat Isidorus, quorum posterius apud Horatium inuenias. Similes his λουτρίδες, quarum in balneis vsus, vt priorū in campo. Huius generis erant, מִכְנָסִים hoc est femoralia, quorum mentio est Exodi XXVIII vbi de vestibus sacerdotalibus agitur. Ad quem locum respexit Isidorus, cum dixit Tit. de veste Sacerdotali in lege. *Batin siue feminalia, bracca linea vsque ad genua pertingentes, quibus verecunda sacerdotis velabantur.* Verbum illud quo vtitur Isidorus, BATIN corruptè legitur pro *Baddim*. בַּדִּים lineum. In Tabulis Alphonsinis περίζωμα hoc, siue, vt ibi legitur pannus quo verenda teguntur, appellatur *merer* lege *mezer* περίζωμα pro quo male Mirac. Quod مـيزر si de litera ZAI apicem sustuleris, erit RE. Itaque Merer pro Mezer lectum est perperam ex hac inepta lectione factum Mirac, pro Mirar. & *Mirar pro Miraz*. Et hæc de hoc vestimenti genere, & ipso asterismo satis. Ad alia veniamus.

VIRGO.

Ea quæ Græcis παρθένος, Latinis Virgo dicitur, in fabulis Astræa, Erigone, Atargatis Syrorum Dea, Fortuna, Ceres. Sunt & qui Parthenon κυρίῳ ὀνόματι appellatam dicant Apollinis filiam. In Manuscripto nostro deest eius imago, nisi quod videri possit cum Aurigâ confusa, vt infrà demonstrabimus. Hæc quam nos exprimendam curauimus, ex Hygini exemplaribus est desumpta. In eâ pro spicâ habet oliuam & in manu alterâ caduceum, adeò vt manifestum sit, fuisse qui eam Pacem esse dixerint, Nam & Græci εἰρήνην coluere, & Latini, cum liqueat Augustum ei Aram cōsecrasse. Habemus etiam in Glossario Latinogræco, *Panda εἰρήνη θεός*. De hac ita Arnobius: *Et quod Tito Tatio, Capitolinum vt capiat collem, viam pandere atque aperire permissum est, Dea Panda est appellata, vel Pantica.* Alij vt puto, non curantes τὸ ἔτυμον ab eadem Historia Pandæ numen cæpisse putarunt, ob Pacem inter Titum Tatium & Romulum factam, ideoque eam Pacis Deam putarunt. Simili ratione Fast. Ouid. VI. Concordia eandem rem narrans introducitur. Meminit Pandæ Varro in isto carmine semigræco.

Θεία Anna Peranna, Panda, καὶ Λατὼ, Pales,
Nerienes, & Minerua, Fortuna, ac Ceres.

Ita enim versus illos apud Gellium cap. 21. lib. 13. emendandos censeo. Meminit & Pandæ Augustinus. Auienus Isidem à quibusdā hanc appellatam indicat. Quidam Iustitiam, siue δίκην nominant. Emendandus itaque Scholiastes Anonymus, in quo errore ex notis profecto legitur *& ab eis Iusta vocabatur*. Substitue *Iustitia*. Aratus: καί ἑ Δίκην καλέεσκον. *Iustitiā* vocat Auienus, Germanicus, Hyginus, & ipse Anonymus ex Nigidio. Arabibus *Eladari*, العذرى & frequentius *Sunbala*, vocatur: quorum postremum spicam significare docuit vir magnus. Rectè: nam Hebræis שִׁבֳּלִים sunt *Spicæ*. Arabes more suo & Chaldaico Nun intericiunt, præsertim vbi Dagesch inuenitur. Nomen itaque partis toti signo adhæsit. Est autem Virgo XII signorum sexta, si ab Ariete incipias: Arato quarta. De eius vestibus infrà. Nunc stellas recenseamus.

1	Australis in κεφαλῇ.	5
2	Septentrionalis ibidem.	5
3	Duarum sequentium in vultu Septentrionalis.	5

4 Australis

4	Australis ibidem.	5
5	In summitate alæ sinistræ.	3
6	Prima quatuor in eadem alâ.	3
7	Altera ibidem.	3
8	Tertia.	5
9	Postrema.	4
10	In dextro latere sub Zonâ.	3
11	Antecedens trium in alâ dextrâ.	6
12	Australis duarum reliquarum.	6
13	Septentrionalis earundem, quæ προτρυγητὴρ dicitur.	3
14	Sub manu sinistrâ, ὁ στάχυς.	1
15	Sub perizomate apud dextram coxam.	3
16	Septentrionalis lateris prioris τ̃ περι-πλόκια in femore læuo.	5
17	Eiusdem lateris australior.	6
18	Alterius lateris septentrionalior.	5
19	Huius australior.	5
20	In poplite sinistro.	4
21	In femore dextro.	5
22	Media trium ἐν τῷ περιποδίῳ ζώματι.	4
23	Australis ibidem.	4
24	Septentrionalis ibidem.	4
25	In pede læuo.	4
26	In pede dextro.	4

Sunt itaque omninò 26.

EXTRA FORMAM.

Prima trium ad rectam lineam sub brachio læuo.	5
Media earum.	5
Infima earundem.	5
Trium, quæ sunt ad rectam lineam ὑπὸ τ̃ στάχυν prima.	6
Earundem media.	5
Earundem vltima.	6

Sunt itaque sex, & cum prioribus 32.

Primæ stellæ sunt ἐν τῷ κεφαλίῳ: Has non immeritò in capitis ornamento locauis, vt & veteres factitasse existimo præsertim cum & κεφάλαιον pro capitis tegimento sumatur, & vocetur ab Arabum interpretibus *orbis capitis* quod κυκλάδα sonat. Isidorus: *Athenienses eas in cyclades aureas gerebant, partim in capite, partim in fronte.* Eadem vocatur στλεγγὶς lib. IV Athenæo, & aliis. Exponunt Scholiastæ χρυσοῦν ἔλασμα τὸ περὶ τῇ κεφαλῇ τῆς γυναικός. Theocritus Pharmaceutriâ σφάγνον appellat. Plinius lib. 1 . cap. xxxv *Spiras* appellat. Ex simplices, *Diademata, Nimbi, & mitra*: quæ omnia erant ex auro: nam de cæteris capitis ornamentis nihil hic dico. *Mitra* Phrygiarum erat, qua tamen non semper, vt puto ex auro. Diademata orbiculi erant ex auro, & gemmis capiti circundati. *Nimbi* erant transuersæ fasciolæ ex auro in linteo assuto. In Pseudolo Plauti legimus: *Quam magis aspecto, tam magis nimbata est.* Ita enim eum locum, in quo frustrà se cruciant interpretes, explicat Isidorus, & subiungit. *Nam & lumen quod circà angelorum capita pingitur nimbus vocatur.* Lege *Angelorum capita*. Notus est mos Christianorum Angelos, Apostolos, Virginem Θεοτόκον, & ipsum Christum orbiculo quodam, aut hemicyclio radiato ornantium, Mos simul, & nomen a Paganis traductum. Nam ad III Æneidos vbi Virgilius ostendit Penates Æneæ apparuisse *multo manifestos lumine* annotat Seruius *cum nimbo suo*. Græcè μηνίσκος vocatur, vt Scaliger ad Catalecta annotat. Eadem cum nimbo nostro esse videtur semimitra, cuius meminit Vlpianus *L. Argumento* 25. § *Ornamenta De Auro, Argento, Mundo*. Stellæ totius capitis obscuræ, magnitudinis quintæ: quare non malè Hyginus *quod caput eius nimium obscurum videtur*. Et Auienus: *viduataque vertice summo*. Decimamquintam ἐν περιζώματι locat Ptolemæus. Tabulæ Alphonsinæ & hanc & decimam quintam in cingulo ponunt. Sed notandum duo fuisse puellis cingula quorum prius strophium vocabât, quo mammas cohibebant sororiantes, Catullus:

—— Strophio lactantes cincta papillas.

quem versum memoriæ lapsu Cinnæ ascribit Isidorus. Multi alij meminere strophij, sed inter alios elegans est ille locus Titinij:

Me miseram, quid agam? inter vias epistola excidit mihi,
(Infelix) inter tuniculam, & strophium quam collocaueram.

Castulam vocat Nonius: Græci ταινίαν. Describit ita Virgilius:

Aurea subnectens exertæ cingula mammæ:

Hisce Zonulis subdita erat pellis, quæ *mamillare* vocabatur. De quâ Martialis:

Taurino poteras pectus constringere tergo:
Nam pellis mammas non capit ista tuas.

Fasciam vocat Ouidius:

Angustum circa Fascia pectus erat.

Et alibi: *———— omne papilla*
Pectus habent tumida: Fascia nulla teget.

De altero cingulo inferiori, quæ propriè ζώνη & μίτρα, clarius est quam vt explicatione egeat. Sed vbi Ptolemæus ait: τ̃ τ̃, δεξιοῦ γλουτοῦ apud dextri femoris vertebram, Tabulæ summitatem manus dextræ habent, quasi γλουτὸς sit ἀγκὼν. Περιπόδια orbiculus est pedibus alligatus, quo gentes quædam vsæ. Ptolemæus περιποδίου σύρμα vocat, nisi tunicam talarem intelligas. Debet itaque pingi Virgo nuda vsque ad mamillas, cum Nimbo, siue diademate, cum Strophio, cum Zonâ, & peripodia, ac veste virginali. Hyginus stellas nominat XVI, tres amplius Anonymus, non admodum malè. Decima tertia προτρυγητὴρ vocatur, quia ante vindemiam oritur; & dicitur Plinio maturitatem

tem vindemiæ promittere, quanquam Ouidius Fastorum IIII originem nominis deducat ex fabulâ alijs intactâ. Προτρυγητὴρ Proclo, προτρυγητὴς vocari dicit Columella Vindemiatorem exponens, quicum consentit Ptolemæus. Plinius capite 30 lib. 18. Vindemitorem vocat, vt & Ouidius: *At non effugiet vindemitor.* Vitruuius: *Ab ea non longè conformata est Virgo, cuius suprà humerum dextrum lucidissima stella nititur, quam nostri Prouindemiam materem, Græci προτρύγετον vocitant.* Lege: quam nostri *Prauindemiatorem, Græci προτρυγητὴν vocitant.* Loci cæteri non sollicitandi. Arabes hanc stellam *Almuredin*, & *Alaraph vocant.* lege *Almuredin alcaft.* Sequitur stella primæ magnitudinis στάχυς dicta: de quâ benè Auien.

Et ceu Siriaco torretur spica calore.

Est enim & Sirius primæ magnitudinis. Eam Alzimon vocant Arabes. Item Azimech & Alacel pro quo Scaliger coniunctim legit *Hazimeth alhacel.*

حزمة الحصال

In tabulis vocatur *Asimech inermis*, ad distinctionem hastilis Bootæ quod similiter Asimech, siue Hazimeth indigetant. Hinc *Spicifera Virgo* Manilio: *Virgo quæ spicea munera gestat* in Catalectis.

GEMINI.

Sequitur apud Aratum Geminorum signum, & deinde Cancri. Apud Germanicum ordo est permutatus. Signum hoc in Zodiaci ordine est tertium. Græci similiter Δίδυμοι vocant: Arabes *Elgeuze*. quod tamen Orionis proprium, vt infrà docebimus. Plerique hos putant esse Tyndaridas, qui & Ledæi iuuenes, & Dioscuri vocantur: Castorem, & Pollucē. De his fabula antiqua est, alternis viuere, & mori. quod qui ita explicarunt, quasi oriente vno alter occidat, nimis sunt ἀναστρολόγοι. Sed hinc nata est fabula, quod cum vnus alteri incumbat in Finitore Græcanico alter altero adhuc eminente totus ferè occidat, idemque rursum prior oriatur, & ita alternatis vicibus moriatur quodammodo, & reuiuiscat. Alij Triptolemum & Iasionem Cereri amatos referunt. Alij Amphionem & Zethum fratres esse volunt. Nonnulli Apollinem & Herculem. Vnde Arabes Canero propiorem Abrachaleus vocant, alterum Auellar, quorum hoc ex Apollon corruptum, alterum ex Iracleus monuit vir maximus nostri æui. Nigidius Samothracas Deos putauit, vt monet Anonymus ita emendandus: *Nigidius Deos Samothracas dixit, quorum argumentum nefas sit ememorare, propter eos qui mysteriis præsunt.* Quem locum cum iamdudum ita in meis ad Hymnos Orphaicos Notis emendassem inueni ex parte idem Meursio meo placuisse. Nigidio Hymni illi consentiunt: Dij enim Samothraces sunt Curetes, Corybantes, Cabiri. De his ita loquitur Hymnorum auctor:

Κουρῆτες, κορύβαντες, ἀνάκτορες ἀθάνατοί τε,
Ἐν Σαμοθράκῃ ἄνακτες, ὁμοῦ Ζηνὸς κόροι αὐτοί.
Πνοιαὶ ἀέναοι, ψυχοτρόφοι ἀεροειδεῖς·
Οἵτε καὶ οὐράνιοι δίδυμοι κλῄζεσθ᾽ ἐν ὀλύμπῳ.

Hoc est:

Curetes, Diuique potes, magni Corybantes,
Threiciaque Sami Reges, Iouis inclita proles,
Æterni in cælo flatus animabilis auræ;
Quos etiam in magno Geminos vocitamus Olympo.

Corybantes erant tres, Cyrbas, Pyrrhus, Idæus, quæ nomina ex Nonno primus erui. Cyrbas à fratribus duobus fuit obtruncatus: Hinc eum vocat Orphaicorum auctor:

Φοίνιος, αἱμαχθεὶς κασιγνήτων ὑπὸ δισσῶν.

Ex eius sanguine natum apium, vt liquebit. In Hygini codicibus alter fratrum harpen habet, antiquissimum teli genus: alter clypeum cum sanguine, & apij floribus: quod nisi nos explicassemus, nemo (vt puto) fuisset, qui quid ea gestamina sibi velint vnquam coniecisset. Vt mihi credas Clementem audi: εἰ θέλεις δ᾽ ἐποπτεῦσαι καὶ τὰ κορυβάντων ὄργια, τὸν τρίτον ἀδελφὸν ἀποκτείναντες οὗτοι, τὴν κεφαλὴν τοῦ νεκροῦ φοινικίδι ἐπεκαλυψάτην· καὶ καταστέψαντε ἐθαψάτην, φέροντες ἐπὶ χαλκῆς ἀσπίδος ὑπὸ τὰς ὑπωρείας τοῦ ὀλύμπου· καὶ ταῦτ᾽ ἐστι τὰ μυστήρια συνελόντι φάναι, φόνοι, καὶ τάφοι. οἱ δὲ ἱερεῖς οἱ τούτων, οὓς ἀνακτοτελεστὰς, οἷς μέλον, καλεῖν, προσεπιτερατεύονται τῇ συμφορᾷ. ὀλόριζον ἀπαγορεύοντες σέλινον ἐπὶ τραπέζης τιθέναι· οἴονται γὰρ δὴ, ἐκ τοῦ αἵματος τοῦ ἀποῤῥυέντος τοῦ κορυβαντικοῦ, τὸ σέλινον ἐκπεφυκέναι. Eadem fermè Eusebius; & his non dissimilia apud Arnobium libro quinto. In Manuscripti imagine alter Geminorum Lyram & plectrum habet, alter clauam cum hastâ. Is qui lyram habet Apollo est, aut Amphion quem in asterismo cum Lyrâ pingi etiam Anonymus comprobat. Alter itaque Zethus, aut Hercules: sed vtrum dicas manifestum est pictoris vitium: Nam nec Zethus clauam habet, nec Hercules hastam. Quanquam verò veteres omnes Geminos nudos finxerint; habent tamen in hâc figurâ vterque ocreas. Alter mantellum de quo vestimenti genere infra) alter chlamyda, qualem describit Isidorus. *Chlamys est, quæ ex vnâ parte induitur, neque consuitur, sed fibulâ infrenatur.* Nisi sibi χλαῖναν malis legere. Id quod in apice pilei est in formam crucis vulgaris torulum esse opinor: In Manuscripto enim nostro auream habet figuram, quam exprimere non potuit sculptoris manus. Toruli verò aurei Deorum erant signa. Plautus Amphit. Mercurio loquente:

Tum

Tum meo patri autem torulus inerit aureus
Sub petaso: id signum Amphitruoni non erit.

Quem locum qui sollicitandum putauerunt Varronem legisse non videntur, qui torulum, capitis exponit ornamentum. Hæc de vestibus: ad sidera veniamus in quorum enumeratione placet Tauro propiorem Castorem appellare, Cancro viciniorem Pollucem.

1	In capite Castoris.	2
2	In capite Pollucis.	2
3	In cubito sinistro Castoris.	4
4	In brachio eiusdem.	4
5	Insequens hanc in interscapilio.	4
6	In humero dextro eiusdem.	4
7	In humero sinistro Pollucis.	4
8	In latere dextro Castoris.	5
9	In latere sinistro Pollucis.	5
10	In sinistro genu Castoris.	3
11	Sub genu sinistro Pollucis.	3
12	In inguinis parte læuâ Pollucis.	3
13	In suffragine dextrâ eiusdem.	3
14	Ante læuum pedem Castoris.	4
15	Sequens hanc in ipso pede.	4
16	In summo pede dextro eiusdem.	4
17	In summo pede sinistro Pollucis.	3
18	In summo pede dextro eiusdem.	4

Sunt omninò 18.

EXTRA FORMAM.

1	Præcedens pedem læuum Castoris.	4
2	Remotior à genu læuo eiusdem.	4
3	Ante genu sinistrum Pollucis.	5
4	Media trium quæ lineam rectam constituunt post sinistram eiusdem.	5
5	Septentrionalis trium.	5
6	Australis earum, apud lacertum.	5
7	Sequens prædictas.	4

Sunt itaque septem, & vnà cum reliquis. 25.

In Sphæris nona collocata est sub humero dextro Castoris: Vndecima, & duæ sequentes alias longè partes occupant, quàm nos ex tabulis Ptolemaicis describimus. Error inde est, quod genua Pollucis sursum suprà clunes Castoris deberent effingi, cum is nunc demissis genibus, erectisque pedibus figuretur. Hyginus & Scholiastes multas stellas habent quas & nos, sed variato situ, adeò, vt pro dextro sæpè læuum constituant. Stellas quoque nonnullas extra formam positas formæ adiungunt. Stella secunda, quam plerique in capite Pollucis, nonnulli inter vtrunque collocant, Raselgeuze dicitur Arabibus. Ὑπόκυφος, hoc est subtussam, vocat Ptolemæus. Tabularum auctores & hic & alibi videntur legisse ὑπόκαρος. Transferunt enim *Carea*. Stella prima extrà formam Hygino, Proclo, Anonymo aliisque πρότερος appellatur. Id nomen occasionem dedit Anonymo alio in loco corrumpendo, vbi enim de posteriore Geminorum sermo est, ita legitur. *Alter qui Propus appellatur, is iuxta Cancrum est.* Lege *qui Pollux appellatur.* Idem paulo inferius admodum est turbatus glossematis, & quidem ineptissimis: Itaque iis eiectis, vnaque voculâ immutatâ ita lege. *Hi sunt inter* XII *signa Zodiaci circuli: Sed in medio circulo tropici qui Æstiuus appellatur siti sunt.* Nam quis non rideat, & Æquinoctialem cum Tropico confundi, & Geminos in Hyemali Tropico constitui. Quod si ex Græcarum vocum (quibus fortè circulum hunc nominauit Anonymus vt sunt, ὁ τοῦ καρκίνου, ὁ θερινὸς, ὁ βόρειος) malà interpretatione corruptam putes lectionem non difficulter à me assensum impetrabis.

CANCER.

Cancer, qui Græcè καρκίνος, tertium Zodiaci signum, Arato sub medio Helices ponitur, vt Gemini sub capite, Leo sub cauda Arabibus Alsatian السرطن vocatur, Hebræis quoque סַרְטָן appellatur.

Stellæ hæ sunt.

1	Nebulosa in pectore.	4
2	Septentrionalis duarum antecedentium quadrilateri quod est circa nebulosam.	4
3	Meridionalis earum.	4
4	Septentrionalis lateris alterius.	4
5	Meridionalis eiusdem.	4
6	In Chelà australi.	4
7	In Chelâ septentrionali.	4
8	In pede septentrionali posteriore.	5
9	In pede australi posteriore.	4

EXTRA FORMAM.

10	Apud flexuram Chelæ australis.	4
11	In extremâ Chelâ Australi.	4
12	Duarũ quæ nebulosam sequuntur prior.	5
13	Earundem posterior.	5

Sunt itaque omninò 13.

In Sphæris vna ponitur, quæ non numeratur in Almagesto. Ea à quintâ paulum australius declinans collocatur. Stella prima Arabibus Melleph مالف vel ملف cum Tesdid. Thema est. لفف inuoluere. συστροφή vocatur, quod Barbari implicitatem interpretantur. In Ptolemæo legitur: τὸ ἐν τῷ στήθει νεφελοειδὲς συστροφὴ καλούμενον φάτνη τὸ μέσον. In Græcorum fabulis φάτνη vocatur, de quâ Aratus in Diosemeiis:

Σκέπτεο καὶ φάτνην· ἡ μέν τ' ὀλίγῃ εἰκυῖα
Ἀχλύϊ βορραίῃ ὑπὸ καρκίνῳ ἡγηλάζει.

Et inferius:

——— ὁ δὲ μάλα χεὺ
εἰς φάτνην ὁρμῶν, τὴν καρκίνος ἀμφιελίσσει.

Latini Præſepe, vel Præſepium vertunt. Sed ex Ptolemæo liquet non vnam tantum ſtellam Præſepe vocatam, ſed plures. illi aſſentiuntur iſta Procli: *οἱ δὲ ἐν τῷ ἡγουμένῳ νεφελοειδεῖ συστροφῇ ἐοικότες κηλῖδος φάτνη.* Eaſdem Nubili nomine indigetat Anonymus. Quartam, & quintam Græci *ὄνους* vocant. Aratus:

Ἀμφὶ δέ μιν δύο λεπτὰ φαεινόμενοι φορέονται
Ἀστέρες, οὔτε τι πολλὸν ἀπήοροι, οὔτε μάλ' ἐγγύς,
Ἀλλ' ὅσσον τε μάλιστα πυγούσιον οἰήσασθαι·
Εἷς μὲν πὰρ βορέαο, νότῳ δ' ἐπιέρχεται ἄλλος.
Καὶ τοὶ μὲν καλέονται ὄνοι. ——

Proclus: *οἱ δὲ πλησίον αὐτῆς (φάτνης) δύο ἀστέρες κείμενοι, ὄνοι ὀνομάζονται.* Fabulam vide apud Hyginum, & Scholiaſten Anonymum, & Auienum. Manilius Iugulas vocat, cum tamen Iugula Feſto, & Anonymo ſit Orion. Latini Aſinos, & Aſellos vocant. Sunt autem Aſini, Præſepe, cum ſecundâ, & tertiâ in teſtâ Cancri, quæ tegmen Auieno. Sexta & ſeptima in chelis ſunt ſingulis. *Labia* vocant tabulæ Alphonſinæ, alij anteriores vngulos, Barbati griuoneſcos: poſſis Flagella cum Ouidio, Acetabula & cirros cum Plinio vocare. Tres in iis partes ipſa brachia, forcipes, ſeu forſices, & dentes, quæ vulgo malè confundunt. Scholiaſtes Anonymus ſtellas eas in cornibus collocat. Et ſanè non negandum eſt Cancris eſſe cornua, cum Plinius dicat illorum incurſu Cancros arietum inſtar dimicare. Sed aliud ſunt cornua, aliud brachia, quæ ille etiam in Scorpio confudit. Arabibus brachia *Acubene* vocantur. Sed legendum *Azubene*; Nam *Zuben* vt ex Scorpij aſteriſmo patuit eſt chela. Pedes teſte Plinio habent Cancri præter Chelas octonos incuruos: Vnde *ὀκτάποδες* Graiis, & Octipedes Latinis appellati. Non malè itaque ſtellam octauam in penultimo pede τ̃ *βορείων*, & nonam in vltimo τ̃ *τέσσαρα τῶν νοτίων* collocaris. Hyginus in ſtellis enumerandis iuſto liberalior, nam XVIII computat, vt & Anonymus qui XVI: Ita enim legendum non XVI docent præcedentia. Auienus ſtellam ſecundam Chelæ Septentrionali annumerat, decimam eum ſequenti auſtrali. Annumeratis itaque iis quæ in Chelis ſunt, vnà cum Præſepio & Aſinis octo enumerat, quas maximè putauit notandas. Verſus eius, prout à nobis ſunt diſtincti, hi ſunt:

—— *quà duo concaua dorſo*
Tegmina curuantur, geminus micat ardor in auras:
Hos dixere Aſinos ortos Theſprotide terra,
Et ſidus Lenaeo tuum: diſterminat aër
Craſſior hos, itidem qualis Præſepibus eſſe
Forma ſolet: diſpar chelarū flamma coruſcat:
Nanq. tribus ſtellis adoletur dextera Cancro
Luna duas pigro ſuccendit ſomite flammas.

Leo.

Leo hic in Zodiaci ordine quintus eodem apud Græcos, Latinoſque nomine nuncupatur: Arabibus Aleact, vel Alaſid الأسد potius nuncupatur: in fabulis Cleonæi & Nemeæi epithetis ornatur. Sed hæc paulò clarius explicanda. Leonem hunc à Lunâ nutritum volunt, quia Veterum ea erat opinio, vt omnia monſtra à Lunâ immitti putarent, aut quia eadem cum Dianâ ſiluarum præſide. Locus illi aſſcribitur in Arcadiâ, hiſce nominibus Clitorium, Cleone, Bembina, Nemes, Amphryſos, quæ omnia præter penultimum apud Plinium in Arcadiæ deſcriptione inuenias, ſuntque partim eadem, partim vicina. Locus Plinij ita ſe habet: *Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida regio Nemea Bembinadia vocitata.* Hyginus in opere Mythologico Fab. XXX ait, *Leonē Nemeaū quem Luna nutriuerat, in antro Amphryſo ac* * *tropum necauit.* Locus hic meritò omnibus ſuſpectus: conicio legendum, *in antro Amphryſo ad Clitorium necauit.* Scholiaſtes Anonymus: *Nigidius refert hunc Leonem nutritum apud Lunam* (malim *ab Lunâ*) *in terrâ Arcadiâ in regione Nemea in ſpeluncâ* * *Mibdimon nomine fuerit, quam quidam Aphriſo dicunt.* Legendum puto: *cui Bembinon nomen fuerit, quam quidam Amphryſon dicunt.* Amphryſon legendum euincit Hyginus, & notum eſt tres pluréſque locos diuerſis regionibus eo nomine inſignitos. Sed hoc leue. Alterum grauius erratum, ſed literarum ductus, & tranſpoſitiones animaduertenti liquebit verè emendatum. Plinius Bembinadiam dixit, Stephanus Bembinam, Hellanicus Bembinon quod proximè accedit. locus eſt talis in Milite Plauti:

Vbi Bembomachides Cluninſtari dyſarchides
Erat Imperator ſummus. Neptuni nepos.

Eum pleríque hodie putant integrum: nec ego negem ſimilibus nominum compoſitionibus vſum Plautum: ſed ita vſum affirmo vt origo vocum pateret, vt in Theſauronicochryſides, aliíſque. Hic vt demus prius verbum aliquid ſignificare, poſterius quomodo interpretabimur: Quare ego, Imperatorem eum, monſtro alicui comparari autumor, præſertim cum Neptuni ſobolem fabularum auctores ſemper faciant monſtroſam, quod & antiqui obſeruarunt. Puto itaque legendum:

Vbi Bembinatæ Cleonæi inſtar Iſarchides
Erat Imperator ſummus Neptuni nepos.

Hæc de nomine. Sequitur ſtellarum numerus.

1	In pilulâ naſi,	4
2	In rictu oris.	4
3	Auſtralior in capite.	3
4	Septentrionalior ibidem.	3

5 Septen-

5 Septentrionalior trium in iubâ ceruicis. 3
6 Media earundem. 2
7 Meridionalior trium earum. 2
8 In corde. 1
9 Paulum Australior præcedenti, & hæc locatur in pectore. 4
10 Antecedens paulũ eam quæ in corde est. 5
11 In genu dextro. 5
12 Ἐν τῷ ἀγκῶνι dextra præcedente. 6
13 Ἐν τῷ ἀγκῶνι sinistra præcedenti. 4
14 In genu sinistro. 4
15 In sinistrâ axillâ. 4
16 Antecedens trium quæ sunt in ventre. 6
17 Septentrionalis duarum sequentium. 6
18 Australis earundem. 6
19 Antecedens in lumbis. 5
20 Sequens in lumbis. 2
21 Septentrionalis duarum quæ sunt in vertebris femorum. 5
22 Australis earundem. 3
23 In posteriore parte femorum. 3
24 In suffraginibus posterioribus. 4
25 Australior hâc in lacerto. 4
26 Ἐπὶ τῶν ἀγκώνων posteriorum. 5
27 In caudâ extremâ. 1

Sunt itaque omnino 27. &

EXTRA FORMAM.

1 Prior duarum super dorsum. 5
2 Posterior earum. 5
3 Septentrionalis trium quæ sunt sub aluo. 4
4 Media earum. 5
5 Australis earum. 5
6 Septentrionalis τῆς συστροφῆς πλοκαμοειδοῦς quæ est inter extrema Leonis & Helices. Neb.
7 Prior in parte australi. occ.
8 Posterior ibidem. occ.

Sunt hæ octo, & cum superioribus 35.

Pilulam vocaui id quod in tabulis *extremitas naris* vocatur, & Capellæ *naris imum*. In Isidoro *pirula* legitur, & additum est Glossema *à formulâ pomi piri*. Eo itaque eiecto lege *pilula*. Nam & Græci, vt Pollux, & Rufus Ephesius ostendunt τὸ ἀκροῤῥίνιον vel, vt Ptolemæus loquitur, ἄκρος μυκτὴρ appellatur Σφαίριον. Hoc quoque monendum in Sphæris præterquam quod situs aliquantulum sit immutatus, nonam stellam quæ in pectore est omitti. Quæ eam præcedit, καρδία λέοντος vocatur, & Arabibus ad verbum *Calbelezid*. Proclo & Ptolemæo βασιλίσκος, sed legendum βασιλικός: Ratio nominis apud Theonem, ὅτι αὐτὸν οἱ Χαλδαῖοι νομίζουσιν ἄρχειν τῶν οὐρανίων. Aliam assignat Proclus, ὅτι δοκοῦσιν οἱ περὶ τὸν τόπον τοῦτον γεννώμενοι, βασιλικὸν ἔχειν γενέθλιον. Plinius: VIII *Calendas stella, Regia appellata Tuberoni, in pectore Leonis occidit matutino* Regia stella, βασιλίσκος ἀστήρ. Emendandus Anonymus, & splendus in Leone: *Illa autem magna, & clara, quæ in pectore eius est, appellatur Tyberone*. Lege: *appellatur Regia Tuberoni*. Δράγματα sunt complicationes digitorum. pugilli. Hinc δράγμα dicitur quantum manu potest comprehendi. Stella ea quæ in caudæ est extremo Denebalezid vocatur Arabice, ἀπὸ τῆς λέοντος οὐρᾶς. Sed quia caudæ Leonum longæ sunt, & hæc stella in extremâ caudâ ponatur, videtur distantiarum analogia seruari non posse, nisi Leo caudâ inter crurâ demissâ pingatur: Et hoc conueniens est, cum præsertim currens figuretur: Leones verò caudâ ita demissâ fugere, testis Aristoteles libro de Animalium Historiâ nono. Stellas tres postremas extrà formam constitutas primus Conon Ptolemæo adulatus comam Berenices appellauit, quem secutus est Callimachus, & eius hâc de re carmen longè elegantissimum interpretatus est Catullus: Πλόκαμον Græci vocant, cæsariem Latini, vel crinem, nonnunquam & tricam; Tricas enim Romani dixerunt, quas Græci τρίχας. Nonius: *Tricæ, sunt impedimenta, & implicationes dictæ quasi τρίχες quod pullos gallinaceos inuoluant, & impediant capilli pedibus implicati*. Ratio subsequens ita legi postulat, non *quasi cerica* vt vulgo legitur. Ptolemæus dicit similem esse comam φύλλῳ κισσοῦ, folio hederaceo. Id non intellexerunt Tabularum auctores, qui *fusum rosa* vertunt. Hygino VII stellæ nuncupantur, sed quia illum easdem de quibus hîc sermo intelligere, vel ex eo liqueat, quod formam iis triquetram assignet, vnius notæ mutatione legendum est III *stellæ*: Anonymus quoque ad eius instar corruptus, ad eiusdem exemplum emendandus. Collocata autem est hæc Coma inter Helicen, Arctophylacem, Leonem, & hisce quatuor propè est circunscepta. Catullus in carmine Callimachio:

Virginis, & saui contingens nanque Leonis
Lumina, Callisto iuncta Lycaonia
, Vertor in occasum tardum dux ante Booten,
Qui vix serò alto mergitur Oceano.

Eiusdem carminis, in quo κατὰ προσωποποιΐαν Coma loquens introducitur versus vltimus variè in libris concipitur. Mihi hæc lectio erat:

Proximus Erigone fulgeret Oarion.

Sensus est: Cur in sideribus amplius remoror? Quin potius iterum sum Reginæ coma? Per me sanè licet, si hoc impetrem, vt Arctophylax Virgini sit proximus. Coma enim quodammodo seiungit Booten à Virgine. Booten verò Oriona appellatum testatur locus ille Hesychij; ὠρίων ἀστὴρ καὶ ἀστέρων, ὃν τινες ὀνομάζουσι Βοώτην. Illo quoque Homeri loco:

Ἄρκτον θ᾽ ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἥτ᾽ αὐτοῦ στρέφεται, καί τ᾽ ὠρίωνα δοκεύει.

Videtur Booten intelligere, quod clarius adhuc

erit si Manilium audiamus Homerum explicantem:

Iam tum, cum Graia verterunt Pergama gentes

Arctos, & Orion aduersis frontibus ibant.

Aduersis eunt frontibus Boores & Helice, vt notum: Vrsa & Orion sunt quidem aduersis frontibus: sed nimium distant. Hoc vltimo sciendum Hyginum & Anonymum inter se conuenire, non etiam nobiscum: Nouendecim vterque numerat. In Manuscripti imagine stellæ multæ satis feliciter expressæ, vt ex diligenti collatione apparebit.

AVRIGA.

Auriga, Aurigator, Agitator Latinis, Græcis ἡνίοχος appellatur, quod ad verbum idem sonat, quod Arabicum ماسك العنان Retinens habenas. Idem est Myrtilus, & Erichthonius, & Arabum nonnullis, vt Scaliger ostendit, *Roba*. Solet is pingi cum habenis, quod indicare videntur ista Germanici:

Sic nulli currus, sic ruptis mæstus habenis

Perfidiâ Pelopis raptam gemit Hippodamiam.

Aurigæ in imagine Manuscripti Virginis vestes attributæ, tunica, Diadema, & Strophium. Habet prætereà stolam, siue ricinium. Isidorus *Mauortem* dicit: sed legendum *Maforte*. Glossæ: *Maforte operimentum capitum mulierum*. Nonius, *Mafurtium* vocat. Huius stolæ ea fuisse ratio ex Isidoro & imagine videtur, vt per caput in humeros demissa in alterum latus reiiceretur, & nonnunquam attraheretur ad operiendum caput. Flagellum tantum, Capra, & hædi Aurigam esse demonstrant. Hæc igitur perperam confusa. Aurigam nudum pingi debere mea fert sententia. Hæ sunt eius stellæ.

1	Australior in capite.	4
2	Septentrionalior in capitis vertice.	4
3	In sinistro humero.	1
4	In dextro humero.	2
5	In dextro cubito.	4
6	In καρπῷ dextro.	4
7	In sinistro cubito.	4
8	Sequens in καρπῷ sinistro.	4
9	Antecedens ibidem.	4
10	Ἐν τῷ σφυρῷ pedis sinistri.	3
11	Ἐν τῷ σφυρῷ pedis dextri.	3
12	Septentrionalior præcedenti ἐν τῷ ἀκροποδίῳ.	5
13	Adhuc Septentrionalior, in femoris vertebrâ.	5
14	In sinistro pede parua.	6

Sunt omninò 14.

Tertia Arato est αἲξ ὠλενία, Amalthea, & Iouis nutrix Poëtis. Arabibus *Alhaiot*, vel potius *Albatod* العنز vt Scaliger docuit, quod hircum significat, quo nomine Latini quoque posteriores hoc sidus indigetant. Id in Sphæris, non in humero, sed in brachio ponitur, cõtrà veterum omniũ sententiam, Sextam & octauam ἐν καρπῷ collocari. Pars ea est manus, aut brachij, quâ vtrunq. iungitur. Vulgus Brachiale vocat. Brachiale autẽ, vt liquet ex Plinio lib. XVIII. est τὸ περικάρπιον, non ὁ καρπός; Hoc Latini *armillam*, *viriolam*, & *circulum* appellare solebant. Galli, & Belgæ etiamnum *Brachiale* ... appellant. Octauam, & nonam معزين capellas, & ἐρίφους hoc est, *hædos* vocant. Has collocat Aratus καρπὸν ἐπὶ χειρός: Et Proclus ἐν ἄκρᾳ χειρί, Auienus *in Fine manus* quæ omnia idem significant. Nam anatomici καρπὸν vocant commissuram manus: quanquam Homerus, aliique Poëtæ volam manus, quæ Hir vocatur, ita appellent, quæ alio nomine δρὰξ & θέναρ nuncupatur. Alij in brachio collocarunt, & inde Arabes aut vtranque aut alteram clariorem *Sadatens* appellarunt, hoc est βραχίονα ἐπέρδιον, vt vir magnus demonstrauit. Eas quæ præcedunt antepenultimam ἐν τῷ σφυρῷ, hoc est malleolo pedis collocaui: Tabulæ vocant, cauillam. Id vulgò malè cum talo confundi solet; Περιπόδιον vestem significare videtur: Sed auriga nudus pingitur: quare vide an non sit ἀκροπόδιον. Nam in Geminis quoque talum πρόποδα Ptolemæus appellat. Septem stellas refert Hyginus. Primam tertiam, quartam, quintam, septimam, & duas sequentes. Anonymus in brachio toto sinistro quatuor extra Capram collocat, quod fieri non potest. Itaque puto legendum transpositis vocibus: *In dextrâ manu duas: in sinistra vnam*, &c. Habebis itaque X stellas: hoc est præter VII, quas & Hyginus habet, sextã, & duas vltimas.

TAVRVS.

Sequitur Taurus in Zodiaci ordine secundus, aut, si à Cancro cum Arato incipias vltimus. Nomen huius Græcis & Latinis idem: Quin & Arabibus: illi enim الثور, hoc est, Ataur, siue Altor dicunt. Hinc fit, quod in Lexico Medico inuenias *Harataur Stercus bouis*: خر الثور Germanicus etiam Bouẽ nuncupat, & fabulæ Io, siue Isidem: aut Europæ portitorem. Hic in cælo dimidiatus pingitur, & Pegasus, & Argo. Scholiastes id fieri fabulatur ob fœminei sexus pudorem, vt & de equo, quia nonnulli Chironis filiam esse volunt, alibi tradidit, qui loci se mutuò explicans. De Tauro quod attinet, simile est illud Manilij:

—nam

——— nam mascula sex sunt:
Diuersi totidem generis sub principe Tauro
Alternant genus, & vicibus variantur in orbem.
Cernis vt auersus redeundo surgat in arcum?

Et alibi:

At quos prima creant nascentis sidera Tauri,
Fæminei iaceant: nec longè causa petenda est,
Si modo per causas Naturam quærere fas est.
Auersus venit in cælum. ———

Locus ille vbi Taurus quodammodo abscinditur τομὴ appellatus, Ptolemæo ἀποτομή. Germanici Scholiastes excisionem transtulit, hodierni abscisionem, & sectionem appellant. Hunc auersum oriri, & occidere notat Hyginus, & sæpè inculcat Manilius. Deinde situs eius talis est, vt genua curuata appareant; hinc non ineleganter Aratus eum πεπτηῶτα nuncupat, quod alij tamen aliter exponunt. Cornua eius sunt longa, & incurua, & vt verò veterique vtar vocabulo, camura. Auienus: *Sic camuris ardet protractibus*: Quo vocabulo eadem in re satis eleganter vsus Virgilius:

—— & camuris hirta sub cornibus auris,

quem locum explicant Festus, & Marcellus. Sed quia semel de eius situ, partiumque inter se relatione loqui cœpimus, etiam hoc addamus. In Sphæris aures ita pinguntur, vt quatuor illas quæ in nostrâ enumeratione vigesimam quintam sequentur, comprehendant. Eas Ptolemæus in collo collocat. Vigesimam secundam, & sequentem hic in aure, Sphæræ contrà in dorso collo statuunt. In tabulis illâ in parte erratum est, vbi duæ sequentes, eas de quibus proximè diximus, in genu collocantur, cum sint in collo. Sed hæc clarius ex ipsâ enumeratione videbis.

1 Septentrionalis quatuor, quæ sunt in excisione. 4
2 Sequens hanc. 4
3 Sequens etiam hanc. 4
4 Australissima earundem. 4
5 Sequens has ἐν τῇ ὠμοπλάτῃ dextrâ. 5
6 In pectore. 3
7 In genu dextro. 4
8 In dextro σφυρῷ. 4
9 In genu sinistro. 4
10 In sinistro cubito. 4
11 Earum quæ in vultu illa quæ in naribus. 3
12 Inter hanc, & oculum Septentrionalem, 3
13 Inter hanc & oculum australem. 3
14 In oculo australi. 1
15 In oculo Septentrionali. 3
16 In initio cornu australis, siue in aure Australi. 4
17 Duarum in eodem cornu Australior. 4
18 Septentrionalior earundem. 5
19 In extremo cornu australi. 3
20 In initio cornu Septentrionalis. 4
21 In extremo cornu Septentrionali, communis cum dextro pede Aurigæ. 4
22 Septentrionalior duarum in aure Septentrionali. 5
23 Australior earundem. 5
24 Prior duarum quæ in collo. 5
25 Posterior earum. 6
26 Australis prioris lateris quadrilateri, quod in ceruice est. 5
27 Septentrionalis eiusdem lateris. 5
28 Sequentis lateris Australis. 5
29 Sequentis lateris Borea. 5
30 Extremitas Septentrionalis prioris lateris Virgiliarum. 5
31 Eiusdem lateris terminus Australis.
32 Sequens terminus angustissimus. 5
33 Egrediens Pleias in septentrionem. 5

Sunt omninò 33.

INFORMES.

1 Sub pede dextro, siue sub scapulâ. 4
3 Præcedens trium super cornu australe. 5
3 Media trium. 5
4 Vltima earum. 5
5 Septentrionalior duarum sub acumine cornu eiusdem. 5
6 Australior earundem. 5
7 Prima quinque quæ sunt sub cornu septentrionali. 5
8 Secunda earum. 5
9 Tertia earum. 5
10 Duarum reliquarum septentrionalior. 5
11 Vltima, & duarum australior. 5

Sunt itaque vndecim, & cum reliquis 44.

Vndecima cum quatuor sequentibus Hyadum nomen apud Græcos accepit ἀπὸ τοῦ ὕειν, vnde & pluuiarum ἐπίθετον à Poëtis tribuitur. Latini formâ quadam ὑποκοριστικῶς dictas ἀπὸ τῶν ὑῶν, hoc est, à suibus, arbitrantes. ex errore SVCVLAS nominarunt, quod obseruarunt Cicero, Plinius, Gellius. Emendandum Fragmentum illud quod Anonymo assuitur, ex Plinio mutuatum, parum tamen mutatum. In eo legitur. *membrorum augmento Hyadas appellantibus Græcis, quod nostri à similitudine cognominis vocabulum eis stellis propter succos impositum arbitrantur: imperiti appellauêre Succidas.* Legendum: *nimborum argumento H. a. G. q. nostri similitudine c. v. e. s. propter sues impositum arbitrantes, imperitiâ, appellauere Suculas.* De harum numero (vt & de nomine) varia sententia: Obtinuit tamen eorum auctoritas, qui quinque statuerunt. Earum nomina in his habes Hesiodi versibus:

—— νύμφαι χαρίεσσαι ὁμοῖαι,
Φαισύλη, ἠδὲ Κορωνὶς, ἐϋστέφανός τε Κλέεια,
Φαιώ θ' ἱμερόεσσα, καὶ Εὐδώρη τανύπεπλος.

ζ 3 De his

De his ita Aratus:

Καὶ λίην κεῖνον ὄνομ' ἄγεται, οὐδέ τοι αὕτως
Νήκουστοι ὑάδες· ταὶ μέν ῥ' ἐπὶ παντὶ μετώπῳ
Ταύρου βεβλέαται.

Harum prima est in naribus, cuius indicium facit Germanicus. In Ptolemæi Latinis codicibus perperam legitur *in auribus*. Quarta, quæ omnium est decimaquarta, in oculo est australi. Palilicium sidus Romani, teste Plinio, Arabes *Aldebaran* vocant, quæ tamen nomina Hyadibus omnibus tribuunt nonnulli. Eadem λαμπαδίας, & ὑπόκιρρος Græcis. Aben Ezra כימה interpretatur oculum bouis sinistrum. Alij, vt Scaliger obseruauit כסיל appellari contendunt. Hæc tamen duo diuersa esse liquet ex Iobo cap. XXXIIX versu 31, & cap. IX versu 9, item ex Amoso cap. V. versu 8. vbi hæc duo distinguuntur. Hieronymus כימה *Hyadas* transfert. Ego putem non ineptè dici posse, si concedamus Hebræos similes nobiscum figuras habuisse, כסיל esse baltheum Orionis: nam כסל Hebræis idē, quod ميزر Mizar Arabibus. ideoque additur in Iobo מושכות, quod vulgo plerique lora interpretantur. Pro hac sententia est, quod multi כסיל Orionem transferant. De stellâ vigesima primâ ita Aratus:

—— *λαιοῦ δὲ κέρατος ἄκρον.*
Καὶ πόδα δεξιτερὸν παρακείμενον Ἡνιόχοιο
Εἷς ἀστὴρ ἐπέχει.

Hoc est, Auieno transferente:

Vna pedem Aurigæ dextrū, cornuq; sinistrum
Stella tenet pecoris.

Quatuor stellæ earum quæ in forma sunt vltimæ, πλειάδες Græcis dicuntur, vel à Pleione Nympha, vel quod plures sint coniunctæ. Has fabulæ septem narrant. Aratus sex tantum videri affirmat. Ptolemæus, vt vides, quatuor adfert præcipuas. Eædem Atlantiades vocantur, iam ab Hesiodi temporibus. Latini à Vere Vergilias vocant. Arabes *Atauria* dicunt, vel *Athoraie*, tanquam Taurinas voces. Hæ apud Aratum eiusque interpretes non vnà cum Tauro sed aliquanto post tractantur, cuius ratio est, quod eas veteres (vt alibi ostendimus) extrà Taurum figurarint, quod minimo labore fieri potest, si dorsum aliquantulum demittatur. In Manuscripti imagine notabis diuersum capillorum ornatum, & inaures, solenne mulierum gestamen, quas Græci ἐλλόβια, ἐνώτια, & ἑλικτῆρες appellant. Ad hæc respicit Alexandrinus, cum ait: *κωλύει δὲ βιαζομένους τὴν φύσιν ὁ λόγος τοὺς λοβοὺς τῶν ὤτων τιτρᾶν.* Et notandum est, quod & Isidorus monuit pueros tantum in dextrâ aure hæc ornamenta gestare solitos, puellas in vtraque. Media Pleiadum calanticam habere videtur lugubrem. Ea Electra est, Hygino & Auieno testibus Troianorum lugens calamitatem. Hoc quoque ex Hygino notandum ab antiquis Astrologis Pleiadas Tauri caudam vocatas. Anonymus XVIII enumerat stellas sine Vergiliis: Hyginus XIIII. Ita enim omnes codices vetustiores, vnde miror editionis nouissimæ auctores XVIII substituisse, nisi illi hac in re Scholiasten Anonymum sequi maluerint, quàm ipsum Hyginum: debuerant saltem summam cum enumeratione conferre. Hyadas vterque ex parte in cornibus collocat, cum Aratus *ἐν τῷ μετώπῳ*, hoc est, in vultu tantum constituat: quod Germanicus nimis arctè *Frontem* transtulit. Scholiastes Germanici errore magno est obsitus, vbi legitur: *in pallā vnam*, legēdum puto *in scapulā vnam*. Indicat videlicet eam, quæ nobis est quinta, *vt Ptolemæi verba demonstrant.*

CEPHEVS.

Cepheus idem nomen habet apud Græcos, Latinos, Arabas: Sed apud postremos ob literarum affinitatem valdè corruptum, vnde fit vt modo Phicares, modo Cleichius, modo Canceus appelletur, cum verum sit (vt ante nos docuit magnus Scaliger, cuius libenter memini) فيعوس κηφεύς. Arabum Interpretes, Flammigerum vocant. Scilicet cum illis Phicares vocaretur, vt ostendimus, putauerunt id ipsum, paruâ literarum Metathesi esse Græcum *πυρφόρος*, quod apud Æschylum Flammigerum designat. Idem πατρωνυμικῶς Iasides appellatur. Habet Cepheus in Manuscripti imagine togam sed manicatam, cuius meminit Plautus. Et ricinium virile (nam femininum, de quo suprà egimus, ab hoc aliquantum differt) retrò iactum & Zonam. In capite habet tiaram: ita enim vocat Ptolemæus. Tiaræ teste Isidoro duplices rectæ, & incuruæ, quarum hæ Satrapis, illæ Persarum Regi vsitatæ. Hæc incurua esse videtur, nam rectam hemisphærio omninò assimulat Hieronymus ad Fabiolam ita scribens: *Quartum est genus vestimenti rotundum pileolum quasi sphæra media sit diuisa, & pars altera ponatur in capite, hoc Græci, & nostri Tiaram nonnulli galerum vocant. Non habet acumen in summo, &c.* Stellas habet has.

1	In pede dextro.	4
2	In pede sinistro,	4
3	Sub cingulo ad dextrum latus.	4
4	Apud humerum dextrum.	3
5	Apud cubitum dextrum.	4
6	Sub cubito dextro, sequens præcedentem.	4
7	In pectore.	5
8	In brachio sinistro.	4
9	Australis trium in Tiarâ.	5
10	Media earum.	4
11	Septentrionalis earundem.	5

EXTRA

EXTRA FORMAM.

12	Præcedens Tiaram.	5
13	Sequens eam.	4

Sunt simul omnino 13.

Quarta Arabicè Alderaim الدراع dicitur, hoc est brachium dexterum. يمين Hebraicum est חררוע הימין Sed Zaiin in Dhal mutatur, vt זנב ذنب Cauda. Septimam Ptolemæus, quem sequimur in pectore collocat, quod si verum est, non omnino verum est quod quidam volunt, in Sphæris dorsa semper pingēda: qua de re quid Hipparchus, quid Theon senserint alibi notatum. Stellas illas quas in pede posuimus, interualli ratio in genibus magis poscit collocari. In tertiæ stellæ Periphrasi Tabulæ sunt corruptæ: Legitur enim: *qua est sub angulo* pro *sub cingulo*. Hyginus, Anonymus, & Manuscripti imago inter se magis quàm cum Ptolemæo consentiunt, illum liberalitate, non veritate superantes. Sequitur eius vxor.

CASSIEPEA.

Nomen hoc in correctioribus codicibus Græcis & Latinis per secundam vocalem concipitur, non per quartam, vt sit *Cassiepea*. Arabum interpretatores vocant: *Mulierem habentem palmam delibutam*. Et sanè in Hygini imaginibus manus altera Cassiepeæ vnguentis stillare fingitur: altera religata est: quorum vtrunque nugatorium. Scaliger etiam in Mappis ذات الكرسي hoc est, mulierē seliquastri dici testatur. Seliquastrum, vel siliquastrum vocat Hyginus, quod Græci θρόνον, siue κλιντῆρα, Aratus δίφρος. Vocabulum hoc Latinum in primâ syllabâ Varroni, & Festo per vocalium secundam scribitur. Hygino duobus in locis, & Arnobio libro secundo per tertiam. Est autem meo iudicio, seliquastrum, id quod ἀμφικέφαλος κλιντὴρ Synesio, & cathedra mollis Iuuenali, sedis genus regibus vsitatum, ad commoditatem ita effectum, vt etiam dorsum habeat, cui inclinet, ἵνα ἀνακλίθῃ. Omnes tamen eas sedes ἀμφικεφάλους fuisse non affirmem: erant enim quædam figurâ semirotundâ. Eas Hemicyclos appellat Cicero in Lælio, quod vocabulum græcum est. Latinum est, *arquata sella*, quo vtitur loco prædicto Arnobius. In Glossario est *Sella arquata*, θρόνος. Hanc ἀμφικέφαλον esse ex eo liquet, quod stella vltima earum quæ in forma sunt collocetur in extremitate sedis, hoc est, ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ κλιντῆρος, vt Synesium imitemur. Habere autem debet sedes ὑποπόδιον, siue suppedaneum. Id enim Persarum inuento, (vt Clemens Alexandrinus testatur) sedibus solebat affabricari. Hinc eleganter Mathæi quinto Christus subnectit θρόνῳ ὑποπόδιον: Ait enim μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ, μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ. In Psalmo 109, qui aliàs est 110, Lactantius De Verâ Sapientiâ libro IV cap. XII, id quod Hebraicè est הֲדֹם, & Græcis interpretibus ὑποπόδιον, transtulit *suppedaneum*. Isidorus: *Scabellum autem, & suppedaneum dicitur: nam quod Græci ὑποπόδιον dixerunt, Latini scabellum, & alij dixerunt suppedaneum, quod sub pedibus sit*. Alij Latinorum scabellum vocant. Ouidius ita παραφράζει:

Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem.

Græcis alio modo θρᾶνος, & θρῆνυς appellatur, & σκολύθριον Suidæ. Habet in Manuscripti imagine Cassiepea Tiaram regalem, qualem describit Hieronymus, ad instar Hemisphærij. Deinde ὑπομάζιον quoddam, simile Strophio de quo in Virgine diximus. Cætera sunt nota. Nunc stellas audi.

1	In capite.	4
2	In pectore.	3
3	Septentrionalior illâ, in cingulo.	4
4	In femoribus super solium.	3
5	In genibus.	3
6	In ipso crure.	4
7	In pedis extremo.	4
8	In brachio sinistro.	4
9	In cubito sinistro.	5
10	In brachio dextro.	6
11	Super sedis pedem.	3
12	In medio sedis vbi recumbitur.	4
13	In extremitate, siue capite sedis.	6

Sunt itaque omninò 13.

Secundam Arabes *Scheder* vocant, hoc est, pectus. Hyginus, & Anonymus XIII enumerant, sed diuerso à nobis situ. In Manuscripto plures reperias. Vir nobilissimus Tycho Brahe in libro ἀποδείξεων de Stellarum inerrantium restitutione multas huic sideri, tum formatas, tum informes Stellas adiecit, obseruationibus non inutiles. Sed nostri propositi hoc tantum est, Stellas Ptolemæo & Hipparcho eorumque asseclis Arabibus obseruatas ad veras designationes & aptissimas referre. In quo vt progrediamur, sequatur Arateo ex ordine.

ANDROMEDA.

Ita vocatur Græcis & Latinis: eoque nomine Euripides fabulam scripsit. Arabum interpretes Mulierem cathenatam vocant, & Mappæ Scaligeri eodem significatu مراة المسلسلة

Abraham

Abraham Iudæus magister in stellarum enumeratione vocat, mulierem carentem omninò viro, quæ appellatio ex falsâ Græcæ vocis Etymologiâ videtur profecta. Scholiastes Anonymus hanc à mariti nomine Perseam dictam testatur. Stellas habet has:

1	In interscapilio.	3
2	In dextro humero.	4
3	In sinistro humero.	4
4	Australis trium in brachio dextro.	4
5	Septentrionalis earundem.	5
6	Media earum.	4
7	Australis in extremâ manu dextrâ.	4
8	Media earum.	4
9	Septentrionalis earum.	4
10	In brachio sinistro.	4
11	In cubito sinistro.	4
12	Australis trium in perizomate.	3
13	Media earum.	3
14	Septentrionalis earundem.	3
15	In pede sinistro.	3
16	In pede dextro.	4
17	Australior præcedenti	4
18	Septentrionalis in duarum in sinistrâ suffragine.	4
19	Australis ibidem.	4
20	In genu dextro.	4
21	Septentrionalior duarum *ἐν τῷ σύρματι ἀκροποδίῳ*.	5
22	Meridionalior earundem.	5
23	Ea quæ extra formam est, apud manum dextram.	3

Sunt itaque sic omninò 23.

Primam *ἐν τῷ μεταφρένῳ*, hoc est in interscapilio collocat Ptolemæus, omissâ videlicet, ne bis eadem stella repetatur, eâ quæ in occipite est Andromedæ communis cum vmbilico Pegasi: De hac ita Aratus:

— ξυνὸς δ' ἐπιλάμπεται ἀστήρ,
Τοῦ μὲν ἐπ' ὀμφαλίῳ, τῆς δ' ἐσχατίωντι καρήνῳ.

quod ita transfert Cæsar:

Vertice & Andromeda radiat quæ stella sub ipsâ
Alue fulget Equi.

Hyginus: *Eadem enim stella, & vmbilicus Pegasi, & Andromeda caput appellatur.* Stellarum aliquot primarũ situs non rectus in Sphæris vulgatis, in quibus etiam decimaoctaua & eam sequens non suo loco sunt positæ. Septimam cum duabus sequentibus Tabulæ perperam in extremitate spatulæ collocant, cum Ptolemæus & res ipsa esse doceat *ἐν ἄκρῳ τῆς χειρός*. Duodecimam cum sequentibus Ptolemæus *ἐν τῷ περιζώματι* collocat: Id Arabes Mirach vocant, pro quo Scaliger Mizar legit. Plerique non rectè cingulum interpretantur. Nam *περίζωμα* est *τὸ περὶ τῇ κοιλίᾳ ζῶσμα* Polluci, quod Latini *ventrale* vocant. Decima quinta *Almac* appellatur. Scaliger eleganter, vt semper Almaac الماق restituit, quod cothurnũ significat. Est ea stella in pede sinistro, nõ in dextro quod quidam voluerunt. Decimæ octauæ nomen perperam in tabulis concipitur, *Declinior duarum quæ sunt super occultam partem inferiori genu, ad Septentrionem*. Ptolemæus: *τῶν ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς ἀγκύλης δυοῖν ὁ βορειότερος*. In huius & sequentis situ discrepant vt diximus Sphæræ. Vigesima prima est *ἐν τῷ σύρματι ἀκροποδίῳ*. Syrma velamentum quoddam erat cruribus iniectum feminis, & Tragicis tantum vsitatum. Pollux interpretatur *τραγικὸν φόρημα ἐπισυρόμενον*. Martialis duobus in locis pro Tragico fastu ponit vt & alij cothurnos: quare mihi falli videntur qui iis locis moti syrma tractum femininæ tunicæ interpretantur, qualem excogitauit hodiernus matronarum fastus. Solus hic Ptolemæi locus vel Pollucis docere poterat esse *φόρημα*, siue gestamen proprium, non alterius vestis aut partẽ, aut appẽdicem. Astrologi *τὸ ἀκροπόδιον σύρμα* Adhil appellant: Id esset Arabicè الذيل aut الدهيل quod an rectum sit dubito. Debet itaque pingi Andromeda nuda vsque ad ventrem, inde vsque ad genua iniecto perizomate velata, & tibiis tectis tali syrmate, vna cum cothurnis, quæ omnia in Sphærarum, Manuscripti Hygini exemplaribus non vt decet sunt obseruata. Stellam vltimam in cathenæ annulo collocant nonnulli. Habet enim Andromeda cathenam, cui alligata solet pingi, quod indicat Aratus:

δεσμὰ δέ οἱ κεῖται καὶ ἐν οὐρανῷ. —
Vinculaq; in cælo retinet quoque.

quem Arati locum imitatur Nonnus rerum Astrologicarum diligens affectator. Loquitur apud eum libro 25 ita ipsa Andromeda:

Εἰσέτι δεσμὸν ἔχω καὶ ἐν ἄστρασιν —

Hoc est:

Vincula me in cælo retinent quoque.

Et libro 47 ita canit:

——— αἰθερίην γὰρ
Δεσμὸς Ἀνδρομέδης ἔτι ἐν ἄστρασιν ὄμμασι ἀείδεις.

Hyginus stellas nominat viginti, & vnam amplius Anonymus. Ad eius exemplar emendandus videtur Hyginus, vbi ait: *super zonam quatuor*. Legendum *sub zona* cum Anonymo. Stellas aliquas attingit Aratus:

Τοίη οἱ κεφαλή, τοῖοι δ' οἱ ἀμφοτέρωθεν
Ὦμοι, καὶ πόδες ἀκρότατοι, καὶ ζώματα πάντα.

Face denique vertex
Ardet anhelãti, geminamq; per aëra fundunt
Lucem humeri, & summis lux æstuat ignea plantis.

In numero Hyginum & Anonymum sequitur

imaginis

imaginis auctor quæ in Manuscripto est. Non semper in situ.

EQVVS MAIOR, ET MINOR.

Equus, ἵππος, Pegasus Gorgoneus, seu Medusæus Caballus dicitur Astronomis & Mythologis: Eadem ab aliis Menalippe vocatur. Huius fabula apud omnes perturbatissima, dum nunc Æolum eius patrem, nunc filium, nunc vitiatorem vocant. Inuenies eam apud Hyginum hoc loco, apud Anonymum: In Hygini Mythologicis Fab. 186. Hellenem alij quoque filium vocant Melanippes, alij patrem Æoli compressorem, nisi mendum sit, vt monebimus. Ita hæc omnia conturbata. Ea sententia certioribus nixa est rationibus, esse Chironis filiam Neptuno adamatam. Melanippen voco, non Menalippen, vt in Hygino perperam legitur. Nonnus:

Εἰ δὲ γυναιμανέων ἐπεβήσατο κυανοχαίτης
Καί σε σοφῆς ἀπέβαλλεν ἀνδρείης Μελανίππης.

Clemens Alexandrinus: *κάλει μοι τὸν ποσειδῶ καὶ τὸν χορὸν τὸν διεφθαρμένον ὑπ' αὐτοῦ, τὴν ἀμφιτρίτην, τὴν ἀμυμώνην, τὴν ἀλόπην, τὴν μελανίππην, τὴν ἀλκυόνην, τὴν ἱπποθόην, τὴν χιόνην.* Arnobius lib. IV. Aduersus Nationes: *Nunquid enim à nobis arguitur Rex maris Amphitritas, Hippothoas, Amymonas, Melanippas,* (malè hodie *Menalippas*) *Alcyonas, per furiosa cupidinis ardore castimonia & virginitate priuasse.* Scripsit Euripides fabulam Menalippen, ad quam alludit, vt puto, Iuuenalis:

Syrma vel Antigones, seu personam
—— Melanippes.

Eam transtulit Attius, ex quo duo apud Festum citantur Fragmenta, vnum in voce *Noxa*, alterum in *Raudus*: sed vtrobique perperam *Menalippe*, pro *Melanippe* scriptum fuit. Nomen huius Nymphæ corruptum apud Hyginum Fabula 157 vbi legitur. *Bœotus & Hellen ex Antiopâ Æoli filia.* Legendum fortè transpositis elementis, & mutatis. *Bœotus ex Melanippe Æoli filia.* In tabulis eiusdem Astronomicis ita legitur: *ipsam Melanippen* (malè *Menalippen*) *Chironis Centauri filiam, Thetin anteà appellatam.* In veteri codice est *Theantheæ appellatã* Lege: *Theano anteà appellatam.* Dixit hic Theano eandem esse cum Melanippe, cum in fabulâ 168 dixerit partum Melanippes Theano Reginæ suppositum. Simile omninò est, quod cum plerique Nemesin cum Ledâ eandem esse dicant, Scholiastes tamen Anonymus ouum Nemesis à Ledâ dicat quasi exclusum. Sed de his satis, & hoc modò sciatur Equum hunc etiam Melanippen, & Theano in fabulis vocatum. Arabes vocant Alpheras

الفرس Nam פרש etiã Hebræis Equum significat, sed eo significatu in sacris literis non inuenitur. Sed Nahum tertio פרש Equitem significat, & Geneseos capite vltimo in plurali פרשים eodem significatu inuenitur: quare mihi multum errare videntur, qui in iis locis, Equitem ita affirmant dici a calcarium acumine, cum Arabica lingua satis doceat nomen hoc non aliunde descendere, sed propriè ad equum spectare: Arabum interpretes Equum alatum vocant, & maiorem, & posteriorem, quæ omnia ad differentiam alterius Eculei; quem Equum priorem & minorem vocant, sunt inuenta. Stellæ enim sunt extrà Pegasum quatuor obscuræ. Eas vetustissimi Astrologi extra formam Pegasi numerabant; nonnulli inter quos & Hyginus fuisse videtur ipsius Equi capiti affingunt. In Manuscripti imagine non malè ante os ipsius Pegasi quatuor hæ stellæ formantur. Ipse Ptolemæus in Tetrabiblo ex his nondum sidus non efficit. Sed in Almagesto ex iis Equum minorem seu priorem effingit hoc modo.

Equi prioris asterismus.

Præcedens in capite.	Occulta
Sequens in capite.	oc.
Præcedens in ore.	oc.
Sequens in ore.	oc.

Proclus *προτομὴ ἵππου* appellat. Pollux *προτομὴ* interpretatur id quod sub fronte & oculis est in bestiarum capitibus, quod in hominibus est *πρόσωπον*. Arabica Nappa Scaligeri hunc Eculeum appellat قطعة الفرس الاصغر Nunc ad Pegasum reuertamur. Eum Aratus ostendit non esse quadrupedem, sed ad vmbilicum vsque apparere, vnde & *ἡμιτελῆ* ait apparere, quem secutus Nonnus libro 38 de eodem dixit *ἡμιφανὴς λίθος ἵππος*. Habet has stellas:

1	In vmbilico communis cum capite Andromedæ.	2
2	In lumbis, & alæ extremitate.	2
3	In initio pedis dextri, & armi.	2
4	In armo apud alam, vel interscapilio.	2
5	Septentrionalior in corpore sub ala.	4
6	Australior earum.	4
7	Septentrionalior in genu dextro.	3
8	Australior earum.	5
9	Prior duarum vicinarum in pectore.	4
10	Sequens earum.	4
11	Prior vicinarum duarum in ceruice.	5
12	Posterior earum.	5
13	Australior in iuba.	5
14	Septentrionalior ibidem.	5
15	Septentrionalior vicinarum duarum quæ sunt	

sunt in capite. 3
16 Australior earum. 4
17 ἐν τῷ ῥύγχει. 3
18 In dextro malleolo pedis. 4
19 In genu sinistro. 4
20 In sinistro ζφυρῷ. 4

Sunt itaque 20.

Stellas aliquot describit Aratus:

Οἱ δ' ἄρ' ἔτι τρεῖς ἄλλοι ἐπὶ πλευρῇσί τε καὶ ὤμοις
Ἵππου δ' ἀμφοτέρωθε διασταδὸν ἴσα πέλονται,
Καλοί, καὶ μεγάλοι, κεφαλὴ δέ οἱ οὐδὲν ὁμοίη.
Οὐδ' αὐχὴν, δολιχός περ ἐών· ἀτὰρ ἔσχατος ἀστὴρ
Αἰθομένης γένυος καί κεν προτέροις ἐρίσειε
Τέτρασιν, οἵ μιν ἔχουσι περίσκεπτοι μάλ' ἐόντες.

Hyginus stellas 18 enumerat: Ita enim cum vetustis codicibus legendum monent præcedentia: & totidem Anonymus. Ouidius quindecim statuit Fast. I V.

Nunc fruitur cælo, quod pennis antè petebat,
Et nitidus stellis quinque decemq; micat.

In Hygino mendum est: legitur enim *in scapilio vnam*, cũ legi debeat *in interscapilio vnam*. *Interscapilium* semper vocat Hyginus, τὸ μεσωμίχιον, τὸ μετάφρενον, quod malè quidam occiput vertunt. Sed mendum hoc video in extremâ editione correctum. Quarta quæ in armo apud alam à quibusdam Eniph Alpheraz vocatur. Sed hoc melius ab aliis ad decimam septimam refertur, & à Scaligero Enf legitur, انف quod nasum significat, אף Hebræis & אנף Chaldæis Nun interposito; quod in Daniele bis inuenitur. Sed reuera hæc non tam nasum significant, quàm ῥύγχος: illud nimirũ in bestiis quod in homine vultus est. Tertia est in pedis origine SEAT ALPHERAS vocatur, brachium Equi. In decimæquintæ descriptione erratum est à librario potius quàm auctore Tabularum Alphonsinarum. Nam locatur ab illis in pectore, cum nona sit in pectore, hæc in capite: antepenultima & vltima sunt in talis vel potius ἐν τοῖς σφυροῖς. Cauillas vocant Almagesti translatores: Cauillæ sunt σφυρά. Etiam hodie ita omnes Galli vocant. Tu non malè suffragines vocaueris, vel cum Hygino poplites. Est enim καμπὴ posterior crurum, ἰγνύα vocant Græci quod Hesychius interpretatur τὸ γόνατος τὸ ὄπισθεν μέρος. Hoc quoque silentio non est prætereundum, de quo tamen alii tacent, stellam quintam Arabibus Markab appellari. Vox est Hebraica מֶרְכָּב Hæc inuenitur Leuiticorum 15 vers. 9. Hieronymus Sagma transtulit, Isidorus. *Sagma, quæ corruptè vulgò dicitur salma, à stratu sagorum vocatur, vnde & caballus sagmarius*. Legendum est; *à stratu sagorum*. Σάγμα Græci vocãt stragula, quæ Equis aliisque iumentis iniiciuntur. Suidas Σάγμα, τὸ ὄνου ἐπίθημα. Inuenitur Machabæorum libro secundo. Est itaque σάγμα, vel ἐπίσαγμα (vt loquuntur Septuaginta,) iniectum ἐφίππιον: Id Orientales vocant מרכב à רכב quod Equitare significat. In eo ipso, vel eius loco est hæc stella, quæ ideò hoc nomen apud Arabes inuenit. Fuisse autem hunc equum sagmarium (ita enim præter Isidorum loquitur Lampridius in Heliogabalo, & Suidas in voce σαγμάρια)) liquet ex historiâ Bellerephontis.

ARIES.

Sequitur Aries, κριὸς Græcis, veruex nonnullis. In carmine ἀδήλῳ legitur:

Et quia Veruecis vis est in vertice maior,
Iade, nec immeritò, possidet ille caput.

Ita nos emendauimus: Nam vbi ego inueni scriptum erat *ver nec vis*. Arabibus, vt Scaliger docuit الحمل Elhamel vocatur, vocabulo illis cum Belgis meis cõmuni. Hunc ait Scholiastes genitũ ex *Neptuno & Theophane Altidis filia*: Legendum est *Bisaltidis* ex fabula Hygini 188. Ouidius Metamorph. lib. V I. Ipsam Theophanem Bisaltida vocat, patronymicum fingens, quod erat primitiuum. Ait enim:

——— *Aries Bisaltida fallis.*

Ridiculus enim est eorum error, qui Bisaltida apud Nasonem à loco dici putant. Ea Theophane in insulam Crinissam est traducta à Neptuno: Crinissam inquam, cum Strabone lib. 17 pro quo perperam Anonymi codices *Crinissam* habent, & Hygini loco memorato *Crumissam* aut *Cromiusam*. *Ex quâ* inquit Anonymus, *Aries chrysomallus natus*. Restituendum Arieti suum cognomen, & legendum, vt est in Hygini fabulâ, *Chrysomallus*. Ita semper Græci, & res ipsa docet. Alii hunc esse Iouem Ammonem prædicant, inter quos præter Hyginum & Anonymum est etiam Isidorus cap. LXX in Mathematicis. Nota est fabula de Aureo vellere. Huic Arieti circulus quidam appictus est in Manuscripti imagine, quod vel ideò factum est, quia in Æquinoctiali est, vel quia princeps signorum Zodiaci. Stellas has habet.

1 Prior & Septentrionalior duarum in cornu. 3
2 Sequens & Australior. 3
3 Septentrionalior duarum in muscidâ. 5
4 Meridionalior earum. 5
5 In collo, seu ceruice. 5
6 In dorso, seu in lumbis. 6
7 In origine caudæ. 5
8 Prima trium in caudâ. 4
9 Media trium. 4
10 Vltima earum. 4

11 In

11 In femore postremo. 5
12 In flexura genu. 5
13 In extremitate pedis posterioris. 4
14 Extrà formam suprà caput. 5
15 Lucida quatuor informium suprà lumbos. 4
16 Trium aliquarum obscuriorum Septentrionalis. 5
17 Media earum. 5
18 Vltima & Meridionalis. 5

Sunt simul omnino 18.

Totidem numerat Hyginus, & Anonymus. Sed situs discrepat. Muscidam in stellæ tertiæ figuratione vocant tabulæ, quod Græci ῥύγχος, hoc est, non vt alij transferunt, rictus, sed totum illud in bestiis, quod in homine est πρόσωπον. Reperitur verbum Græcum & Latinum cum alibi, tum etiam in Pegasi signo, in stellâ quam Enif Alferaz vocari diximus. Sed Muscida, & Grumium propriè de Elephante dicuntur. Muscida est museau Gallis, Grumium Grugno Italis. Hebræorū magistri עיש & עיש quorum hoc Iobi 38, 32. repetitur, alterum cap. 9. vers. 9. interpretantur caudam Arietis, quibus ego magis credam quàm iis qui Arcturum intelligunt. Nam nominis ratio stellarum potius congregationem quampiam, quàm vnicam stellam indicat. Sed alij Plaustrum volunt. Stella quæ vltima est in Sphæris præposterè pingitur in genu pedis sinistri τοῦ ὀπισθίου, cum pingi deberet in vngula dextri, figura aliquantulum immutatâ magis quàm situ. De decimâ quartâ ita legitur in tabulis Regalibus: *Quæ est super caput, & est ea, quam dixit Abrachis esse super muscidam.* Hoc pauci intelligunt. Stellam hanc Hipparchus teste Ptolemæo ἐν τῷ ῥύγχει, siue προηγουμένως ἐν τῷ στόματι τοῦ ἀρκτοῦ collocauit. Scripserat Arabs interpres ابرخس Hoc illi erat Ἵππαρχος. Nam Eliph pro aspiratione ponūt Arabes: Vnde ابركلوس est ἡρακλῆς, vel potius ἡρακλέης, nam & ita Græcos veteres extulisse probat genitiuus Ionicus ἡρακλῆος. Deinde quia literam P non habent ponunt pro ea non tantum Phe, sed B, vnde in Testamento Arabico semper scribitur بولوس παῦλος. Rursum ij qui Arabicum interpretem sunt interpretati illud ابرخس Abrachis legerunt: Vnde cōiice lector quantum fas sit illorū somniis fidere.

DELTOTON.

Δελτωτὸν Græcis à literæ quartæ similitudine, iisdem τρίγωνον, & Latinis Triangulum, Arabibus, vt docuit vir Illustrissimus, مثلث *Mutlatun* quod triplicitatem significat. In tabulis est Ægyptus, Sicilia, Nilus, orbis terrarum tripertitus: Quidam, inter quos est Hyginus, qui hoc ex Græcis Scholiis desumpsit, ob literam primam Διὸς cælo volunt illatum: Theon λέγει διὰ τὸ πρῶτον τοῦ ὀνόματος Διὸς εἶναι τοῦτο. Stellas habet has.

1 In capite trianguli. 3
2 Borealior trium in basi. 3
3 Media. 4
4 Australior earundem. 3

Sunt omninò 4.

Triangulum est, vt Theon monet, non ἰσόπλευρον, sed ἰσοσκελές. Tria sunt hic latera, duo erecta, quæ *stantes ductus* vocat Auienus, quorum coniunctio Ptolemæo & Auieno caput vocatur: & tertium minus duobus, & infimum, quod βάσις Euclidæ, & Ptolemæo, & linea quæ sustentat Auieno. Mediam multi extrà formam posuerunt in medio trianguli. His explicatis liquet à Ptolemæo non dissentire Hyginum, & Anonymum, qui in singulis angulis collocant singulas stellas, omissâ videlicet penultimâ. In Theone legitur ἔχει δὲ ἐφ' ἑκάστης γωνίας ἀστέρα τέσσαρας, legendum est: ἔχει δὲ ἐφ' ἑκάστης γωνίας ἀστέρα deletis cæteris quæ à mala manu. Clari etiam sunt illi versus Arat.

—— τὸ δ' ἐπὶ τρισὶ τέτυκται
Δελτωτὸν πλευρῇσιν, ἰσαιομένοισιν ἐοικὸς
Ἀμφοτέρῃσ' ἡ δ' οὔτι τόση, μάλα δ' ἐστὶν ἑτοίμη
Εὑρέσθ', περὶ γὰρ πολέων εὐάστερός ἐστι.

Totidem fermè verbis Cicero:

Huic spatio ductū simili latus extat vtrumq;,
At non tertia pars lateris: namque est minor illis,
Sed stellis longè densis præclara relucet.

Breuius Germanicus:

Tres illi laterum ductus: æquata duorum
Sunt spatia. vnius breuior, sed clarior ignis.

Παραφραστικῶς Auienus:

—— *simile & latus illud vtrumque.*
Porrigitur, summum signo caput angulus arctat,
Et gemini suprema iugi vicinia mordet,
Tertia quæ stantes sustentat linea ductus
Parcior aut simili sese sub limite tendit,
Sed contracta modum geminā face flammigerarum
Stellarum superat.

Nec alia ab his omnibus, ni fallor, mēs Manilij:

—— *cui succedit iniquo*
Diuisum spatio, quod tertia lampada dispar
Conspicitur paribus Deltoton nomine sidus
Ex simili dictum.

PISCES.

Pisces Latinis, Græcis ἰχθύες, τὰ ἰχθύε, Arabibus

bibus ἰχθύες vt Scaliger docuit: الحوت Elhaut. Horum cognomen latet in mēdo apud Auienum:

——— proles tibi tertia Pisces
Surgent Bombycij. Et alibi:
——— flagrant duo sidera Pisces,
Pisces Bombycij.

Legendum vtrobiq. *Bambycij.* Βαμβύκη Bambycæ. Straboni lib. XVI, Plinio lib. 5. vrbs Cœlesyriæ, quæ illi Hierapolis dicitur, vbi culta est Atergatis, seu Decreto, quam in Piscem versam narrat Theon. Ea filia Veneris, mater Semiramidis. Ouidius:

—— Et dubia est de te, Babylonia narret
Derceti, quā versa squāmis velantibus artus
Stagna Palestini credunt coluisse figurā?
An magis vt sumptis illius filia pennis,
Extremos altis in turribus egerit annos.

Confer cum his Hyginum, & Anonymum in fabula Piscium & Piscis Notij, videbis hæc omnia confusa. Quin ipsa venus Syria ab aliquibus οὐρανία à quibusdam vocatur, cum Semiramis potius id sign ficet. Eadem vocatur Syriæ dea. Annnymus: *Phacetis filia Veneris in Piscem sit transfigurata, quam Syri Deam nominarunt.* Lege: *Dercetis*, & *Syria Deam.* Sic alibi: *Syria quæ vocatur Venus.* Scripsit Lucianus opusculum Inscriptum DE SYRIA DEA, in quo inter alia easdem fabulas duas narrat, quas Ouidius attingit, de Pisce, & columbâ, quæ vtraque animalia ex tali superstitione fabulosa illis sancta habita, non ille tantum sed & Anonymus in Piscium fabulâ, & Clemens Alexandrinus in Protreptico narrat. Atergâtin quoque dictam volunt Græci, quasi ἄτερ γαρίδος, quod linguâ Syriacâ aiunt *sine Pisce* significare: Sed falluntur, dum, quod sæpè accidit in Orientalibus vocibus, eas præposterè referunt: Non enim *Gad* vel *Gar* sed *Dag* דג Syris Piscem denotat. Sed in Auieno quid est *proles tertia*: Lege, *proles tibi Dertia.* Scholiastes Arati Δερκὼ *Dercen* nominat quam alij *Derceto* & *Dercetim*, &, quod idem est, *Atergatin.* Hinc ille Pisces *prolem Derciam.* dixit. Nam quod prolem dicit cum alij de ipsa Derceto narrent, non magis mirandum est, quàm quod Anonymus vno in loco Venerem vocet, (vt & Hyginus, & Ouidius Fastorum II, & sæpè Manilius) altero Veneris filiam, nonnulli διώνην hoc est Veneris matrem. Hæc de cognomine. Cuius generis hi Pisces sint, nemo veterum edit, nisi aliquid eruamus ex illis verbis Theonis: τοῦτον δ' εἶναι τὸν βορειότερον ἰχθὺν χελιδόνος τὴν κεφαλὴν ἔχοντα φασίν, ὃν χαλδαῖοι καλοῦσιν ἰχθὺν ΧΕΛΙΔΟΝΙΑΝ. Chaldæi inquit Piscem Septentrionalem, (quem Arabes Andromedæ annectunt) vocant Chelidonian. Athenæus libro VII. memoratur piscis χελιδονίας, ἐν τῇ τραχύτητι ἀναλογῶν τῇ χελιδόνι. Dubito an idem sit Piscis Chelidonias, cum eo qui χελιδὼν Aristoteli, & Æliano, & ipsi Athenæo, quem in quibusdam polypo similem prædicant, & cum hirundine Pisce, cuius mentio apud Plinium libro IX capite XXVI, & lib. XXXII capite vltimo, qui eam volucri omninò dicit similem. In Sphæris quoque Pisci Boreo caput hirundinis affingitur, ex Chaldæorum opinione, vt Theon docet. Sed hoc ex more est, non ex ratione, quam ipsi Sphærarum auctores ignorant. In imaginibus Hygini, & Manuscripti malè vnum linum pingitur cum duo essent pingenda vno coëuntia nodo. Aratus:

Ἀμφοτέρων δέ (φασι) λέλυνται ἠύτε δεσμοί
Οὐραῖοι ἑκάτερθεν ἐπισχερὼ εἰς ἓν ἰόντες·
Καὶ τὰ μὲν εἷς ἀστὴρ ἐπέχει καλός τε μέγας τε
Ὅν ῥά τε καὶ σύνδεσμον ὑπουράιον καλέουσι.

Et alibi:

Δεσμοὶ δ' οὐραῖοι, τοὺς ἰχθύες ἄκροι ἔχονται,
Ἀμφω συμφορέονται ἀπ' οὐραίων κατιόντες·
Κῆτεος δ' ὄπισθεν λοφιῆς ἐπιμίξ φορέονται
Εἰς ἓν ἐλαυνόμενοι. ———

Id quod Aratus δεσμὸν vocat, Hyginus coniunctiones, & lineolas, Anonymus alligamentum luteum vocat, sed puto legendum duobus in locis, *alligamentum linteum.* Ptolemæus λίνον vocat, Cicero, Auienus, Germanicus, cathenas, vincula, cingula, Arabum interpretes fila. Nodum, Aratus σύνδεσμον ὑπουράιον, pro quo malè plerique legerunt ὑπουράνιον vt alibi docuimus, nuncupat: Id Hyginus perperam de totâ coniunctione intelligit, cum intelligere debuisset de eo quod ille Commissuram vocat, & alij plerique Nodum. Linum hoc flexuram habet vnam, paulo ante nodum suprà spinam Pistricis: In Sphæris perperam plures, in aliis imaginibus nullam. Nunc stellas enumerabimus, priorem Piscem τὸν νότιον, & τὸν βόρειον posteriorem appellantes.

1	In ore Piscis prioris.	4
2	In cranio Australis.	4
3	Borealis ibidem.	4
4	Prior In dorso.	4
5.	Posterior in dorso.	4
6	Prior in ventre.	4
7	Posterior in ventre.	4
8	Prope caudam.	4
9.	Prior duarum in initio vinculi apud caudam.	
10	Posterior ibidem.	6
11	Trium lucidarum sequentium prima.	4
12	Media earum.	4
13	Vltima trium.	4
14	Septentrionalior paruarum in flexurâ vinculi.	6
15	Australior ibidem.	6
16	Trium post flexuram prima.	4

17 Media

17 Media earum. 4
18 Vltima trium. 4
19 In nodo siue commissurâ vinculorum. 3
20 Sequens nodum in vinculo Septentrionali. 4
21 Meridionalis trium sequentium illam. 5
22 Media earum. 3
23 Septentrionalis in extremâ caudâ. 4
24 Septentrionalis in ore Piscis sequentis. 5
25 Australis in ore. 5
26 Sequens trium paruarum in capite. 6
27 Media. 6
28 Prima trium. 6
29 Prima trium in spinâ: & est apud cubitum Andromedæ. 4
30 Media earum.
31 Vltima earum. 4
32 Septentrionalior in ventre eius. 4
33 Australior ibidem. 4
34 In sequenti spinâ apud caudam. 4
35 Prior lateris Septentrionalis quadrilateri quod extra formã est sub Pisce priore. 4
36 Eiusdem lateris posterior. 4
37 Australis antecedens. 4
38 Sequens eiusdem. 4

Sunt simul 38.

Hyginus Boreo Pisci stellas assignat XII, & totidem Anonymus, Australi hic quindecim, ille, nisi in numeris erratum, XVII: Alligamentis vterque duodecim: Sed verò proprior Proclus: is ita scribit. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν οὐραίων μέρων τῶν ἰχθύων κατὰ τὸ ἑξῆς κείμενοι ἀστέρες ΛΙΝΟΙ προσαγορεύονται· εἰσὶ δὲ ἐν μὲν τῷ νοτίῳ λίνῳ, θ, ἐν δὲ τῷ βορείῳ λίνῳ ι. ὁ δὲ ἐν ἄκρῳ τῷ λίνῳ κείμενος λαμπρὸς ἀστὴρ. (σύνδεσμος προσαγορεύεται). In tabulis Alphonsinis perperam tertia & quarta locum inter se commutarunt nullo sensu. In iisdem corruptè legitur de stellâ secundâ *In carneo* pro *In cranio*. Vigesima nona sequitur Andromedæ brachium sinistrum: Hunc locum innuit Aratus:

Ἀνδρομέδης δέ οἱ ὦμος ἀριστερὸς ἰχθύος ἔστω
Σῆμα βορειοτέρου. μάλα γάρ οἱ ἐγγύθι κεῖται.

Hoc est:

Andromedæ læuo ex humero cognoscere Piscẽ
Threicium facile est: nam longè proximus olli est.

PERSEVS.

Sequitur Perseus, quem Arabum Interpretes φέρον κεφαλὴν vocant deferentem caput Algol: Nam illi τὸ γοργόνειον vocant Ras Algol, quod si Hebraicè interpreteris erit Caput pueri: ראש העול Parens verò meus I. Grotius putabat Gol illud esse געל quod abominationem significat: Id verisimile est tum quia Arabum Interpretes caput Cacodæmonis transferunt, tum quia ad γοργόνειον alludit. Sed tum non راس الغول sed الجعل scribendum esset. In tabulis Alphonsinis vocatur Chelcub. כלב canem significat. Arabes vero pro humanis figuris caninas & similes sæpe effingunt, & inde nomina indunt. Ita apud Auenezram Boötes vocatur Canis latrans: & non dubito collatis Ptolemæi verbis quin idem, vbi tradit quænam cum Tauro oriantur, Persea intelligat, cum ait: *Et ascendunt in tertia facie posteriora corporis assimilati capiti canis.* Ptolemæus enim pedem Perseos posuit in loco eo ex quo ea desumpta. Habet Perseus in imagine Manuscripti similem ferme chlamydem ei quæ antea Castorum alteri fuit tributa. Sed nudus potius pingendus: & quidem cum Harpe, quod est teli genus Perseo tributum à Mythologicis. Nonnus lib. 8.

Κῦδος μίτου μετὰ κῦδος ἰδὼν, καὶ Περσέος ἅρπην

Libro 25. —— καὶ ὄξυνεν ἀγκύλα νύμφης
Γοργόνος αὐχένα μηγορόνος ἰφίοις ἅρπῃ.

Libro 30.

Εἰρεσίῃσι κεφαλὴν, τὰ περὶ κάμε Περσέος ἅρπη.

Idem aliquoties δρεπάνην à similitudine appellat, vt & Hyginus Falcem. Hodie ea sine sideribus pingitur, quod & Hyginus voluit: Ait enim; *Caput enim & Falx sine sideribus apparent.* non antiquioribus. Scholiastes Anonymus collocat *in Harpe vnam.* Proclus scribit: οἱ δὲ ἐν ἄκρᾳ τῇ δεξιᾷ χειρὶ τοῦ Περσέως κείμενοι ἀστέρες, ... εἰς τὴν ἅρπην καταστερίζονται. Debet præterea habere talaria qualia Mercurio solent appingi & scutum crystallinum, & galeam, quæ κυνῆ ἄϊδος vocatur, cuius mentio apud Hyginum, & in Nonni loco: ...
Μὴ κυνέην ἄϊδος ποτὶ χεῖρα φέροιο πτέρυγες

Horum alia obseruant Sphærarum auctores, alia negligunt. Stellas Perseus has habet.

1 In extremâ manu dextrâ, quæ συστροφὴ ... Persei vocatur. 4
2 In cubito dextro. 4
3 In humero dextro. 4
4 In humero sinistro. 4
5 In capite. 4
6 In interscapilio. 4
7 Lucida in latere dextro. 2
8 Prima trium sequentium istam. 4
9 Media. 4
10 Vltima trium. 3
11 In cubito sinistro. 4
12 Lucida in capite Medusæ. 2
13 Sequens eam. 4
14 Antecedens lucidam. 4
15 Antecedens etiam hanc. 4
16 In genu dextro. 4
17 Præcedens hanc in eodem genu. 4
18 In poplite prior. 4

e 3 19 Poste-

19 Posterior ibidem. 4
20 In dextrâ suræ. 5
21 In dexteri malleolo pedis. 5
22 In femine sinistro. 4
23 In genu sinistro. 3
24 In tibia sinistrâ. 3
25 In calcaneo sinistro. 3
26 Sequens hanc in sinistri pedis extremitate. 3
27 Informis remota in orientem à genu sinistro. 5
28 Alia remota in Septentrionem à genu dextro. 5
29 Antecedens caput Medusæ. occulta
Sunt simul 29.

SEPTIMA Arabibus vocatur Algenib الجانب quod Ill. Scaliger latus explicat. Duodecima cum tribus sequentibus constituunt caput Algol; Caput Gorgonis vocatur Hygino, & Anonymo aliisque iam Græcis, quàm Latinis. Hæ stellæ olim in ipsa manu sinistrâ pingebantur. Hyginus: *In sinistrâ manu, quod Gorgonis caput vocatur, stellas quatuor*: qui locus adumbratus videri possit ex isto Procli: οἱ ἢ ἐν ἀριστερᾷ ἄκρᾳ χειρὶ ἢ Περσέως κεφαλὴ ἀπὸ γοργονείου καλεῖ. Sed lege γοργόνιον, ita enim appellat Ptolemæus. Hyginus & Anonymus stellas totidem referunt. XVIII videlicet, sed diuerso situ. Nunc ex ordine Arateo, quia de Pleiadibus suprà actū est, ad Lyram veniamus.

LYRA.

Λύρα, χέλυς, φόρμιγξ. Latinis *Fides* appellatur, & ὑποκοριστικῶς *Fidicula*, quo Plinius vtitur, quod perperàm à Lyra distinxit Manilius. *Testudo* aliis. Fuit autem hæc Lyra à Mercurio inuenta, deinde Apollini tradita, & postea Orpheo, quem Lyræ hæredem Manilius nominat: de cuius formâ, quæ longè alia ab eâ quæ in Manuscripto pingitur, quæ nouissimorum fuit temporum, plura dicerem nisi Heros incomparabilis, omnia, quæ huc pertinent, more suo tam perfectè explicasset, vt qui post eum eadem de re aliquid vellet in medium producere, meritò τὸ σπαχθὲν σπάσειν videatur. Hoc vnum dicam, debere eam Nicomacho auctore πετράχορδον pingi, quod explicat Boëthius libro I. cap. 20. Dissentit Auienus de Orpheo loquens:

Hic nā fila nouē docta in modulamina mouit
Musarum ad speciem Musâ satus: iste repertor
Carmina Pleiadum numero deduxerat. —

Quem locum consultò explicare videtur Anonymus, quem multis in partibus Aueni versus quàm Germanici commentatorem dixeris. Sed de ἐννεαχόρδῳ pleni auctorum libri. In Manuscripto est δεκάχορδος: Fuêre nonnulli, qui Theseos hanc esse Lyram dicerent, quo pertinet illud ex Elegiaco Anacreontis carmine fragmentum ita restituendum:

Αγχοῦ δὲ καὶ ἢ Θησέως ἐν λύρη.

Lyram hanc Arabum interpretes vocant VVLTVREM CADENTEM. Rationem eleganter odoratus est Scaliger: quia pro Lyrâ ipsum animal Testudo sæpe pingeretur. Est autem inter testudines marina, ἐμὺς dicta, vulturi similis. Sed reuera aliud est ἐμύς, aliud testudo marina, Nam ἐμὺς est testudo lutaria; in aquis dulcioribus viuens. Plinius lib. 32. cap. 4. *Sunt ergo Testudinum genera terrestres, marinæ, lutariæ, quæ in dulci aquâ viuunt: Has quidam è Græcis Emydas appellant.* Distinguit & Aristoteles de Hist. Animal. cap. 2. lib. 8. οἷον αἱ τε χελῶναι αἱ θαλάττιαι χελῶναι, καὶ κροκόδειλοι, καὶ ἵπποι ποτάμιοι καὶ φῶκαι καὶ τῶν ἐλαττόνων ζώων, οἷον αἵ τε ἐμύδες, καὶ τὸ τῶν βατράχων γένος. Latet hoc nomen in mendo apud eundem auctorem libro de Part. Anim. III. cap. IX. ἡ μὲν ἐν ἀμμύς διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἔχει ἡ δὲ μορίων ἐλαττον. Scribendum est ex altero loco, & Plinio, & Hesychio ἐμύς. Alibi quoque (sed nunc locus non succurrit) pro ἐμὺς μῦς legitur, quod ansam errori dedit, vt murem aquatilem transferrent nonnulli. Sit itaque ἐμὺς, aut si vis testudo marina vultur Arabum. Sed cur *cadens* appellatur? Audi Hyginum: *Summum autem cacumen ad Polum Notium contendere videtur.* Eadem esse potest ratio cur iidē homines Barbaro vocabulo *Deferentem* hoc est καταφερῆ nuncupent. Fieri etiam potuit, vt per malam nominis interpretationem hoc ipsum acciderit: Nam نبل, est *cadere*, & similiter نبل Lyram significat, aut vt alij transferunt, Psalterium. Arabicum vocabulum, quod illi vulturem interpretantur est Alohore. Sed hoc nihil significat, nedum vulturem. Stellæ Testudinis hæ sunt.

1 Lucida in testâ.
2 Septentrionalior duarum sequentium. 4
3 Earundem Australior. 4
4 Sequens has duas, in origine cornuum. 4
5 Septentrionalior duarum contiguarum in Orientali parte testæ. 4
6 Australior earum. 4
7 Septentrionalior duarum priorum ἐν τῷ ζύγῳ seu ζυγώματι. 3
8 Australior earum. 4
9 Duarum sequentium ibidem Septentrionalior. 3
10 Australior earum. 4
Sunt simul 10.

Prima in testâ est, ἐν τῷ ὀστράκῳ, siue ἐν τῇ χελώνῃ. Tympanum vocare videtur Anonymus: Isidorus: *Tympanum est pars media symphonia in similitudinem cribri.* De hac stella ita

ita Proclus: ὁ δὲ παρὰ τὴν λύραν κείμενος ἐν λαμπρὸς ἀστὴρ ὁμωνύμως ὅλῳ τῷ ζωδίῳ Λύρα προσαγορεύεται. Quo in loco obiter notandum ζώδιον, sumi ἀκαταχρηστικῶς pro signo etiam Inanimato. Hinc Zodiacus Signifer Ciceroni: & ζωογλύφος simili ratione Sigillarius, ἀγαλματοποιός. Capella Græcum vocabulum Latino simili expressit: *nisi fortè velit quis eorum gestamina sectari, licet animalium vocabula censeantur.* *Animalium*, valet ζωδίων. Vt autem hæc stella Lyra vocatur κατ' ἐξοχὴν ita Arabibus *Asangue*, quod Æthiopicum esse ሰንቆ & Lyram significare docuit Ma nilij optimus vindex. Aliquando iisdem VEGA vocatur nonnumquam BRINEK, cuius vocabuli prior pars ברק in serenitatis & splendoris significatu inuenitur Iobi 37. v. 11. Partem alteram dubito an rectè ad puritatem retuleris λαμπρὸς ἀστὴρ vocatur Ptolemæo. Testam. siue τὴν χελώνην nescio qua ratione iidem *Pupillam deferentem* appellent: nisi fortè quia חֶרֶשׂ Orientale vocabulum, quod propriè Testam significat, vt Leuit. VI, & Isaiæ XXX, nonnunquam pro eximio fulgore, qualis est Solis, margaritæ, pupillæ oculi sumatur. Et ita interpretantur Hebræorum magistri Iobi 41, vers. 20. Arabibus verò propriè pupilla est الورد quod ex Græco κόρη videri possit deductum; idque aliquoties pro fulgore ponunt. Cornua Lyræ quæ sint ex figurà clarum est. Ζύγωμα vocat Ptolemæus, quod plerique alij ζυγόν. Homerus:

——— φόρμιγγι λιγείῃ,
Καλῇ, δαιδαλέῃ, ἐπὶ δ' ἀργύρεον ζυγὸν ἦεν.

Aristoteles; διὸ καὶ πρὸς μὲν τὸ ζυγὸν τοὺς κόλλοπας ὀργανοποιοῦσιν, οἷς ῥᾷον ἐπιφέρουσιν. Est ita τὸ ζύγωμα locus ille vbi sunt κόλλοπες, quem sinistrâ tenent fidicines. Elegantem Metaphoram ἀπὸ τῶν κολλόπων sumpsit Comicus, cum ait: τῆς ὀργῆς ὀλίγον τὸν κόλλοπ' ἀνεῖμεν tanquam si dicat: *Iræ verticillos aliquantum demisimus.* Verticillos enim vocant Latini paxillos illos, quibus nerui solent intendi. Similis fermè illa Plutarchi translatio κόλλοπες τῆς διανοίας, hoc est *ingenij verticillum.* Iugum illud testudinis σημεῖ Hesycho vocatur, aliis κλεῖς: Sed Anonymo pectines in Lyrà aliud significare videntur, quam κτένες Græcis. Arabistæ τὸ ζύγωμα *lancem libræ* vertunt: Scio quidem ζυγὸν esse libram, idque imponere illis potuisse, sed videris Lector an non ita perperam sit editum pro *lancem Lyra.* Putauit Librarius, quia in Chelis lancem Libræ legerat, hoc & hic substituendum. Sed manifestus est interpretis error, qui neque sic excusatur. Nam lances non sunt τὰ ζυγὰ, ἢ ζυγώματα, sed οἱ πλάστιγγες. Stellas Hyginus octo enumerat, Anonymus nouem, cuius sententia media inter Timocharem & Hipparchum.

Nam Lyræ stellæ teste Theone κατὰ μὲν Ἵππαρχον δέκα, ὡς δὲ Τιμοχάρης ὀκτώ. Hinc non male χέλυς ἐλίχνη vocatur Arato. Numerus imaginum Manuscripti cum Hipparcho & Ptolemæo consentit.

CYGNVS.

CYGNVS hic siue Olor dictus vetustissimis. Hunc plerique Ledæ adulterum fabulantur: Alij in Apollinis honorem cælo inductum volunt. Hoc duplici de causa existimatum puto, primum quia canorus est: deinde, quia vt & Cicero alicubi & Virgilius indicant, in auspiciis obseruatus. Æmilius scriptor antiquus:

Cygnus in auspiciis semper lætissimus ales:
Hunc optant nautæ, quia se non mergit in vndas.

Ouidius non Cygnum, sed Miluium vocat, nisi Aquilam putes designari, Fast. III. Plerique hodie Auem vocant, quemadmodum & Græci (Hygino teste) cômuni genere auium ὄρνιν appellauerunt. Ita vocat Aratus, & Proclus. Hinc factum vt etiam GALLINA vocetur, quia scilicet ὄρνις Græcis pro Gallinâ sumitur, vt apud Athænæum libro nono Myrtilus testatur. Matthæi quoque 23, versu 37 vbi Græcè est ὄρνις, Hieronymus Gallinam transfert. In Syriaco est ܬܪܢܓܘܠܬܐ תרנגולתא Hinc est quod apud Arabes Adigegi vocetur. In Lexico Medico reperto: DIGEGI, *Arabicè, id est Gallina.* Addito articulo fit *Adigege*, vel *Adigegi*. Vocatur præterea Arabibus, الدجاجة *Hirezym.* stellæ τοῦ ὄρνιθος hæ celebrantur.

1	In ore.	3
2	Sequens in capite.	5
3	In medio collo.	4
4	In pectore.	3
5	In caudâ lucida.	2
6	Ἐν ἀγκῶνι id est cubito apud alam dextram.	3
7	Australis trium in volâ alæ dextræ.	4
8	Media earum.	4
9	Septentrionalis, in extremâ alâ.	4
10	Ἐν ἀγκῶνι alæ sinistræ.	4
11	Septentrionalior hâc in mediâ alâ.	4
12	In extremitate volæ alæ sinistræ.	4
13	In pede sinistro.	4
14	In genu sinistro.	4
15	Prior in pede dextro superiori.	4
16	Posterior.	4
17	Νεφελοειδὴς in genu dextro.	5
18	Australior sub alâ sinistrâ extra formam.	4
19	Septentrionalior ibidem.	4

Sunt itaque omnino 19.

Prima, rostrum Gallinæ, vocatur. Secunda ...

Sphæræ in initio colli collocant. Ea quæ in caudâ est vocatur Deneb Adigege, cauda Gallinæ. Lexicon medicum. *Deneb, Cauda.* Hebræi זנב dicunt. Hinc Denebela sit, cauda Leonis, & Denebalgedi, cauda Capri. Eadem *Arided* vocatur. Id interpretantur, *redolens vt Lilium*. Scaliger ex Lexico suo docuit florem esse rosæ similem. Ridendum nomen. Volam auis cum Isidoro voco, quod alij pectinem, & Tabulæ Decimam alæ τ͂ ὄρνιθος: Nam ὄρνις pars est τ͂ πτέρυγος. Hinc volate dictum. ἀγκῶνα vocat Ptolemæus, id quod in homine est cubitus. Vocabulum Græcum etiam ad bestias pertinet, ita vt in Hippiatricis equinorum genuum flexuræ ita appellantur: quin & ad inanima refertur, nam & τ͂ τειχῶν καμπαὶ ita vocantur, & in Lyrâ, ea quæ Ptolemæus κέρατα appellat, quia sustinent eam partem quæ simili Metaphorâ πῆχυς vocatur, Hyginus habet stellas XIII & totidem leguntur in summâ Anonymi: sed legendum XIV.

AQVARIVS.

Ὑδροχόος Græcis, Aquarius Latinis, & Fusor aquæ. Arabes ὑδροχοῦν idem esse putarunt, quod ὑδροχοεῖς. Vertunt enim الدلو Edeleu. Est autem דלי Hebræis & دلو Arabibus Situla, ἡ κάλπη, de qua infrà. In fabulis est Deucalion, Ganymedes, Aristæus, Cecrops. Aquarium dici certum est, quia in eius sidere est stellarum series Aquæ similis. Et eadem ratione in Codice Iustinianeo οἱ ὑδροφύλακες Serui Aquarij vocantur. Veterum multi ideò sic appellatum putant, quod Imbres afferat. Germanicus:

Qui fundit latices cælo que q. permouet imbres

Idem alibi:

Horridus at gelidos portendit Aquarius imbres.

Malè vulgo *ignes*. Et alibi:

Hac eade fundens prædicit Aquarius imbrem

Anonymus: *Porrò Aquarius nomen accepisse dicitur, quod eius exortu imbres plurimi fiant.* Isidorus: *Porrò Aquarium & Pisces ab Imbribus temporum vocauerunt, quod hyeme, quando in his signis Sol vertitur, maiores pluuiæ profunduntur.* Aquarij stellæ hæ sunt:

1	Quæ est super caput Aquarij.	5
2	Lucidior duarum in humero dextro.	3
3	Minus lucida earum ibidem.	5
4	In humero sinistro.	5
5	In dorso apud axillam.	5
6	Sequens trium in vestimento apud manum sinistram.	3
7	Media trium.	4
8	Antecedens earum.	3
9	In brachio dextro.	3
10	Septentrionalis trium in extrema manu	3
11	Prior duarum reliquarum.	3
12	Posterior,	3
13	Prior duarum in κοτύλῃ siue vertibulo feminis dextri.	4
14	Posterior ibidem.	5
15	In femore dextro.	4
16	Australior duarum in femore læuo.	4
17	Septentrionalior earum.	6
18	Australior in crure dextro.	3
19	Septentrionalior, & est in poplite.	4
20	In extremo sinistri femoris.	5
21	Australior in tibiâ sinistrâ.	5
22	Septentrionalior, & est sub genu.	5
23	Prima in aquæ flexu.	4
24	Sequens hanc australior.	4
25	Sequens etiam hanc post flexum	4
26	Sequens & hanc.	4
27	In flexu sequenti, australior.	4
28	Borealior duarum adhuc Australiorum.	4
29	Australior.	4
30	Solitaria, hisce Australior.	5
31	Duarum contiguarum post hanc prior.	5
32	Posterior.	5
33	Septentrionalis trium in nouo flexu,	5
34	Media.	5
35	Sequens earum.	5
36	Borealis trium similiter sequentium.	4
37	Media.	4
38	Australis earum,	4
39	Præcedens trium in residuo flexu aquæ.	4
40	Reliquarum australior.	4
41	Septentrionalior earum.	4
42	Vltima, sequens hanc in ore Piscis Notij.	4
43	Antecedens trium extra formam sequentium fusionem Aquæ.	4
44	Reliquarum Septentrionalior.	4
45	Australior earum.	4

Sunt omnes simul 45.

Vestimentum illud ἱμάτιον est συνεστραμμένον τὸ περὶ χεῖρα, mantellum, de quo infrà in Orionis signo. In Sphærâ id admodum ineptè pingitur. κοτύλη concauitas coxæ est in quo femoris caput vertitur, quanquam abusiuè etiam pro quouis ossium sinu ponatur. Idem γλουτὸς vocatur, quod exponunt τὸ περὶ τοῖς σφονδύλοις τ͂ ἰσχίου. Sed hæc distinguit Ptolemæus. Pyxidem vocant alij, & femoris vertebrũ nonnulli; Sunt & qui Ancham vocẽt. Decima Seat ساعد Arabibus: Id, brachium significat vt alibi, ساعد الفرس brachiũ equi. Ptolemæus nullas stellas ponit in vase illo ex quo aqua funditur, quæ κάλπη vocatur, quâ in re à Proclo dissentit qui quatuor collocat. Theon vno in loco ὑδροχοεῖον vocat. Quin & hoc præterea-

tacendum non est, pictum fuisse hoc vasculum cum longo collo, eoque angusto, quali forma erant apud veteres, gutturnia, Bombylij, Baucalia, Nimbi vitrei, & similia quæ στενοστόμιχα appellantur. Hinc factum vt apud nonnullos collum gutturnij locum illum occuparet, quem apud nos primæ stellæ τοῦ ὕδατος, adeò vt ipsi effusioni vix sex stellæ essent reliquæ. Theon: ὁ ὑδροχόος ἔχει ὥσπερ ὑδρεῖον ὑπὸ ἀστέρων, ἀφ' οὗ ἀστέρες ἐκ κάτω ἀστέρες φέρονται ὑδάτων χύσιν ἀπομιμούμενοι. Aratus & Proclus effusionem illam ὕδωρ vocant, alij ἔκχυσιν. Sed nec hoc tacendum nonnullos duplicem effusionem constituisse: Ait enim Anonymus: *Effusio aquæ, dextrâ lævaque sit stellis* XXXI. Sed hoc ideò accidit, quia Aratus dixit χύσις ὕδατος ἔνθα, καὶ ἔνθα, τῆς σιδηραμένης, quod tamen non eâ mente dixit Solensis sed ob multas conuersiones quas Ptolemæus ἐπιστροφὰς, Theon καμπὰς appellat. Scribit autem Anonymus Aquarij stellas esse XVIII, Aquæ solius XXXI. Sed hæc in parte omnino non conuenit cum Hygino, quod vix alibi reperias. Is enim scribit: *Effusio aquæ cum aquario ipso est stellarum triginta*. Sed si rectè perspicias parum discrepant: nam illi non annumeratur Aquarius, sed Aquarium, ὁ κάλπις. Si ita intelligas omnia clara. In illo Tullij loco:

Hæ tenues stellæ perhibentur nomine aquai

Veteres omnes habent *Aquari*. Non malè: nam Vrnam, siue τὴν κάλπιδα Aquarium neutro genere vocant, vt Iurisconsulti Aquimanarium. Hoc Inuenitur apud Pomponium, & Vlpianum. In Pauli responso l. 5. de supel. leg. perperam *aquiminalia* scribitur liquidâ muta. Alias aquarium est ὑδρεγχύτοι, vt in Glossario: & nonnunquam pro latrinâ, siue cloacâ sumitur. In ipsa aqua duæ nominantur illustriores Araro, Anonymo, & Hygino: Harum altera est ea, quæ in formâ nouissima est ὑπ' ἀμφοτέροις ποσὶν ὑδροχόου Arato. Alteram Hyginus vocat primam effusionis. Quod quomodo intelligam nō satscio; nisi eam quæ nobis in cubito dextro est, aquę annumerarit. Aratus suam illam claram alteram collocat ὑπὸ οὐραῖς κήτους: quod verum esse non potest: nam quinque sunt stellæ omnes quintæ ferme magnitudinis quæ solæ Ceti caudam spectant, nisi aliquam ex informibus illis, quæ inter fusionem, & Ceti caudam sunt intellexerit; quod fieri potest. Sed nouissima illa, quæ sub pedibus est Aquarij, in fine aquæ Arabibus FVMAHANT vocatur. Legendum docuit ante nos vir Clarissimus Ios. Scaliger FVMAHAVT فم الحوت quo in verbo ל Hebræorum in Vau mutatum est. Nam Hebræis est פים os, quod reperias 1. Sam. cap. 13. v. 21. & alibi nonnunquam. Similis fuit prior illa mutatio דלי in دلو. Est itaque FVMAHAVT os Piscis: Nam Haut, vt & suprà habuimus Piscem significat, quanquam Medicis Arabibus Samch, سمك, Piscis vocetur. Est autem hæc Stella in ore Piscis Notij qui Hygino perhibetur, *ore excipiens aquam, quæ funditur ab Aquario*. Idem alibi: *Effusio aquæ peruenit ad eum Piscem qui solitarius figuratur*. Hoc veteres nonnulli perperam de Pisce ex duobus australiori qui similiter vocatur νότιος intellexerunt. Manilius:

Piscibus assuetas auidè subeuntibus vndas.

Idem:

—— & effuso gaudentes æquore Pisces

Sed multo manifestior error Auieni, quem nos à librariorum erroribus eleganter liberauimus:

Quorum alius rigidâ consurgit in æthra formâ
Celsior, & Boream propior subit: alter aquarum,
Troïcus haurit aquas funditq vbi Ephebus ab vrnâ,
Pronè auidus iacet in Notialia nubila pronus.

Clarum est illum de Pisce Australi τῷ ἰχθύι intellexisse, quod de solitario Australi, qui Magnus appellatur, erat intelligendum.

CAPRICORNVS.

Αἰγόκερως Græcis, Capricornus Romanis dicitur: In fabulis Pan, siue Ægipan. Arabibus Algedi vocatur الجدي Hoc Caprum significat: Nam & Hebræis גדי significat Captum, Capellam, Hœdum, quanquam Hebræorum nonnulli etiam agnum exponunt, vt præter alios Dauid Kimhi. Caprum pro Capricorno etiam Manilius dixit. Quia Sol cum in hoc sidere est, orbis parti celebriori hyemem facit, ideò Capricornus semper fermè apud Poetas Latinos gelidi epitheto insignitur, vt & apud Nonnum ἄβαλλης vocatur. Est autem Capricornus Caper benè cornutus, sed cuius pars posterior Piscem referat. Ait Hyginus *huius inferiorem partem Piscis esse formationem*. Et Anonymus eum refert, *Piscis caudâ notatum*: quibus consentit Theon. Isidorus: *Capricorni figuram inter sidera finxerunt, propter Capram Iouis nutricem: cuius posteriorem partem corporis in effigie Piscis ideò finxerunt, vt pluuias eiusdem temporis designarent*. Hinc Capricornum ait Manilius constare *ex diuerso diminissim corpore membris*. Stellæ eius sunt hæ

1	Septentrionalis trium in cornu sequente.	3
2	Media earum.	6
3	Australis trium.	5
4	In acumine cornu prioris.	6
5	Australis trium [illegible]	3

6 Prior

6 Prior duarum reliquarum. 6
7 Posterior earum. 6
8 Præcedens has sub oculo dextro. 5
9 Septentrionalior duarum in collo. 6
10 Australior earum. 5
11 Sub dextro geniculo. 6
12 In genu sinistro flexo. 4
13 Sub armo dextro. 4
14 Prior duarum contiguarum sub ventre. 4
15 Posterior earum. 5
16 Vltima trium in medio corpore. 5
17 Australior duarum priorum. 5
18 Septentrionalior earum. 5
19 Prior duarum quæ in dorso. 4
20 Posterior earum. 4
21 Prior duarum in spina australi apud caudam. 4
22 Posterior earum. 4
23 Prior duarum ἐν τῷ μηρῷ. 4
24 Posterior earum. 3
25 Prima quatuor quæ sunt in parte Septentrionali apud caudam. 4
26 Australis trium reliquarum. 5
27 Media earum. 5
28 Septentrionalis earum in extremâ caudâ. 5

Sunt itaque 28.

Octaua in plerisque tabulis malè vocatur, præcedens trium in oculo dextro, cum in oculo dextro stella sit vnica: Est itaque præcedens tres de quibus facta mentio ipsa in oculo locata. Similes errores & alibi reperias. In Ptolemæi translationibus vigesima prima, & vigesima secunda, perperam confunduntur cum duabus sequentibus. Nos rectè emendauimus. Hyginus stellas habet viginti, Anonymus addit duas: sed in eius summâ perperam XXVI legitur, pro XXII. Vigesima tertia stella Arabibus vocatur ذنب الجدي Deneb Algedi, hoc est Hebraicè זְנַב הַגְּדִי Cauda Capricorni.

SAGITTARIVS.

Τοξότης, siue ῥύτωρ τόξου, Sagittarius, Sagittipotens, Arcitenens, Centaurus vocatur. Huius nomen proprium Croton, siue vt alibi legitur, Crotus. Ita appellatur vel maximè ad distinctionem alterius Centauri qui Chiron vocatur. Sed tamen & hunc à nonnullis Chirona vocari ostendimus. Arabibus vocari testatur Scaliger القوس Elkuscha: Hoc arcum significat. Hebraicè est קֶשֶׁת vnde fit קַשָּׁת Sagittarius. Arcum dixerunt Arabes, vt Aratus sæpe τόξον ἀντὶ τοξότου vt alibi ostendimus. Est autem Centaurus vt ex Manilio, Arato, Mythologicis, aliisque patet homo equo commistus. Partem humanam Aratus, sed in Chirone, appellat τὰ ἀνδρὸς ἰσχνόν, equinam τὰ ἱππούρια. Nunc stellas habe.

1 In acumine sagittæ. 3
2 In manubrio apud læuam manum. 3
3 In australi parte arcus. 3
4 Australior duarum in Septentrionali arcus parte. 3
5 Septentrionalior in extremo arcu. 4
6 In humero sinistro. 4
7 Prior hac in Sagitta. 4
8 In oculo nebulosa duplex. Ne.
9 Prima trium in capite. 4
10 Media. 4
11 Vltima. 4
12 Australis trium ἐν ἐφαπτίδι βορείῳ. 5
13 Media earum. 4
14 Septentrionalis earum. 4
15 Obscura sequens has tres. 6
16 Septentrionalis duarũ ἐν ἐφαπτίδι νοτίῳ. 5
17 Australior earum. 6
18 In humero dextro. 5
19 In cubito dextro. 6
20 Trium quæ in dorso illa quæ in interscapilio. 5
21 Media ἐν τῇ ὠμοπλάτῃ. 4
22 Tertia, sub axillâ læuâ. 3
23 In sinistro Σφυρῷ antecedenti. 2
24 In genu eiusdem pedis. 2
25 In Σφυρῷ dextro antecedenti. 3
26 In femore sinistro. 3
27 In brachio dextro posteriore. 3
28 Prior lateris septentrionalis quatuor, quæ apud caudam. 5
29 Sequens ibidem. 5
30 Prior in latere australi. 5
31 Posterior ibidem. 5

Sunt itaque 31.

EXTRA FORMAM.

1 Extra ambitum australem Coronæ. 4
2 Eam sequens, & est in Coronâ. 5
3 Hanc sequens. 5
4 Sequens adhuc istam. 4
5 Post hanc ante Sagittarij genu. 5
6 Sequens hanc, & est Septentrionalior lucida in genu. 4
7 Septentrionalior hâc. 4
8 Adhuc Septentrionalior. 4
9 Posterior duarum priorum in ambitu Septentrionali. 6
10 Prior harum. 6
11 Antecedens multum. 6
12 Etiam hanc antecedens. 5
13 Vltima, & Australissima. 5

Sunt tredecim.

1. Prima est in sagittæ acumine, quod Græcis ἀκὶς & γλωχὶς dicitur: Auctores tabularum perperam

perám hastulam interpretantur. Quanquam enim λογχὴ hastam plerunque significet, sumitur tamen etiam, vt Pollux docet pro αἰχμῇ. Est verò αἰχμὴ propriè cuspis spiculi, ἡ ἀκωκὴ, ἐπιδορατὶς, κώδων, σύριξ. Duodecima cum sequentibus designatur ἐν τῇ ἐφαπτίδι: Id multi perperam contactum vertunt, vt illustrissimus Scaliger ostendit, alij nihilo melius interscapilium, cum sit ἐφαπτὶς intectum quoddam superhumerale ad manus perueniens, nisi in tergum reiiceretur. Huius figuram non malam in Manuscripti imaginibus habes, nisi si ex iusto forte breuior. Sed sciendum in iis mensuræ proportiones non satis seruatas, cum in hac ipsa Sagittarij imagine, neruus arcu multo sit grandior, quod & contrà naturam est, & regulis Mathematicis repugnat, quæ περὶ τῆς ὑποτεινούσης traduntur. At περὶ ἐφαπτίδος Pollux, ὅτι ἐστὶ συρραμμάτιον τι φοινικοῦν, ὃ περιφοροῦν, ὃ περὶ χεῖρα εἶχον οἱ πολεμοῦντες, ἢ οἱ θηρῶντες. Vsitatum vides militibus & venatoribus. Hunc verò Sagittarium studio venationis exercitum ex Sositheo docent Anonymus, & Hyginus. Alia etiam ratio reddi potest, quia hic est ἱππότης, vt & eum nominat Aratus: De equitibus verò ait Athenæus: πάντες δὲ οἱ προειρημένοι εἶχον περιπορφύρους ἐφαπτίδας, πολλοὶ δὲ καὶ διαχρύσους, καὶ ζωωτάς: Hoc est: *præfati verò omnes habuêre purpurea paludamenta nonnulli verò etiam deaurata, & belluata.* Est itaque ἐφαπτὶς vestimentum quale diximus, & purpurei coloris, militibus & venatoribus vsitatum. In Tabulis hoc in sidere sæpè erratum, vt cum antecedentem cauillæ dextræ, vel sinistræ dicunt, vbi antecedētem cauillam dextram dicere satius fuisset: Non enim Ptolemæus priorem, aut posteriorem pedis, vel tali partem designat, sed quia Sagittarius quatuor habet crura (de quo tamen inter veteres non satis conuenit) oportuit singula duplici nomine insigniri, & pedem priorem dextrum, vel sinistrum τῶν προηγουμένων δεξιὸν, ἢ λαιὸν, iterumque posteriorem læuum vel dexterum dicere. Τοὺς προτέρους πόδας (vt Aratus loquitur) Cicero eleganti vocabulo alibi *Antepedes* vocat, posteriores Arato ὑστεροι dici solent. Eædem Tabulæ temerariâ confusione, quem armum dicere debuissent, brachium vocant. Sunt Sagittario in parte humana humeri, sunt in equinâ armi, quos sanè vel stellarum ratione habitâ confundi nequaquam oportuit. Adiunximus Sagittario Coronam quæ Sagittarij vocatur, siue Australis ad Ariadneæ differentiam. Hæc ante pedes eius iacere fingitur, tanquam abiecta, vt vult Hyginus. Solebant enim Centauri, Sileni, Satyri, cum coronis pingi. Hyginum explicant illa Vergilij:

Silenum pueri somno videre iacentem,
Hesterno inflatum venas, vt semper, Iaccho.
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant.

Coronæ huius duo sunt ambitus, seu semicirculi, βόρειος, & νότιος: alij arcus vocant. Sed nos hoc nomē fugimus, quia in Sagittario, cui alius arcus attribuitur, versabamur, ne confusionem pareret nominum similitudo. De hâc coronâ Theon: εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ὅμοιοι ἀφανεῖς ἐν κύκλῳ περιγραφῇ, ὑπὸ τὰ νοτιώτερα τοῖς ὀπισθίοις καλῶσι, οἱ δὲ τόνοι τίθενται. ἔνιοι δὲ αὐτοὺς οἱ μὲν συμμελία (Fortè συμμελίους) φασιν, οἱ δὲ ἰξίονος τρόχον. Et Proclus: τόνος τίθεται ὑπὸ τοῖς ἐμπροσθίοις περιγεγραμμένος, κηρύκειον ἐπέχων. Vocatur itaque corona hæc Sagittarij, siue australis Rota Ixionis: Itemque κηρύκειον ideò vt puto quod in Legationibus, καὶ κηρυκείας coronæ vsitarentur. Οὐρανίσκος præterea vocatur, quia stellæ rotundam præferunt figuram, &, vt vult Aratus:

Δινωτοὶ κύκλῳ περιηγέες εἰλίσσονται.

Latinè hanc vocem transferre si velis, melius haud poteris, quàm si cum Capellâ *calulum* voces, quem hâc in parte olim non satis intelleximus: Sed iam tam non malè odurati sumus pessimè Glossas Thuribulum exponere, tum quod sequatur Ara, quæ eadem cum Thuribulo, tum quod nulla esset ratio cur ita Ara vocaretur. Nunc itaque locus ille clarus, cuius interpretationem, si tanti erit, amice Lector non grauaberis asscribere. Septem stellas Coronæ asscribit Hyginus, & Anonymus hoc in loco non carens mendo, aut imperitis Glossematis. Theon stellas coronæ facit XIX. Hygino & Anonymo Sagittarius XV habet stellas.

SAGITTA.

Οἰστὸς Græcis, iaculum, telum, Sagitta Latinis nuncupatur. Arabibus, vt docet Scaliger السهم Idem docuit nomen illud Alahance, quod in Tabulis est scribi debere الحنصة & coniecit ex חץ Hebraico deriuatum. In iisdem tabulis ISTVSC vocatur, quod quid sit nescio: Imò si benè consideres est Græcum ὀιστός. Scriptum enim fuit Arabicè

ايستوس aut ايس توس

Nam Scin, & Sin Arabes sæpè confundunt. In libro Astronomico, qui Principium Sapientiæ vocatur & Aben Arc, seu Aben Ezræ inscribitur, bis inuenio telū MVSATOR vocari: Hoc Hebræo ex fonte vt descēdat fieri vix potest: Nam מִסְתּוֹר Latibulum significat, quod huc non pertinet: nisi sit מַחְתּוֹר vectis, Fossorium, quod magnus ille Scaliger mihi indicauit. Est

autem alia hæc Sagittâ ab eâ quæ Sagittario tribuitur, vocaturque *ἀυτὸς ἄτις τόξυ*, & *missore vacans* Ciceroni. Malè igitur Sagittæ huius fabula in Anonymi codicibus Sagittario annectitur, post Aquilæ signum totidem verbis fermè repetita. Malè etiam Anonymi ne ipsius an Glossatorum vitio nescio, dicitur ab Aquilæ pedibus teneri, quod falsum; cum re, & Hygino teste Sagitta super Aquilæ signum sit posita. Errori nisi fallor ansam dedit Germanicus; qui ita transtulit:

Est etiam, incertum quo cornu missa, Sagitta,
Quàm seruat Iouis ales;

Rectè: Seruat enim quia propinqua est: Vnde Aratus *χιόθεν ἧ οἱ*, &c. Sed homines insulsi, quia Germanicus dixit seruari telum ab Aquilâ, & ipsi in picturis videbant illud visitatum, vt telum fulmineum Aquilæ vnguibus imponeretur, hoc ipsum huc traxerunt, parum pensi habentes, quid vel Germanicus senserit, vel res postulet. Sagittæ Stellæ sunt hæ.

1	In acumine sagittæ.	4
2	Sequens trium in arundine.	6
3	Media earum.	5
4	Prima earum.	5
5	In ipsa crenâ.	5

Sunt omninò quinque.

Prima est, in eo loco vbi ferrum affigitur, *ἐν τῇ ἀκίδι, ἐν τῇ λόγχῃ*. quod & hic perperam Tabulæ hastulam vertunt. Tu acumen voca. Ità appellat Hyginus, pro quo perperàm in plerisque codicibus *cacumen* legitur. Reliquæ duæ sunt in arundine, siue cannâ: Nam vetustissimas Sagittas ex cannâ fuisse docent Poëtæ, qui sexcenties pro sagittâ arundinem dicunt. Posteà ex ligno id fieri solitum, vidè eas stellas quas in arundine Ptolemæus, Hyginus in materiâ collocat. Vnam earum quæ in arundine locantur, quia magis in Septentrionem vergit, non ineptè cum Anonymo in pennâ reti collocatis. Vltima est in crenâ: hoc est *ἐν τῇ γλυφίδι*. Est autem *γλυφὶς* Græcis Scholiastis ἡ ἐν ἄκρῳ τῷ βέλους, ὅπου ἐντίθεται ἡ νευρά. Itali etiamnum Græcum nomen seruare videntur, sed *σκῶ παρῳδίας*: Appellant enim *triglypho*. Stellas quatuor Hyginus enumerat, & totidem Auienus.

AQVILA.

Ἀετὸς aquila, Arabum interpretibus Alcair vocatur. Sol ille nostri sæculi legendum docuit Altair الطير. Vulgò Vulturē volantem à similitudine appellant. Habet enim tertius multum cū Aquilā similitudinis. In Mappâ dicitur عقاب Hoc idem Heros docuit Equuleum, siue *βασανιστὴς* significare, quod nihil huc pertinere benè est arbitratus. Forte hoc ad Lyram, quæ Aquilæ propinqua est, pertinet, quæ alio nomine Fidicula dicitur, quod vt facilè inducat Arabes perperam pro cruciatus, seu tormenti genere cepisse, facit, quòd Manilius multo Arabibus in linguâ Latinâ doctior, hâc in re eodem errore fœdè sit hallucinatus. Aquila hæc in fabulis Iouis ales vocatur: Itemq. Ganymedis raptrix: De cæteris vide Hyginum. Sequitur stellarum ordo.

1	In medio capitis.	2
2	Præcedens hanc, super collum.	3
3	Lucida in interscapilio.	2
4	Propinqua huic ad Septentrionem.	3
5	Prior duarum, in armo læuo.	3
6	Posterior earum.	5
7	Prior duarum in dextro armo	5
8	Posterior earum.	5
9	Apud caudam, tangens Lacteum.	3
10	Prior duarum informium Australiorum capite Aquilæ.	3
11	Posterior earum.	3
12	Occidentalior paulò, & Australior ab armo dextro Aquilæ.	4
13	Australior istâ.	3
14	Australior etiam hâc.	5
15	Remotissima omnium.	3

Sunt simul quindecim.

Tertia *κατ' ἐξοχὴν* Aquila vocatur, *ὁμωνύμως ὅλῳ τῷ ζῳδίῳ*, vt lucida in Lyrâ, Lyra: in Gallinâ, Gallina appellatur. Hanc stellam antiquissimi mihi non videntur obseruasse. Hyginus enim quatuor stellas refert in capite, in alis, in cauda. Anonymus easdem, nisi quod vltimam collocat in pectore eamque obscuram appellat. Et Germanicus de Aquilâ ait: *habet miracula nulla*, quanquam tutius Aratus *ὁ νέος μεγέθει*. Verius enim est paucas stellas esse in Aquilâ, quàm si dicas omnes esse obscuras. Ex sex informibus quidam Antinoum nouum sidus construunt: hoc pacto, vt decima sit in cubito, vndecima in manu, duodecima in cubito altero, qui est dexter, decima tertia in latere dextro, penultima in femore læuo, vltima in pede dextro. Huius fabula, vt veteribus omnibus meritò fuit incognita, ita etiamnum ignoratur. Tu rem habe. Erat Antinous puer eximiæ formæ ex Claudiopoli Bithyniæ vrbe, Adriano Cæsari in delitiis. Hic cum in Ægyptiaco itinere voluntariâ (vt nonnulli volunt) morte, quia opus deuotâ animâ esse dicebatur, occubuisset, ab Imperatore muliebriter est defletus, vt Spartianus refert: qui ei mortuo honores plusquam humanos exhibuit. Ex eius nomine vrbem apud Nilum condidit, templum ei cum arâ apud Mantineam extruxit, & inter Diuos referri iussit. Imaginem quoque eius in numismatis curauit exprimendam. Postremo stellas hasce coniunctas figura vacantes

Cono-

Cononeam in morem tanquam illius figuram repræsentantes publicè demonstrauit. Ride viri Principis stultitiam, ne quid dicam grauius.

DELPHIN.

Δελφὶς, ἢ δελφὶν, Delphin siue Delphinus, Arabibus Græcū seruat nomen دلفين In Fabulis vocatur Amphitrites vector: Item Arionis, à nonnullis. Hermippus dixit in Apollinis honorem esse in astra relatum, quod tacent Hyginus, & Anonymus. Delphin μουσικὸν ζῶον, Musicum animal vocatur, vt & Plinius monstrat. Nugatur Scholiastes Anonymus, qui hoc ipsum malè intelligens, Musicum signum ob nouenarium stellarum numerum vocari testatur. Pingi debet Delphin ore infrà rostrum penè sub medio ventre posito; & simis naribus, vnde à nautis Simonem vocari testatur Plinius. Spinam non habere, sed ossa, itemque fistulam non in fronte, vt balænæ, sed in dorso testis est Aristoteles. Dorsum ipsum repandum est. Hæc scire lis conducet, qui ex rei veritate, & auctorum veterum testimonio has figuras exprimere malunt quàm (quod hodie plerique faciunt) somniis nouis vetera omnia corrumpere. Stellas has habet.

1	Prima trium in caudâ.	3
2	Reliquarum duarum Septentrionalior.	4
3	Australior earum.	4
4	Australior lateris præcedentis τ᾽ στεγαναδέρα ῥομβοειδοῦς.	3
5	Septentrionalior eius lateris.	3
6	Australior lateris sequentis.	3
7	Septentrionalior eiusdem lateris.	3
8	Australis trium inter quadrilaterum, & caudam.	6
9	Prior duarum Septentrionalium.	6
10	Posterior.	6

Sunt omnino decem.

Ita Ptolemæus, cuius sententiam aut non assequuntur, aut nō ut decet sequuntur Sphærarum auctores, qui mihi videntur cum Hygino Delphini caudam ibi locare vbi Ptolemæus caput. Hyginus in numero nobiscum conuenit. Anonymus nouem habet, in quo mendum est. Legitur enim *in folio duas* pro *in caudâ duas*, Illæ sunt stellæ quas Hyginus ad extremam collocat. Quatuor illas quæ τὰ ῥομβοειδῆ constituunt, demonstrat Aratus:

—— Τὰ δ᾽ οἱ περὶ τέσσαρες αὐτῷ

Γλῆναι, παράλληλοι δύο κατὰ δύο πεπτώκασι

Vbi Theon: τούτῳ δ᾽ ῥομβοειδὲς ἔχει τὸ σχῆμα. Moneo hoc loco eruciens Lectorem Tabulæ Alphonsinæ in quibus legitur *in quadrilatero similalumbo*: Legendum *similis rumbo*.

ORION.

Ὠρίων, siue ὠαρίων, Orion, Hyriades παῖς ὁ ἀρίων. Aliis Arion vocatur. Arabes Subhmatum vocant. Sed hoc Hydræ proprium. Arabicum est الشجاع Hebraicè id infani entem significaret, à radice שגע Hinc fit משגע *Furiosus*, cuius vocis literam Heemanticam si abiicias erit *Sugia*, & cum Arabico articulo *Asugia*. Interpretes *Audacem* transferunt. Vocant & *Genze*. Hoc Arabibus (vt in Lexico Medico inuenio) Nucē significat: Hinc fit *Genzazgnar* جوزة اصغر quod Castaneam illis significat, tanquam nucem minorem dicas. Hebraica origo est אגוז abiecto Aleph. Si rationem quæris ingenuè dicam me nescire, nisi Latinum nomen expresserint. Audi Festum: *Iugula stella, Orion, quod amplior sit cæteris, quasi Nux iuglans*. Aliam tamen rationem adducit eius nominis Varro, aliamque iterum Isidorus, cuius verba in Anonymi codicibus inuenies transcripta. Hæ sunt eius stellæ.

1	Nebulosa in capite Orionis.	Neb.
2	Lucida in humero dextro.	1
3	In humero sinistro.	2
4	Sequens quæ sub istâ	4
5	In cubito dextro.	4
6	In brachio dextro.	6
7	Sequens lateris australis quadrilateri in manu dextrâ & duplex.	4
8	Antecedens eius lateris.	4
9	Sequens lateris Septentrionalis.	6
10	Antecedens eius lateris.	6
11	Prior duarum in clauâ.	5
12	Posterior earum.	5
13	Vltimâ quatuor quæ sunt in lineâ rectâ super dorsum.	4
14	Antecedens hanc.	6
15	Antecedens etiam hanc.	6
16	Prima omnium.	5
17	Septentrionalissima ἐν τῷ δέρῳ apud manum sinistram.	4
18	Secunda post illam.	4
19	Tertia.	4
20	Quarta.	4
21	Quinta.	4
22	Sexta.	3
23	Septima.	3
24	Octaua.	3
25	Reliqua & vltima ibidem.	3
26	Prima trium in baltheo.	2
27	Media.	2
28	Vltima ibidem.	2
29	Apud machæræ capulum.	3
30	Septentrionalis trium continuarum in ensis extremo.	4

S 3 31 Media

31	Media.	3
32	Australis earum.	3
33	Posterior sub ensis extremo.	4
34	Prior ibidem.	4
35	Lucida in pede extremo sinistro.	1
36	Septentrionalior hâc in talo.	4
37	Extrà calcaneum sinistrum.	4
38	Apud genu dextrum.	3

Sunt simul 38.

Secunda vocatur Bed Elgeuze. Fortè erit *Bet Elgeuze*, Lucida Orionis. Nam בת Hebræis pupillam significat. Et concurrunt hâc in re tres linguæ principes. Nam vt Hebræis בת & puellam, & oculi pupillam significat, ita κόρη Græcis, & Pupilla Latinis. Dicebant enim veteres Latini Pupum, & Pupam. Varro Tithono:

Et mammâ lactis sugentem pascere Pupum.

Inde factum est *pupulus*, & *pupula*; Et deinde *pupillus*, *pupilla*. vt *Puera*, *puella*, *puellula*. Pupillam verò pro lucidâ dicunt Arabes, vt Aratus γλήνεα. Nam γλήνη, & γλῆνος est pupilla, quod Poëta pro lucida stellâ posuit. Ita Arabes dixerunt. (vt Scaliger obseruat) مالو القرة *Sertum pupillæ*, pro Lucidâ coronæ. Et simili fortè ratione, lucidam Lyræ pupillam vocant. Et hoc quidem esset verisimile, sed, vt alibi ostendimus, Arabes pupillam non ita, sed القرة appellant. Tertiam Bellatricem nuncupant. Sed sine dubio ipse Orion Bellator vocatur, & hoc nomen huc κατ' ἐξοχὴν, vt multa alia translatum. Quarta est sub tertiâ, non vt perperam indicant Alphonsinæ Tabulæ sub duobus præcedentibus. Vndecima cum sequenti, est in clauâ Orionis, quam κορύνην vocat Aratus:

Καρτερὸς ὀρίων ποδὶ ἢ ὑπεὶρ γλαυκῆς κορύνη.

Affinia sunt κορύνη, λαγωβόλον, ῥόπαλον, βάκτρον, claua, pedum, partim bubulcis, partim venatoribus vsitata. περὶ τῆ καλαύροπος alibi diximus: Hoc loco apud Ptolemæum, vocem, an lectione corrupta legitur κολοβρόβον. Sanè Hesychius καλαύροπα dici ostendit, quod proximè accedit. In Tabulis Alphonsinis hoc loco leges: *quæ sunt in figurâ pineali*. Exprimere voluerunt auctores Græcum, ἐν τῷ κωνοειδεῖ. Nam baculi illi præterquàm quod in vsui essent (vt Festus, & ij qui ad Virgilium scribunt de voce Pedi docent, & Manuscripti figura exprimit) hoc quoque habebant quod essent capitati. κωνοειδὶς vero vocatur omne quod ex lato in acutum desinit. Decimaseptima cum octo sequentibus collocatur ἐν τῇ δεξιᾷ manus sinistræ: Habet enim Orion venator in ea manu λεοντῆν, hoc est Leonis exuuias. Posteriores omnes putarunt esse pellem ipsius manus, adeò vt Tabularum auctores verterint *in contrario manus sinistra*. Alij clypeum effinxerūt, quem etiam in imaginibus Hygini ante annos centum demptis duodecim impressis, videre est effictum. Anonymus hoc ipsum *mantile* appellat. Sciendum est, Mantile, Mantele, Mantellum, Mantelium, (omnia enim ista rectè dici ostendemus) duplici significatione dici. Modo enim id designant, quod in mensis ad manus tergendas adhibetur, modo pro συγκεχυμένῳ τινὶ τῆ χλαμύδος integumenti genere. In etymologia discrepant Grammatici, qui à manu tergendâ, tegendâ, terendâue dici volunt. Lucilius: *Mappas mantelia, merumque*. Virgilius: *tonsisque ferunt mantelia villis*. Plautus Captiuis: *Neque Sycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam est*. Ouidius 3 Fast. *villis mantile solutis*. Martialis:

Mantele è mensa sustulit Hermogenes

Apud eundem inscriptio est Epigrammatis *De mantili, siue gausapi villosa*. Plinius: *cutibúsque enim capilla pro mantelibus ante pectora vti*. Hactenus auctores. Sequantur Grammatici, quorum primus erit Seruius, qui Lucilium citat, & Plautum, sed corruptè si vulgata exemplaria sequaris. *Mantelia quibus manus terguntur. Cæterùm Plautus huius singulare Mantellum posuit: Neque Sycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam est. Lucilius autem mantela dicit: Mappas, mantela, merúmque, quæ Græci μανδύα* (id est μανδύας) *vocant* Quod ad Græcum illud ὁμόφωνον attinet explicabo Latinum Grammaticum Græcis. Suidas: μανδύη, λαμίδιον. Pollux. Μανδύη ὄνομα δὲ τῷ χλαμύδι φαινόλη. Artemidorus: χλαμὺς δὲ ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ δὲ βίρρον καλοῦσι. Suidas alio loco. ἐφεστρὶς ἱμάτιον ῥωμαϊκόν. λέγεται δὲ καὶ μανδύα. καὶ βίρρον. Puto hanc vocem corruptam in Glossis Isidori. *Mandus vestis virginalis*. Fortè *Mandua*. Virgines eo tempore vocabant cælibes vtriusque sexus: *Mandúa* verò cælibum erat. Ad mantilia redeamus. Pollux: λάσια, παχέα ἐπιπεφαμμένα, τὰ μάλλους ἔχοντα, χειρόμακτρα, μαστῦλαι. Lege, μαντίλια. Isidorus. *Mantum* (id est *Mantolum*) *Hispani vocant quod manus tegat tantum. Est enim breue amictum*. Varro: *Mantelium, quasi manuterium, vbi manus teruntur*. Isidorus rursum: *Mantelia nunc pro operiendis mensis sunt, quæ vt nomen ipsum indicat, olim tergendis manibus præbebantur*. Hunc locum explicat ille alter eiusdem: *Facitergium, & manutergium à tergendo faciem, vel manus, vocantur*. quæ verba in Glossis quoque reperias. Est itaque vt ad rem redeamus, mantile, siue mantellum alterâ significatione, ὠμόλινον, χειρόμακτρον, λάσιον, φαινόλης, μανδύη, integumenti superhumeralis genus quo iuuenes lasciuiores brachium

chium clupeabant, mannsque inuoluebant. Nomen etiam eum apud Gallos, & Belgas remansit. Vides igitur non ineptè, τὴν δορὰς ὠρίωνος, quod manui impendeat manile ab Anonymo vocatum. Trigesima stella, & duæ sequentes temere apud nonnullos confunduntur cum trigesima tertia & quarta. Est verò ensis Orionis παραζώνιον. Solebant enim milites pugiones, & gladios ex baltheo suo ligare, vnde Milites Iuuenali (ἀσφοδίζον), quos baltheus ambit. Et in iure cincti dicuntur, & Græcis οἱ ὑπὸ ζώνην. Stella trigesimaquinta Arabibus Rigel vocatur. Hoc clarum est vel ei qui primoribus labris Hebraicas literas gustauit pedem significare. Vocatur etiam *Algebar*. Id si ad totum sidus cum Scaligero referas, erit גִּבּוֹר quod Fortem siue Gigantem (quo nomine etiam Hollandi nautæ Orionem nuncupant) significat. Sin proprium hoc nomen huic Stellæ esse velis, nihil reperio, nisi dicas *Algebra* Arabibus coniunctionem significare: quod & verum. Nam & Medicis luxatorum membrorum compositio, & Arithmeticis numerorum coniunctio ita appellatur. Sed hoc non est verisimile. Est autem hæc Stella coniunctio Orionis, & Fluuij: nam dicitur κοινὸς τοῦ ὠρίωνος καὶ τοῦ ποταμοῦ ἀστὴρ. Stellæ Orionis apud Hyginum sunt XVII. Totidem leguntur in summâ Anonymi, sed perperam pro XXVI res docet.

6	In pectore.	5
7	Septentrionalior duarum in genu dextro.	6
8	Australior earum.	5
9	In extremo pedis antecedentis.	3
10	Prior duarum in sinistro genu.	5
11	Posterior ibidem.	5
12	Posterior in armo sinistro.	4
13	Prior earum.	5
14	In origine sinistri femoris.	3
15	In interfemineo, ἐν τοῖς μεταμηρίοις.	3
16	In pedis dextri poplite.	4
17	In extremitate pedis dextri	3
18	In cauda.	3

Sunt octodecim.

INFORMES EXTRA CANEM.

1	In Septentrionem à vertice.	4
2	Australissima quatuor ad lineam rectam sub pedibus posterioribus sitarum.	4
3	Septentrionalior.	4
4	Adhuc Septentrionalior.	4
5	Septentrionalissima.	4
6	Prima trium quæ his quatuor sunt occidentaliores.	4
7	Media earum.	4
8	Vltima earum.	4
9	Sequens duarum lucidarum, quæ sub istis.	
10	Prior earum.	2
11	Vltima Australior.	4

Sunt hæ vndecim.

Simul 29.

CANIS MAIOR.

Canes duo sunt, quorum hic maior, & Australior, alter minor, sed prior ad Septentrionem vnde προκύων vocatur. Hic Sirius vocatur, quod tamen nomen κυρίως ad Stellam clarissimam apud omnes passim auctores trahitur. Postremi sæculi homines, quasi huic proprium nomen desit, Lælapem vocarunt: & ita in Hygino inscribitur, cum ipse Hyginus nullam eius nominis faciat mentionem. Caniculam Latini vocant: Sed & Procyon ita appellatur. Itaq. hoc ἀδόκιμον. Vocatur Arabicè *Elbaber*. Legit Scaliger Elchabar, hoc magnū significat. Est itaq. כֶּלֶב הַכַּבִּיר كلب الكبر Canis magnus. In Tabulis Alphonsinis vocatur *Aliemini*. Hoc esset كلب اليمنى Canis Australis. Nam dextrū pro Australi dicunt etiam Hebræi, vnde fit תֵּימָן Meridies, nunc Stellas recitemus.

1	In ore summi fulgoris.	1
2	Super duas aures.	4
3	Super caput.	5
4	Septentrionalior in collo.	5
5	Australior ibidem.	4

Tertia, nisi potius quarta sit, Isis vocatur Anonymo. Prima veteribus, & nouis omnibus Sirius vocatur, & ἀστροκύων, & Canis, ὁμωνύμως ὅλῳ τῷ ζῳδίῳ. Sed hæc apud Hyginum, cum ea quæ in capite est confunditur. De Stellæ huius obseruationibus pleni auctorum libri, itaque nihil amplius dicam. Hoc vnum adiiciam Arabibus Alscre dicl. In Lexico Medico inuenio: SCERA, id est, *magna stella*: Et alibi, sed paulò corruptius, SCEARA, id est, *Canis Maior*: Nescio an verum sit, id quod mihi in mentem venit esse vocem Græcam, Græca terminatione omissa, الشعرى *Elsiri*. Stellas habet apud Anonymum XX. Apud Hyginum XIX. Perperam enim in vltima editione & hic XX. legitur.

LEPVS.

Λαγωὸς Græcè Latinè Lepus, Arabicè, quod Scaliger ex Hebraico fonte manare probauit, الارنب ELARNEB. In Lexico Medico. *Harneb*, *Lepus*; rectè mutato Eliph in aspirationem. In Anonymi codicibus inscribitur Dasypus. Sed nullus (quod sciam) veterum ita appellat. Et aliud

est Da-

est Dasypus, aliud Lepus, quæ eadem esse vulgo temerè persuasum. Distinguunt enim præstantissimi in Animalium historiâ auctores Aristoteles, & Plinius. Est enim Dasypus, nisi fallor Cuniculus, quem Strabo vocat λαγιδέα γεώρυχον, & λεβηρίδα: Polybius & Galenus Latino vocabulo seruato κόνικλον. Stellæ Leporis hæ sunt.

1	Septentrionalis lateris prioris quadrilateri, quod in auribus est.	5
2	Australis eius lateris.	5
3	Sept. lateris sequentis.	5
4	Australis eiusdem.	5
5	In mento.	4
6	In extremo pede sinistro anteriore.	4
7	In medio corpore.	3
9	Sub ventre.	3
9	Septentrionalior duarum quæ in pedibus posterioribus.	4
10	Australior earum.	4
11	In dorso, seu lumbis.	4
12	In extrema cauda.	4

Sunt simul 12.

Hyginus sex stellas refert, & Anonymus septem.

ARGO.

Ἀργὼ, ναῦς, Argō Nauis, fabulis est celeberrima. Arabicè vocatur سفينة Sephina. Hoc est putum putum Hebraicum סְפִינָה Ion. 1. 5. Vocatur & Markeb. مركاب Hoc erit Hebraicum מֶרְכָּבָה Currus. Ita Græci ἅρμα θαλάσσης dicunt pro naui: & Catullus:

Ipsa leui fecit volitantem flamine currum,

Sed hoc nomen propriè refertur ad stellam lucidam, quæ in Scuto est, quod in puppi. Sunt enim & alia scutula in mediâ naui. Notus est mos nautarum scutula in nauibus suspendentium, qui antè paucos decorum annos apud nos exoleuit. Hæ sunt Argus stellæ:

1	Prior duarum in extremâ naui τὸ πηδαλιουχεῖον.	5
2	Posterior earum.	3
3	Septentrionalior duarum contiguarum in scutulo puppis.	4
4	Australior earum.	4
5	Præcedens istas.	4
6	Lucida in medio scutulo.	3
7	Prima trium sub scutulo.	4
8	Postrema.	4
9	Media trium.	4
10	Τοῦ τ χηνίσκου.	4
11	Septentrionalior in carinâ puppis.	4
12	Australior ibidem.	3
13	Septentrionalior in foris apud puppim.	5
14	Prima trium sequentium.	5
15	Media.	4
16	Vltima trium.	4
17	Lucida sequens hanc in foris.	2
18	Prior obscurarum sub lucida.	5
19	Posterior earum.	5
20	Prior suprà splendidam dictam.	5
21	Posterior.	5
22	Septentrionalissima trium in scutulis, & est. ἐπὶ τ̃ ἱστοδόκης.	4
23	Media earum.	4
24	Australissima.	4
25	Septentrionalior duarum contiguarum, quæ sub istis.	4
26	Australior earum.	4
27	Australior duarum in medio malo.	3
28	Septentrionalior earum.	3
29	Prior in extremâ mali.	4
30	Posterior ibidem.	4
31	Sub tertia sequens scutum.	2
32	In sectione transtrorum.	2
33	In carinâ, inter gubernacula.	4
34	Sequens hanc obscurior.	6
35	Lucida sequens hanc sub foris.	2
36	Lucida Australior in inferiore carina.	2
37	Prima trium sequentium hanc.	3
38	Media earum.	3
39	Sequens earum.	2
40	Prior duarum sequentiū has in sectione.	3
41	Posterior earum.	3
42	Prior duarum in gubernaculo Septentrionali.	4
43	Posterior earum.	3
44	Prior duarum in gubernaculo Australi.	1
45	Altera.	9

Sunt itaque 45.

Vix alibi nomina adeò reperias confusa & turbata. In Tabulis antenna ponitur pro malo. *Fabricatio nauis* (pro quo malè vno in loco *fricatio* legitur, & altero *fabricator*) carinam significat. *Costatum*, pro ἱστοδόκη positum. Sed auctores intellexisse videntur non antennam, sed Modium, vt Isidorus vocat: Sequitur enim: *Est locus mali*. Sed propriè ἱστοδόκη, vt Homeri interpretes docent, est τὸ κατ' τὴν πρύμνην ἀνέχον ξύλον, ἐφ' ὃ κλίνεται ὁ ἱστός. Remus pro temone, siue gubernaculo ponitur. Duo verò antiquis nauibus fuisse gubernacula, tum Manuscripti figura, tum Græci, Latinique auctores ostendunt. Hoc obiter. In iisdem tabulis Puppis *Camel* vocatur. Hoc quid sit nescio. χηνίσκος est ornamentum puppis, non proræ, vt plerique volunt, cuius meminit præter Ptolemæum Lucianus Nauigio: sed & alij. Stellæ pleræque in Sphæris non rectè collocatæ: Sed nec vetus nauis forma satis obseruata. In ea stellæ alicui nauis nomen ascribitur *Alpharr*. Sed hoc ad lucidam Hydræ pertinet. Stella penultima

vltima Canopus appellatur, & Ptolemæus. In Tabulis dicitur SYHEL appellari, quod ponderosam interpretantur. Est سوهيل vide quæ in Manilianis Scaligeri. TERRESTRIS etiam vocatur Anonymus de Canopo loquens. *Apparet autem humillima: & quod circa terram esse videtur, & nullum sidus inferius apparet, ob hoc TERRESTRIS vocatur.* Græce vocatur κάνωβος, muta mutata. Describitur à Proclo. ὁ ἐν ἄκρῳ τοῦ πηδαλίου τῆς ἀργοῦς κείμενος λαμπρὸς ἀστήρ. Veterum tamen nonnulli Canopum collocarunt in Eridano, vt Hyginus in Fluuij Fabula, & Capella in Astronomiâ. Hinc etiam Anonymus eius Stellæ in Fluuio mentionem facit, non in Argo, atque non quidem esse in temone Nauis, sed eum tangere. Vocatur etiam hæc stella, vt Martianus meus testatur, Ptolemæus. In Anonymo perperam *Ptolemaeon* legitur recto casu. Hyginus viginti tres stellas agnoscit: Anonymus viginti quinque qui collocat quatuor *in catastroma.* Rectè, mutata veterum Latinorum more declinatione, vt & schemam pro schemate dixerunt. Hesychius κατάστρωμα, τῆς νηὸς μέρος. ἐν ᾧ ἱστᾶσι ναυμαχοῦντες. *Reticulum* vocare videtur Hyginus, nisi tu *retectum* legas. Hoc esset ad verbum κατάστρωμα, quod nautis nostratibus het bovet-net vocatur: Reticulum, siue pauimentum cancellatum superius. Ptolemæus Foros vocat κατάστρωμα.

CETVS.

Κῆτος, Cetus Latinè dicitur eodem nomine. Sed κῆτος nomen est generale, quod & Arabes ex Græco sumunt القيطس *Elketes*: Satius enim est Te literam quiescere, quàm per diphthongum legi *Elkaites* vt in Tabulis est. Nomen verò speciale, quod diu latuit, ego eruo. Hoc est ὀρφὸς: Nam κήτη dicuntur omnes Belluæ marinæ, vnde non malè Latini Poëtæ, *Belluam & menstrum marinum* transferunt. Ορφὸς verò vel ὀρφὼς Atticè. Species est τῶν κήτων. Ita hoc signum appellatur Firmico. *In vltima parte Piscium* inquit *consurgit bellua, quæ à Græcis ὀρφὸς dicitur.* Quod desumptum est ex illis Manilianis:

Sana sub extremis consurgunt sidera Ceti
Piscibus.

Quem Manilius Cetum, ille vocat *Belluam*: vt Germanicus:

Bellua sed Ponti non multû præterit Amnem.

De Orpho ait Aristoteles: τοιχὲν ἔχει ὁ ὀρφὸς ἐν μικροῦ γινόμενος μέγας. Meminit & Plinius libro nono, cap. XVI. Ouidius Halieuticis:

Cantharus ingratus succo, tum concolor illi
Orphus.

Malè enim *Orphus* legi præter citatos locos, vel solus ille Plinij, libro XXXII cap. vltimo, qui ex Ouidio desumptus est, satis indicet, vbi quoque Orphi fit mentio. Sunt qui sidus hoc Balenam vocent. Sed Latini veteres *Pistricem* dixerunt. Idem sunt πρίστις, πρῆστις, πρίστις, *Pistris*, *Pristis*, *Pistrix*. Sed horum quædam recta quædam deprauata. Testis est Plinius Pistrices inueniri ducenum cubitorum. Cæterum quinam hoc sidus pingi debeat vix satis constat. Hoc certum, quod tamen non obseruatur, esse in eius dorso curuaturam, vt Hyginus vocat, quæ Anonymo *Gibbus* dicitur. Stellæ Ceti siue Pistricis hæ sunt.

1	In extremis naribus.	4
2	Vltima trium, quæ sunt ἐν τῷ ῥύγχει & est in extrema mala.	3
3	Media, & est in medio ore.	3
4	Prima, in mento.	3
5	In supercilio, seu oculo.	4
6	Septentrionalior hac in capillitio.	4
7	Præcedens has duas, in iuba.	4
8	Septentrionalis lateris prioris quadrilateri in pectore.	4
9	Eius lateris Australis.	4
10	Septentrionalis lateris sequentis.	4
11	Australis huius lateris.	3
12	Media trium quæ sunt in corpore.	3
13	Australis earum.	4
14	Septentrionalis earum.	2
15	Posterior iuxtà caudam.	2
16	Prior ibidem.	2
17	Septentrionalis lateris sequentis quadrilateri apud caudam.	5
18	Australis eius lateris.	5
19	Septentrionalis lateris alterius.	5
20	Lateris alterius Australis.	5
21	In ramo caudæ Septentrionali.	3
22	In ramo caudæ Australi.	3

Sunt simul 22.

Secunda dicitur منخر *Menkar*. De quintâ perperam in Ptolemæo legitur ἰορφός, pro ὀφρύος. Decimaquarta vocatur بطن قيطس *Beten-ketos*, hoc *ventrem Ceti* significat, vt clarum est. Penultima est ذنب قيطس *Deneb ketos*, *Cauda Ceti*. Hyginus stellas habet XIII. Anonymus XIV. Sed hic verius ait stellas sub cauda duas esse claras, quàm Hyginus obscuras.

FLVVIVS.

Ο ποταμὸς, Fluuius, Oceanus, Nilus, Eridanus, qui & Padus, ὁ ποταμὸς τοῦ ὠρίωνος Proclo. Arabibus نهر *Nahar*. Hoc illis, & Hebræis נָהָר Fluuium denotat. Illâ ab origine ποτ' ἴξο. χλω clarissimus Sabinorum

binorū Amnis Nar dicitur, contractè, quemadmodum Acharnar pro Achar Nahar, vt infra patebit. Dicitur & Gyon Hebraice hoc גיחון est Nilus, vt Iosephus docet. Et hunc Fluuium Nilum, & Nilum Gyon vocari vel Anonymus satis ostendit, vbi ait: *A quibusdam verò Nilus, qui & Gyon, existimatur, & ideo inter sidera collocatus, quod à meridianis partibus cursum dirigat.* Auienum voluit exprimere, is enim ait:

——Pharium pars altera Nilum
Commemorat, largo segetes quod nutriat Amni,
Arentesque locos vndâ fecundet alumnâ,
Vel quod de medio prolapsus parte diei
Vastus in æquoreas Pelagi se proferat vndas.

Vide etiam si lubet Hyginum. Aratus, & alij plerique semper Eridanum vocant, non Nilum. Eridani verò loco semper aquam pictam fuisse præter Hyginum, & Anonymum, etiam Aratus indicat, qui eius καμπὰς nominat, quas Ptolemæus ἐπιστροφὰς. In Manuscripti figura Deus depingitur. Hoc ἀπροσδόκητον est. sed quia antiquitatis habet nonnihil, lubet explicare. Primum Cornua, quæ omnibus Fluuiis præcipuè verò Eridano appingi debent omissa sunt. Vide Seruium ad illud Maronis:

Corniger Hesperidum Fluuius regnator aquarum.

Caput eius arundinibus obsitum est. Rectè. Vetus Horatij Commentator *Hinc etiam tempora illorum* Fluuiorum *perhibentur coronata arundinibus, quoniam ripæ Fluminum, illarum silua decorantur. quæ etiam à ventis agitata obscurè sonat, vt Poeta Et tenera prætexit arundine ripas.* Velum illud quod circa crura habet, Carbasus vocatur. Virgilius de Tiberino:

——tum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus.

Nonius Marcellus. *Carbasus, Pallium quo Fluuij amiciuntur.* Pingitur quoque aqua ex ore eius effluere. Hoc omnino ex Auieno expressum est, contra mentem tamen Arati, qui nullam Dei figuram voluit pingi, sed solam aquam. Ait Festus:

——quicquid per sidera, aquarum
Adspiciem Eridanus pater exspuit, abditur altâ
Tethye, & Oceani tegitur Padus æquore Ponti.

Hæc ad excusandum pictorem sufficiant. Nos stellas ex Ptolemæi mente explicabimus.

1 In principio Fluminis, sequens eam, quæ in pede Orionis

2 Septentrionalior, ἐν τῷ ὑποκαμπίῳ apud suram Orionis 4

3 Posterior contiguarum sequentium. 4

4 Earum prior. 4

5 Sequentium deinde posterior 4

6 Earum prior. 4

7 Trium has sequentium vltima. 5

8 Media. 4

9 Prima trium. 4

10 Vltima quatuor sequentium. 3

11 Antecedens hanc. 4

12 Antecedens & hanc. 3

13 Prima quatuor harum. 3

14 Vltima aliarum quatuor. 3

15 Antecedens hanc 4

16 Antecedens & hanc 3

17 Prima harum quatuor. 4

18 In flexu Fluuij, apud pectus Ceti. 4

19 Sequens hanc. 4

20 Trium hanc sequentium prima. 4

21 Media earum. 4

22 Vltima. 4

23 Septentrionalis lateris prioris τῆς τετραγώνου sequentis eas. 4

24 Australis eius lateris. 5

25 Prior lateris sequentis. 4

26 Eiusdem posterior. 4

27 Septentrionalior duarum Orientaliorum. 4

28 Australior earum. 4

29 Duarum sequentium posterior 4

30 Earundem prior 4

31 Vltima trium sequentium in sequenti interuallo. 4

32 Media earum. 4

33 Prima trium. 4

34 Vltima Fluuij, Lucida. 1

Sunt simul 34.

Decima nona vocatur Angetenar. Scaliger optimè legendum docuit *Anchenetenar.* أحناة النهر Idē docuit vltimam Fluuij non *Acarnar* vocandā, sed Achacnatin. Hoc est purum putum Hebraicum אַחַר־נָהָר. أخر نهر stella vigesimanona inscribitur *Beemim.* Hoc esset باعيم Hoc Arabicus nihil potest significare, nisi quod ita appellentur radices duæ Medicis vsitatæ. Itaque nihil adferes cur hæ stellæ ita vocentur, nisi puncto diacritico mutato velis legere تاميم vt sit *Theamim* תְאֹמִים, quod Geminas, & sibi cōiunctas (vt Hieronymus transfert Exod. 26. v. 24) significat. Itaque hoc nomen non peculiariter ad hanc vel duas stellas pertineret, sed vbicunque duæ sunt stellæ vicinæ, & contiguæ similis figuræ & magnitudinis possit vsurpari. Iccircò nihil affirmo. Vbi Hyginus stellas enumerat Fluuij, ita legitur. *Habet stellas in prima curuatura tres, in secunda tres, item in tertia v quæ adno-*

ad nouissimam septem. Omninò est stellarum XIII. Legendum puto: *In secunda tres Item in tertia: Vsque ad nouissimam septem. Omninò est stellarum* X[illegible] Etiam alibi notauimus [illegible] binarij, in quinarium coaluisse. Differt ab Hyg[illegible]o [illegible] monach[illegible] Anonymus, qui tamen ad-modum meam firmat coniecturam. E[illegible] locum. *Habet autem stellas, in primo flexu quatuor, in secunda [illegible] es, in tertio tres, & quae ad nouissimum septem, quas dicunt in ore Nili esse. Sunt omnes* XVII

Piscis notivs.

Piscis hic appellatur, Magnus, solitarius, Australis, *ἰχθῦς μέγας, μονήρης, νότιος*, ad differentiam duorum coniunctorum paruorum, qui in Zodiaco. Huius Fabulam ex Ctesia Syriacū rerum auctore prodit Hyginus: & eā de re in gemellis Piscibus nonnihil diximus. Vocatur hic Arabice حوت الجنوبي *ἰχθῦς νότιος*, vt اكليل الجنوبي *ὁ στέφανος νότιος*. Piscis stellae sunt.

1	In ore eadem cum extremo Aquae.	4
2	Trium in capite Australi ambitu prima.	4
3	Media earum.	4
4	Vltima trium.	4
5	Quae ad branchias.	5
6	In spina australi.	5
7	Posterior in ventre.	4
8	Prior in ventre.	4
9	Vltima trium in spina Septentrionali.	4
10	Media.	4
11	Prima trium.	4
12	In extrema cauda.	4

Sequuntur informes.

Prima lucidarum praecedentium Piscem	3
Media.	3
Vltima trium.	3
Occulta hanc antecedens.	5
Australis duarum Septentrionalium aliorum.	4
Septentrionalis earum.	4

Sunt simul [illegible] 8.

Primam alibi F[illegible]H[illegible] vocari ostensum est. Hyginus XII stellas [illegible] & Anonymus vitio librariorum mi[illegible] liberandus. Legitur: *tres in brachiis eius. Lege in branchiis.* Posteà sequitur. *Inter haec sunt astra sine signa* (Glossema est) *quae Planeta appellantur.* Lege: *quae Plauta appellantur.* Sunt enim duae stellae vicinae Plantae Aquarii, quarum vna eam tāgere videtur, cuius ipse Anonymus superius meminit cum ait *Vna fertur sub pedibus Aquarij.*

Thvribvlvm.

Θυτήριον Arato, *θυμιατήριον* Proclo, & aliis, *Thuribulum* Germanico, *Ara* Ciceroni, Auieno, Hyg[illegible]ino. *Altare vel altarium* Capellae. *Pharus & Sacrarium* Anonymo. In Ma[illegible]a [illegible] pro quo Scaliger legit

مباجره مجمارة *Ignitabulum.*

Thuribulum, quod Graece *θυμιατήριον*, & *λιβανωτὶς* Hebraicè מחתה appellatur, formam habes in MS [illegible] imagine. Phari nomen absque dubio ab Ægyptiis descēdit. Celeberrima enim est Pharos à Ptolemaeo Philadelpho albo ex lapide octingentis talētis opera Sostrati Cnidij ita vt à mari circumlueretur locata. Hinc aliae Phari nomen accepêre. Statius:

Lumina noctiuaga tollit Pharus aemula Luna.

Vocant Pharos *πυρσαῖα* [illegible] *λυχνοψίας*, & *φρυκτώρια*. Describit eleganter Herodianus *Ἀπεικάσαι ἄν τις τὸ σχῆμα τῶν φρυκτωρίων [illegible] φρυκτωρίαις ταῖς λιμέσιν ἐπικειμένοις, αἳ νύκτωρ τὰς ναῦς ἐς ἀσφαλῆς διαγωγὰς χειραγωγεῖ. φάρους [illegible] αὐτὰ οἱ πολλοὶ καλοῦσι.* Sacrarium dicitur, quod [illegible] res sacra continetur. Vlpianus *de Rer. diuisione, & qualitate l. Sacra. § Illud.* Est itaque Sacrarium non *Sacrarius* vt hodie legitur *τὸ ἱερατεῖον*. Vocatur praetereà LAR, hoc est *ἐσχάρα*. Item *Puteus* Hebraicè בור Puteum significat, בירה Sacrarium. Possim hic infinitas Inscriptiones Aris conformatas asscribere, vt Arae figura sit laxior, sed nihil opus. Praeterire tamen non possum quin proponam carmen Ænigmaticum de Arā ab Iasone constructā, quam Philoctetes posteà est veneratus. Versuum structura Aram exprimit. Nonnulli id carmen ascribunt Theocrito, nonnulli Simmio Rhodio: Lu[illegible]ur, & Scholiastes Graecus Dosiadae. Hoc verò ante omnia scire te volo nostram Aram *ἀναλογικῶς* esse contractiorem, vt & in veteribus Hymni figuris est videre. Carmen tale est.

ΒΩΜΟΣ

εἰμ' ἄρσενός μοι στῆσε
[illegible]σις μέροψ δίσαβος, ὁ
[illegible] δ' εὐνᾶς ἶνις ἐμπούσας μόρος
[illegible] βούτα καὶ κυνὸς τεκνώματος,
χρυσᾶς δ' ἀλήτας, ὅν ποτ' ἀνδρόπαις
[illegible] γυιοχάλκου κέκλυ
[illegible] αὐτὸ, ὃν ἀπάτωρ
[illegible] [illegible] μη-
τράς [illegible] ἐμὸν δ' ἐπί-
γμα [illegible]
[illegible]
[illegible] γάρ
[illegible]
[illegible]
[illegible] Πανί τε
[illegible] φῶς, δίζυγος, ἶ-
νιστ' [illegible]
[illegible]

Sum masculi Femella
Vir Thessalus bispuber, haud
Flammicubus natus Empusa, atque mers
Bubulci qui Canis prosapia est,
Clarus sodalis, cum virum ambussit
Membratrum, valentem,
Perdiditq; quem bruir
Matrimus cecidit ma
trabiectus: Opus meum
Miratus Dearbitri
Necator, Trinocty
Sepultor, grauis impetu
Clamauit. veneno. n. hunc
Inuit serpens senec
ta exutus: quem morantem
In insula Panos matris
Particeps thori, cleptor, Virbius,
Mertaledonis & soboles Treia perda
Triuictam ad Teucridem ob A lidas egit.
Hoc obiter. Sequuntur stellæ Aræ.

1 Septentrionalior duarum in basi. 5
2 Australior earum. 4
3 In media Ara ἐν μέσῳ τῷ βωμίσκῳ. 4
4 Septentrionalis trium in foco ἐν τῷ ἐπὶ πύρῳ. 5
5 Duarum reliquarum Australior. 4
6 Earum Septentrionalior. 4
7 In ipsa Flammâ ἐπ' ἄκρου τοῦ πυρίου. 4

Sunt stellæ septem.

Duæ primæ In Basi sunt, quarum meminit Anonymus: Ait enim: *Duas in Vase eius*. Lege *in Vasi* pro, *in Basi*. Hyginus imum altaris nominat. De quarta legitur perperam in Alphonsinis *in loco ignis*, pro *in foco ignis*. Itaque sic emenda. Hyginus & Anonymus stellas agnoscunt quatuor. In Manuscripti imagine illa sola omissa est, quæ in media est Ara.

CENTAVRVS.

Dicitur hic Græcè, Latinè, Arabicè, κένταυρος, Centaurus, قنطورس. In fabulis Pholos, vel Chiron Phillyrides, φὴρ. Semifer. Pingi hic solet ab antiquissimis ita vt in dextra Feram habeat, de qua infrà & vtrem ex brachio pendentem, quem βύρσαν vocabant. In manu verò sinistra Thyrsum, & ex eo pendentem leporem. Hodie Thyrsus & Fera tantum pinguntur. Nam cætera sunt ἄναστρα. Partes Centauri duæ, vt & Sagittarij, humana, τὰ ἀνδρεῖα ἐοικότα, Equina, τὰ ἱππεία Arato. Vtriusque partis stella sunt hæ, quæ sequuntur.

1 Australissima quatuor in capite 5
2 Septentrionalissima earum. 5
3 Duarum reliquarum prior. 5
4 Earundem posterior. 5
5 In humero sinistro, & priore 3
6 In humero dextro. 3
7 Id sinistra ὠμοπλάτη. 4
8 Septentrionalior duarum priorum in thyrso. 4
9 Australior earum. 4
10 Reliquarum duarum ea quæ in summo thyrso. 4
11 Vltima, quæ Australior. 4
12 Prima trium in latere dextro. 4
13 Media. 4
14 Vltima earum. 4
15 In brachio dextro. 4
16 In dextro lacerto 3
17 In extrema manu dextra. 4
18 Lucida in coniunctione partis humanæ. 3
19 Duarum obscurarum Septentrionaliorum sequens. 5
20 Antecedens earum. 5
21 In principio dorsi. 5
22 Antecedens hanc, in dorso equino. 5
23 Vltima trium in lumbis. 3
24 Media. 4
25 Prima trium. 5
26 Prior coniunctarum in femore dextro. 3
27 Posterior earum. 4
28 In pectore sub axillâ equina 4
29 Prior duarum sub aluo. 2
30 Posterior earum. 3
31 In poplite dextri pedis. 2
32 In eius pedis σφυρῷ. 2
33 In poplite pedis sinistri. 4
34 In surâ, seu musculo huius. 2
35 In extremo pede dextro antecedente. 1
36 In genu pedis sinistris. 2
37 Informis sub pede dextro posteriore. 3

Sunt itaque 37.

Thyrsus cuius mentio in octaua stella & sequentibus latens est telum, cuius mucro hedera lambente protegitur, vt Macrobius ostendit, venatoribus & Bacchantibus vsitatum. Proclus: θυρσολόγχος ὃν κρατεῖ ὁ κένταυρος. Legendum θυρσόλογχος. Anonymus *Arma* vocat, & posteà Thyrsum, vt & Ptolemæus. Ridenda admodum est eorum imperitia, qui clypeum vertunt. Habet Centaurus in manu dextra θηρίον, vt Aratus, & Proclus appellat, *Bestiolam* transfert Anonymus, alij *Feram*, Cicero *quadrupedem*. De hac duplex apud Mythologicos opinio, nonnullis putantibus Centaurum hanc bestiam venatum, cum & Pindarus Chironem acrem faciat venatorem. Ex hac opinione Germanicus, *Seu prædam è siluis portat*, & Auienus *Agrestemq; manu prædam gerit*. Alijs contrà dicentibus cum Chiron Aræ sit proximus, hoc pro victima ab eo afferri. Hinc τὸ θηρίον *hostiolam* vocat Hyginus. Huc pertinet illud Germanici.

—seu dona propinqua
Placatura

Placatura Deos cultor Iouis admonet Ara.
Et illud Auieni ex altero expressum.
Ille autē dextram protendere visus ad Aram
Cœlicolum, iusta per oluit munera vita.
Verum omnino est, quod Cicero ait
Quam nemo certo donauit nomine Graium.
Græci enim semper ἀδιηκέστως vocant θηρίον. Sed Capella vocat Pantheram, nostri Astrologi lupum, Arabes leænam, hoc est أسداع Asida. Hæ sunt eius stellæ

1 In extremo pede Feræ, apud extremam Chironis manum. 3
2 In poplite pedis postrem. 3
3 Prior duarum ἐν τῷ ὀμφαλῷ. 4
4 Posterior earum. 4
5 In medio Feræ corpore. 4
6 In ventre sub ilibus: Mizar. 5
7 In femore. 5
8 Septentrionalior in origine femoris. 5
9 Australior earum. 5
10 In lumbis. 5
11 Australissima trium in extrema cauda. 5
12 Media earum. 4
13 Septentrionalis earum. 4
14 Australior duarum in ceruice. 4
15 Septentrionalior earum. 4
16 Prior ἐν τῷ ῥύγχει. 4
17 Posterior. 4
18 Australior duarum in pede ex anterioribus altero. 4
19 Septentrionalior earum. 4

Sunt itaque nouemdecim.
Et vna cum Centauro 56.

Habet Hyginus stellas xxxiii. In Centauro xxiii, in Hostiola x. Anonymus simul xxxi. In Centauro xxii, in Fera sex, in Thyrso tres. Sed in eo numeri admodum corrupti. Tu ad hoc exemplum emenda. Ouidius quatuordecim Chironis stellas agnoscit.
Nona dies aderat, cum tu iustissime Chiron
Bisseptem stellis corpora cinctus eras.

HYDRA.

Hydra, ὕδρα, ὕδρος, Anguis, Arabibus *Asuia* أسجاع hoc est Fortis, Furiosus, vt in Orione (cui idem nomen tribuitur) explicauimus. Nihil moremur: ad stellas veniamus.

1 Australissima quinque earum quæ in capite, & est in naribus. 4
2 Septentrionalior in oculo. 4
3 Duarum sequentium Septentrionalior, in cranio. 4
4 Australior earum in hiatu. 4
5 Vltima in mento. 5
6 Prior duarum in origine colli. 5
7 Posterior earum. 4
8 Media trium, quæ post flexum colli. 4
9 Vltima earum. 4
10 Australissima. 4
11 Obscurior & Septentrionalior duarum coniunctarum Australiorum. 6
12 Lucidior earum. 2
13 Prima trium post flexum. 4
14 Media earum. 4
15 Vltima earum. 4
16 Prima sequentium trium in recta linea. 3
17 Media earum. 4
18 Vltima. 3
19 Septentrionalior sub Basi pateræ. 4
20 Australior ibidem. 4
21 Prima trium sequentiū figura triquetra. 4
22 Media & Australior. 4
23 Vltima earum. 3
24 Prior post coruum apud caudam. 4
25 Posterior, in extrema cauda. 4
26 Informis australior capite Hydræ. 3
27 Informis sub flexu, qui sub collo est noctis interuallum. 3

Simul sunt 27.

Duodecima vocatur *Alphard*. In descriptione vigesimæ quartæ legitur in Tabulis. *Quæ est post coruum.* Aut exscriptor errauit, cum scribendum esset *coruum*, aut, quod magis puto, auctores pro κόρακος legerunt κόρακα, quod & alij fecisse videntur. Aliquanto post flexum (*Tortum* vocat Germanicus, *Agmen* Auienus) secundum Hydræ est Crater, quem Hyginus & Anonymus in prima flexura collocant. Vocatur Crater, Patera, Vrna, Calix: Arabicè ELKIS الكاس Ex Hebraico כוס, vt Scaliger docet, quod pateram significat. Alphonsinæ tabulæ generali vocabulo Vas vocant, ἀγγεῖον. Hyginus binas refert huius fabulas; vnam cum Hydra communem, cuius & Anonymus & Ouidius meminerunt. Alteram de Matusio, vt hodie legitur. Tu *Mastusium* repone ex Plinio qui meminit maris ab eo denominati. Vrnæ stellæ sunt

1 In basi, communis cum Hydrâ. 4
2 Australior in medio poculi. 4
3 Septentrionalior ibidem. 4
4 In arcu australi orificij. 4
5 In arcu Septentrionali. 4
6 In ansa Australi. 4
7 In ansa Septentrionali. 4

Sunt septem, & cum Hydra 34.

In Manuscripto scita est pateræ figura, in qua clarè conspicis orificium, ansas, basim. Basis est fundus Hygino, & Anonymo. Lucilius:
Vertitur OEnophoris fundus, sententia nobis.
Orificium quid sit clarum est. Vtitur ea voce Apuleius: Alij *os* vocant, vt Græci στόμα. *Ansas* Græci ὦτα aut ὦτια vocant. Quas nos in ansis Hy-

ſis Hyginus, & eum ſequutus, vt ſemper Anonymus in labris collocant. Labra ſunt quæ Græci χείλη, & Poetæ στεφάνας vocant vnde κρητῆρ' ἐπιστεφέας. Et ἐπεστέψαντο κρητῆρας ποτοῖο Homero, *Vina coronare* Maroni. Oræ nimirum, & margines nil legant. Græca voce *in labris*. Λαβὴ eſt anſa poculi, λαβὴ ἀμφίστομος ab vtraque orificij parte locata dicitur Sophocli. Ita optimè conueniunt Hyginus & Anonymus cum Ptolemæo. Stella prima *Albes* vocatur: Legerim *Alkes*, vel *Alchas* الكاس vt ſupra oſtendimus. Sequitur nunc Coruus, qui extremæ ſpiræ inſidet κόραξ ἐπὶ ὁλκοῖς, vt Aratus, eiuſque interpretes docent. Græcè κόραξ dicitur, & Arabice العرب *Algorab*, quod Hebraicæ eſſe originis monſtrauit Scaliger. Nam ex illa lingua dicit עֹרֵב. In Lexico Medico Gorab, *Araïdè*, id eſt *Coruus*. In Fabulis vocatur Ales Phœbi. Is has habet [illegible].

1 In roſtro communis cum Hydrâ. 3
2 In ceruice infra caput. 3
3 In pectore. 5
4 In ala dextrâ, & priore. 3
5 Prior in alâ poſteriore. 3
6 Poſterior ibidem. 4
7 In extremo pede, communis cum Hydrâ. 3

Sunt ſeptem, & cum Vrna, & Hydra 41

Stella quinta κατ' ἐξοχὴν *Algorab* dicitur. Hyginus ſtellas Hydræ refert viginti ſeptem, Crateræ octo, Corui ſeptem. Sunt ſimul quadraginta duæ. Anonymus Hydræ viginti ſex, Crateræ decem, Corui, ſi vulgatam lectionem ſequaris, ſex. Sed ipſum audi. *In capite claram vnam, in alâ duas, in caudâ tres, in pedibus ſingulas ab vnguibus*. L. *aut vnguibus*. Nonne ſunt octo? Communis igitur Anonymi numerus eſt XLIV.

Procyon.

Ὁ Προκύων, *Antecanis* Ciceroni quia Sirio eſt prior, hoc eſt Septentrionalior. Canicula nonnullis, & *Canis Orionis*. Sed hæc cum Sirio communia. Arabibus vocatur Algomeyza الجميزة Scaliger συνάμετον [illegible] interpretatur. Foueam ſignificat. Alterum nomen Kelbalazguar كلب الاصغر כֶּלֶב הַצָּעִיר Chaldæorum eſt, Canemque minorem ſignificat. Cæterum *Aſchere*, & *Aſhemia* ex *Alnemens* corruptum, quæ in Tabulis de Procyne leguntur, Sirij ſunt propria, & huc cum perperam ſint tranſlata non pertinent. Stellæ τοῦ προκύνος.

In ceruice, ſeu collario. 4
Lucidiſſima in poſterioribus. 1

Sunt itaque binæ.

Poſterior κατ' ἐξοχὴν omnia nomina occupat, quæ toti ſideri debentur. Hyginus tres ſtellas refert. In Anonymo, ſi quid de hoc ſidere ſcriptum erit id totum interciderit: quia ſidera & verſus Germanici, cui ille ſubtexi ſolet, non inueniebantur.

Peruenimus ad finem earum imaginum quæ ſiderum inerrantium figuras repræſentant. Reſtant quatuor imagines, (præter eam quæ Lacteum circulum repræſentat, quæ parui eſt momenti) quarum vna ex Hygini exemplaribus deſumpta eſt. In cælo numerantur primum circuli quinque qui παράλληλοι vocantur. Extremi ſunt Arcticus, qui & Septentrionalis, & Antarcticus, qui & Auſtralis. De his in noſtris ad Aratum & Germanicum Notis abundè tractauimus. Hos vtrinque ſequuntur Tropici, ſiue Solſtitiales: Ad Septentrionem is qui Cancri vocatur, & Æſtiuus quia potiori Orbis parti cum Sol eum attingit æſtatem facit, vt Aratus & Germanicus exponunt. Alter ad Auſtrum Capricorni, & Hyemalis ſiue Brumalis appellatur. In medio horum qui que eſt ἰσημερινός, Æquator, Æquinoctialis, in quem cum Sol peruenit diem æquat nocti. Hunc Nautæ noſtrates *Lin am* vocant, quia circulus inter Lineas, Æquator inter circulos potiſſimus. Aſtipulari videtur Auienus:

At illi celſa quà tramite panditur æthra,
Iudicium est Arctis hunc totum LINEA *quippe*
Suſtinet. Et alibi:
—— ingenti ſe tramite LINEA *tendens*
Diuidit ima Noti, diſcernit & alta Aquilonis.

Vtrobique per Lineam Æquatorem intelligit. Æquatorem interſecat Zodiacus quartus circulus, Tropicos vtrinque contingens. Hunc Græci ζωδιακὸν vocant, ἀπὸ τῶν ζωδίων quæ Signa melius interpreteris, quam animalia, vt alibi docuimus. Vnde bene Cicero, aliique plurimi eum ſequuti *Signiferum* perhibent. Vide Macrobium lib. 1. de Som. Scip. cap. 21. Sed olim non nominabatur ζωδιακός, ſed λοξὸς κύκλος Hygino. *Præter eum qui Zodiacus appellatur, qui quod non vt cæteri circuli certa dimenſione finitur, & inclinatior aliis videtur, λοξὸς a Græcis eſt dictus*. [illegible] λοξὸς ὁ ἐστι κύκλος ὁ τῶν ιβ ζωδίων. Oenopides [illegible] auctor λοξίαν Apollinem dictum [illegible]tur, οὐ παραχωρήσαντα τὸν λοξὸν κύκλον ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολὰς κινούμενος. [illegible] λοξὸς [illegible] meminit Ariſtoteles. Alius [illegible] zon eſt, cuius tamen certus locus deſignari non poteſt, vt nec Meridiani nec [illegible], quia pro Climatum diuerſitate variant. [illegible] nuſquam meminit Aratus [illegible] Poetice [illegible] re Oceanum appellet. Reliqui qui Polos interſecant, ſunt circuli Meridiani, & inter eos Coluri.

Coluri. Horum non meminit Aratus. Vide Proclum, Hyginum, Manilium [illegible] Poteris itaque in hâc figura notare Arcticum, Tropicum [illegible], Æquinoctialem, [illegible] Antarcticum, Zodiacum, Horizontem, Meridianos, Coluros vtrosque, vnà cum Axe, & Polis.

[illegible] imagines ex Manuscripto sunt. Prima repræsentare videtur, quantum ego quidem conijcio, quatuor Anni tempora. Ver habet flores, Æstas spicas, Autumnus racemos cum vuis, Hyems nihil nisi calyptram ex panno. Vide horum descriptionem apud Ouidium, & in Catalectis. Altera earum quæ ex Manuscripto extra ordinem sunt adiectæ, quinque Planetas exprimit, qui πλανῆται Arato, excepto videlicet Sole, & Luna. Is qui in medio est [illegible], Saturnus est. Albricus: *Saturnus primus Deorum supponebatur & pingebatur, vt homo senex, canus, prolixâ barbâ, curuus, tristis, & pallidus tecto capite, colore glauco.* Habet hic instrumentum quoddam in manu, sed falcem quam deberet non satis refert. Iuppiter est is qui sceptrum habet, cum quo eum semper pingi solitum idem Albricus testatur. Mars habet frameam, & galeam, cum crista. Hinc illud: *Cristatus vertice Mauors.* Venus picta est cum capillitio muliebri, & habet in manu plumam Pauonis. Sed hoc erat Iunonis. Venus enim in manu concham marinam debet habere. Itaque hic erratum. Mercurius petasum, pinnulas (vt vocat Plautus) & caduceum, vsitata illius Dei insignia præ se fert. Habes itaque Saturnum, Iouem, Martem, Venerem, Mercurium. Iidem in Hygini veteribus nouisque exemplaribus picti sunt sed cum curribus. Currum Saturni trahunt Dracones, Iouis Aquilæ, Martis Equi, Mercurij G[illegible], Veneris Cygni. V[illegible] Imago Sphæras omnes complectitur, [illegible] propter explicationem in Manuscripto [illegible] etiam diu non tenor immotam [illegible]. Aliquid tamen [illegible]. In medio omnium Terra est [illegible] Pr[illegible] Terræ propius, [illegible] sur [illegible] Luna b[illegible]ga Boum vecta: [illegible] que Lun[illegible] bigam boum habere, cuius verba post Arony-mum sunt infarcta. Alij illi binos Equos ascribunt alterum candidum, alterum nigrum: Alij Mulos, vt Festus testatur. Inde sunt Venus cum Cupidine, & [illegible], ac Mercurius cum alis, caduceo & chlamyde. [illegible] Sphæræ Centrum in Sole habent, ex veterum Astronomorum opinione. Vide Capellam meum in Astronomia Titulo, *Quod Tellus non sit centrum omnibus Planetis*: vbi etiam rationem inuenies, cur Venus Terræ propior pingatur. Deinde est Sol radiatus Equis vectus, vt & Mars, qui sequitur. Inde est Iuppiter cum telo fulmineo, & Aquila. In se Saturnus puerum deuorans cum falce. Vide Albricum. Extra hos circulos Zona est, in qua alternis referuntur duodecim signa, & totidem menses. Signorum habitus iam explicauimus. In mensium picturas sculptor expressit Manuscripti figuras, quam maxime potuit: æuo enim tantum non euanuerunt. Itaque vt ipse conijcere possis quid sibi quidque velit, Mensium habitus prout scriptis proditi sunt exponemus. Ianuarius splendido amictu thura fundens. Februarius cæruleo amictu, cum aui palustri, nouellas incidens, Iride circundatus. Martius Lupæ exuuijs indutus, habens hædum, lac, & herbam. Aprilis Venerem sacrificans cum crotalis, & cæreo. Maius cum calatho floribus impleto. Iunius nudus, lampada habens, & moros, [illegible] effundens. Iulius spicis coronatus. Augustus bibens aquam funtanam ex vitro. September cum racemis, & pomis, leporem & lacertam habens. October cum vino, & ansere. Nouember Carbaso indutus, Isidem colens, & oliuam terens. December serens appictis Saturnalibus. Hoc tamen notis vnius mensis [illegible] [illegible]estamina, sæpe etiam alteri vicino adiungit vt moro Iulio, leporem Octobri, anserem Nouembri, & ita in cæteris.

Hæc sunt, AMICE LECTOR, quæ ad Imagines eas quas ex Manuscripto plerasque exprimi iussimus habebam. Nunc nihil restat, quàm vt ea quæ nobis aliud agentibus in Ciceronem & Au[illegible]um occurrerunt breuiter recenseamus. Id vbi factum erit, meæ vt puto promissioni, & tuæ expectationi abunde satisfactum erit.

FINIS.

HVGEIANI GROTII
NOTAE
IN
CICERONIS FRAGMENTA.

DVM in Germanico & Arato versor, Ciceronem etiam, vt par erat, cum cura perlegi. In eum pauca hæc annotaui, quibus, forte quia ea pluris quam reuera erunt æstimaui, lectorem nolui defraudatum. Vt autem omnibus instituti nostri constet ratio, non omnes hic emendationes ex nuda esse coniectura profiteor, plerasque ex codicibus, veteribus præsertim: Collectis enim lectionum Variationibus cum iudicio de iis sum arbitratus. Eas hîc proferam cum ratione probandi vel improbandi. Quinimo si quando Cicero aut erit explicandus, aut notandus, vt qui sæpè Arati mentem non intellexerit, neque hoc prætermittetur. In textu nostro eam Fragmentorum editionem secuti sumus quæ vulgatis Ciceronis voluminibus solet annecti. Quicquid ab ea discrebat in hasce percursorias Notas lubitum est referre.

Cætera labuntur.] Omnes interpretes illud οἱ δὲ quod apud Aratum est exponunt, ceu sit διαμπερὲς ἀεὶ, cum sit magis ἀντικρύ· refertur enim ad ἄστρα quorum mentio in versibus Arati prioribus.

Duplici de cardine.] pro *duplici cardinis*, vt *fulgor ab auro* pro fulgor auri. Phrasis est Gallis & Belgis communi vsu frequentata. Simile est illud *Dicitur esse Polus* ibi quod infrà est *Dicitur esse Helice, & dicitur esse Boötes & esse cathena Dicuntur.*

Quas nostri septem.] versus hic extrà Aratum est, à Cicerone adiectus. Simile est illud infrà:

——— *nostrique Latini*
Orbem signiferum perhibebunt nomine verò.

Hac fidunt.] Fieri non potest vt ita scripserit Cicero nisi ordinem Arati peruertarit. Respondet enim hic versus illi Arateo.

Τῇ δ' ἄρα Φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν.

At ante hunc versum præcessit sermo de Helice: ergo fieri non potest vt Cicero de Cynosura dixerit. *Hac fidunt*, &c. Nam Grammaticorum regula [illegible] est pronomen *hoc* ad id quod ἀμέσως præcessit referendum. Attamen ita citat ipse Cicero lib. II. de Nat. Deorum. Verum hoc quidem, sed Cicero versibus suis suo iure vsus est, eosque ad præsentem sermonem accommodauit. Ita cum ipse scripsisset:

Quam propter nites pennis conuoluitur ales: tamen citat *Quem propter*, & pro:

Feruidus ille Canis stellarum luce refulgens, citat *refulget*: & pro *Quam gelido*, &c. *Tum gelido*: quia scilicet hoc ad institutum sermonem erat commodius. Nos ἀρχαϊκῶς *Se fidunt* reposuimus, cui simile est. *placere se studeant bonis* in Eunucho.

Subter superaque.] Non satis expressit Arateum ἔνθα τ' ἀμφίς. Altero versu legere malim: *conficiensque sinus è corpore flexo.* Sinus verò sunt αἱ ἐπικαμπαί, *sinuosa volumina* Virgilio: Pro *reuoluens* citat Priscianus *retorquens.*

Obstipum caput.] *Obstitum* est fulguritum: Sed *Obstipum*, *obliquum*. Ea vulgo male apud Festum confusa legi, puto & alios monuisse. *Obstipum caput*, λοξὸν κάρη. Licinius Imbrex.

Resupina obstipo capitulo sibi ventum facere canicula. Persius:
Obstipo capite, & figentes lumine terram.

Horatius:

——— *sis Dauus comicus, atque*
Stes capite obstipo.

Malè & ibi & alibi Obstipum caput exponitur fixum, immobile. Melius Scaurus, obstipum caput exposuit, in alterum humerum reclinatum. Id docet, quod sequitur *tereti ceruice reflexum*, quod planè pugnat cum vulgata interpretatione.

In caudam.] Ita nos legimus: hactenus impressum est *in cauda*. Sed aliter legendum docet Phrasis, & illud Arati ἄκρην εἰς Ἑλίκης οὐρήν. Ex repetitione est error, nam sequitur *Maioris*.

Hoc caput.] Alij habent *quod caput*. Nostra lectio Arateis optimè respondet κείνη τῇ κεφαλῇ. Sed sequentia nullum habent sensum. Pugnant enim manifestò *paullum* & quod sequitur *subitoque*. *Paullum* enim pro *paulatim* intellexisse videtur etiam Hyginus, qui ait: *Erecto enim polo Boreo, neque vnquam occidente euenit, vt corpora quoque quæ ei proxima sunt circulo, fere occidere videantur.* Et verum est Draconem, eiusque caput paulatim occidere, vt & Booten, qui ὀψὲ δύων vocatur, & multo magis Cynosuram, vt & Aratus in Arctis signo ostendit: Et ratio est, quia suam σφενδόνην quæ breuior eodem complent tempore, quo suam

ſuam multo maiorem ea ſidera quæ in Zodiaco ſunt, vel Æquinoctiali. Eadem ratione Arato Thuribulum ſubito dicitur occidere, quia eſt apud Antarcticum circulum, vt caput Draconis in ipſo Arctico Arateo. Igitur illud quod hic legitur:

Hoc caput hic paulum ſeſe ſubitoq; recondit.

non minus falſum, quàm eſt abſurdum. Et tamen omnes codices præferunt, vnde iis non nimium fidendum. Mihi hos verſus cum curâ legenti ſtatim ſuccurrit emendandum:

Hoc caput hic paulũ ſeſe ſubito æquore condit.

Veriſſima lectio. *Subito* Participium eſt, non ἐπίῤῥημα. Literæ tantum ſunt tranſpoſitæ *Seſe condit*, eſt νίσσε͵ται: addidit Cicero ad explicationem, aut ad verſum *ſubito æquore*. Nam νίσσε͵ται vt exponit Scholiaſtes eſt ἐπ' ἄκρας τῆς ἀκτῆς τοῦ ὕδατος ἔρχεται. Sed tamen Aratus non voluit dicere caput Draconis æquor ſubire, ſed ſtringere potius. Sed nec ipſe Hyginus mentẽ plenè eſt aſſecutus, ſed Ciceronem, vt ſolet, ſecutus.

Partem admiſcentur.] Scio ita loquutos veteres. Sed apud Hyginum non male legitur:

Ortus vbi, atque obitus parte admiſcentur in vna.

Alij habent, *partem miſcentur in vnam.* Parum refert:

Quod tangens.] Apud Ciceronem lib. II. de Natura Deorum legitur *Attingens defeſſa velut*, &c. Sed quia hoc cum præcedentibus cohærere non poſſit, cum tamen apud Aratum cohæreat, vero eſt ſimile Ciceronem & hoc ad ſuum ſermonem accommodaſſe. Itaque *Quod tangens* ſubſtitui *mærentu* dixit, quia Aratus μογέοντι κυλίνδεται ἀνδρὶ ἐοικώς. Nam *mærere* eſt ἀγωνιᾶν, μογεῖν. Sed μογεῖν apud Aratum hoc loco eſt laborare, vt Auienus optimè tranſtulit. Cicero admodũ adoleſcentulus cum iſta compoſuit, ſignificationes non benè diſtinxit.

Quod nixa.] alij habent *quia*.

Propter caput Anguitenentis.] Alij hoc ἡμιστίχιον non agnoſcunt: Sed tamen non incommodè huc pertinet, vt in noſtra interpretatione Ciceronianis Fragmentis interpolata videre eſt.

Tali ſpecie.] Hæc Phraſis eſt θαυμαστική: vt apud Aratum hoc loco:

Τοῖοί οἱ κεφαλῇ ὑποκείμενοι ἀγλαοὶ ὦμοι εἴδονται.

Et alibi: τοῖος ἐπὶ καὶ φρῦρος: Et ſæpe aliàs. Poſſunt ſequentia ita applicari hoc loco, vt ſit ἀναφερόμενον, vti à nobis videbis factitatum.

Sub pectore.] Vide an malis *ſub pectore*. Sed alterum eſt ἀρχαϊκόν.

Tenetur.] Alij *videtur*: φαίνεται.

Spicum illuſtre.] Seruius ad Georgicor. I. *Dicimus autem hic ſpicus, & hoc ſpicum.* Cicero in Arato:

Spicum illuſtre gerens inſigni corpore Virgo.

Ipſe Cicero in libro de Senectute dixit *fundit fruges ſpici ordine ſtructas*: pro quo hodie perperam legitur: *fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam*, vt apud Nonium Marcellum liquet. Varro Lege Mænia: *Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in mala non aliquod bonum.* Maſculino genere protulit vetus Poëta.

Quaſi per meſſim meſſor vnumquemque ſpicum colligit.

Malebant tenui.] Citat Lactantius, vt & illum qui ſequitur paulò poſt:

Et Iouis in regno, cæliq; in parte receptã eſt.

quem nemo vnquam ante nos obſeruauit.

Ferrea.] χαλκείην Cicero Ferream interpretatur: Rectè: nam & Homerus τὸ χάλκεον vocat σίδηρον, & Heſiodus pro ferro haſtæ, & pro ſecuri, & pro vomere vſurpat.

Auſaq; funeſtum.] *Enſem funeſtum*, dixit μάχαιραν κακοεργόν, & δηιοβόλον, ita enim iam apud Aratum legendum ſuccurrit, pro quo vulgo malè εἰνοδίην.

Manu victum] Alij *vinctum*. malè. Manu victus bos eſt χειροήθης, χειρόδαμνος, *manſuetus*, manum patiens.

Hoc motu.] Vix hunc verſum infarſimus. Videtur autem Cicero ipſum ſignum *motum* dixiſſe, vt Germanicus:

Eſt etiam propiore Deum cognoſcere motu.

Sub læua Geminorum.] Interpoſui hic vocem *It* ob ſenſum neceſſariò deſideratam. pro *obductus* contrà omnes codices *abductus* legerim. κεκλιμένος inter alia obductum, vel auerſum ſignificat. Apud Germanicum legi poſſit:

Ipſe ingens auerſus abit læua Geminorum.

Helice truculenta.] Lego contra codices.

Aduerſum caput huic Helica truculenta tuetur.

Aratus ἐπίκειται δ' οἱ ἄκρη κάρηνα Ἀρκτου δυσαέος. *Truculenta* eſt ἐπίθετον Græco more.

Læuum humerum clara obtinet.] Alij *humero*. vnde legendum videatur:

At Capra læuo humero clara obtinet.——

Andromeda aufugiens.] Alij *fugiens* alij *effugiens* habent.

Æternum ex aſtris.] Ita omnes codices. Malim tamen:

Æthereũ ex aſtris cupiens connectere nodum.

Ita alibi:

Quam veteres ſoliti Cæleſtem dicere Nodum.

E quibus hunc.] Ita legendum non *huic* vt hactenus eſt editum. Nos eleganter hæc ſuperioribus annectimus,

Iam cæli.] Ita codices. Sed malim *Nam cæli*: & ſequentia ita legerim:

——— *vt prius illa*

Chelæ, tum pectus quoque cernitur Orionis.

Claro.] Alij *clara*. Benè autem locat Deltoton ſub pectore Andromedæ. nam ſtella illa

quæ

quæ in capite est trianguli stellam eam quæ in cingulo Andromedæ est, & Mizar vocatur Arabibus, proximè respicit.

Nam non minor illis.] Lege: *nanque est minor illis*, cum veteri codice: Germanicus:

— vnius breuior, sed clarior ignis.

Vehementius illo.] Rectè. Alij habẽt *illi*, alij *ille*.

Prælabitur.] alias *prolabitur*.

Horrisonis] Alij horriferis: Auienus:

Horriferis Aquilonibus illa rigescunt.

Germanicus: *sub horrifero Aquilone.*

Atque horum.] Melius est, *Atque horum è caudis*, &c. Sequenti versu *lumina* melius est quàm *limina*. Tertio versu *tandem* satius, quàm *tamen*, & quarto vtrùmne *Quam* an *Quem* malis parum refert.

Si quæsere.] *Quæsere* pro *quærere* vt Ennius in Annalibus lib. 11.

Ostia munita est: idem loca nauibus pulcris
Munda facit. nautisq; mari quæsentibus vitam. Idem alibi:

Ducit me vxorem liberorum sibi quæsendum gratia. Et alibi:

Liberum quæsendũ causa Familiæ matrẽ tuæ.

Sed cur hic *quæsere* legimus, præsertim cum Aldina editio ex qua hæc lectio efficta est habeat *si qua exere* vnde facilius *si quærere* feceris, quàm *si quæsere*. Frustrà affectatus est ab emendatoribus ἀρχαϊσμός.

E pedibus vasum.] Lectio hæc ex Aldina similiter efficta est, quæ habet:

E pedibus vatum summo Ioue Persea es pro:
E pedibus natum summo Ioue Persea vises.

quæ vera est lectio.

Quem summa.] Aldina habet *Quam*. Siue *Qua* siue *Quem* legas parum refert. Sensus est idem, qui illis Arateis.

Αὐτὰρ ὅγ' ἐν βορέῃ φέρεται περιμήκετος ἄλλων.

De terra lapsus.] In hoc versu multoque magis in sequenti variant lectiones. Nos antiquissimam, quæ Aldina est, ex qua reliquas monuimus effiguratas, referemus:

Puluerulentus vti de terra lapsus repente
In talum victor magnum sub culmine portat.

Considera hanc primum, & deinde alijs lectionibus omissis mecum sic emenda:

Diuersosq; pedes vinctos talaribus aptis,
Puluerulentus vti de terra elapsu' repente
In talum vector magno sub culmine portat.

Ea quæ occidunt rerum Astronomicarum auctores in terram ruere dicunt, vt contrà orientia ex terris in cælum redire. Id in Germanico Auienoque videre sæpe est. Hac ratione Cicero putauit Arato Persea orientem describi, ideóque κεκονιμένον appellari. Eum locum alij quomodo explicent alibi ostendimus. Hæc Tullij erat mens. *De terra elapsus* dicit pro *de terra ascendens*, eadem ratione qua alij cælum profundum dicunt, & mare altum. *Vector* legendum non *victor* vt hactenus apud omnes. *magno sub culmine* ἀρχαϊκῶς dictum est, pro *magnum sub culmen*. Nam veteres illas (vt vocant) præpositiones *In*, *sub*, *super*, nullo omninò discrimine cum accusandi, & auferendi casu extulerunt. Simile est illud Maronis: *pulchro veniens in corpore virtus.*

Dignant.] Alij *signant*. *Dignare* apud Ciceronem quater, aut quinquies in soluto sermone inueni. Virgilius dixit.

Coniugio Anchise Veneris dignate superbo.

Accius Neoptolemo:

Sed quem mihi inuigent, cuiq; tu vbi fueris, dignabor dari? Idem Atreo:

Egóne Argiuum imperia attingam, aut Pelopis digner domo?
Quoi me ostendam? quod templum adeam? quem ore funesto alloquar?

Quod & astatis.] Alij *ad astatis* melius. Sed legendum:

Propterea quod & astatis primordia clarat,

Clarare etiam Horatius dixit, λαμπρύνειν.

Conuexa.] Alij habent connexa. Sed Cicero scripsit *conuecta*, συγκομισθέντα. Hoc dubium esse non debet, licet pugnent codices.

Infirmis.] Vera lectio est:

Mercurius paruis manibus quam dicitur olim
In cunis fabricatus.

In cunis vt Aratus παρὰ λίκνῳ. Lucianus ἐν τοῖς σπαργάνοις, Theon, ἐν τῷ λικνίῳ.

Qua.] Alij *Hac*.

Nanque est.] Rectè ἦδε γὰρ Arato. Sed Cicero lib. 11. de Natura Deorũ citat *Inde est ales auis* suo more suis versibus suo iure immutatis.

Sed mediocreiacit.] Non intellexit illa Aratea ὕδατος ἐνιπλήκτων φέρει. Ideóque omisit. Paulò post VEMENS scribendum ἀρχαϊκῶς omissa aspiratione.

Labens geminis.] Aldina editio habet *labens multis*. *Labens* dictum vt suprà:

Paruo labentes lumine lucent.

Sed *multis* mendosum est. Alij legunt *geminis* aut *binis*: Nimis fidenter. Scripserit fortè Cicero *mutis*. *Mutos Pisces* post Tullium dixit Romanæ fidicen Lyræ: & fortè legendum apud Germanicum:

Procul à mutis quà Piscibus vnus
Vincula connectit nodus. ———

Hodie *amotis* legitur. Esset itaque à *Piscibus* dictum pro *nodus piscium*, vt *fulgor ab auro* quod suprà annotauimus. Sed si recedendum foret ab Aldina lectione legere non immerito possis *vtrisque Equus ille tenetur*. Nam vox illa *qua* ob primæ syllabæ sequentis dictionis inuersæ similitudinem omissa possit videri. Hyginus summus Ciceronis imitator de Equo ait: *& vtrisque Piscibus clausus.*

Ceruix

Ceruleâ mulcetur.] Aratus dixit κἀδ' ἐν ἐκ[ε]ίνῃ κεφαλῇ, &c. Ciceronem Hyginus sequitur: *Aquarij manum dextram cerulea sua contingens.* Hodie *coniungens* legitur. Idem error eodem in auctore & alibi commissus.

Iussit equinis.] Legendum:

Serius hac obitus terrai visit equinis.

Dixit Aratus: ὁ δ' ὀπίσ[τ]ερος αἰγοκερῆος Τέλλ[εται]: Id quomodo intelligendum sit Theon exponit. Sed non tantum Cicero, sed & Germanicus aliter legerunt. Fortean pro ΤΕΛΛΕΤΑΙ habuerunt ΗΕΛΚΕΤΑΙ, hoc est ἕλκεται. Nam ἐφέλκει Aratus alibi posuit pro occidit. Deinde quod sequitur ὑπὸ δὲ κνέφας similiter *descendit*, siue *occidit* interpretati sunt: Fortè etiam pro ὑπὸ legerunt ὑπὸ. Ita vt illorum Arateorum:

—ὁ δ' ὀπίσ[τ]ερος αἰγοκερῆος

Τέλλεται, αὐτὰρ ὅγε πρότερος καὶ νείοθι μᾶλλον κίνυ[ται] αἰγόκερως.

secundum illorum lectionem, & interpretationem hic sit sensus:

——hic posterior Capricorno

Occidit atq. prior descendit ad infima terra

Corniger aquoreus.

Hactenus conueniunt Cicero, & Germanicus. Sed Cicero illud ὁ δὲ de Equo intelligit, Germanicus ni fallor, de Aquario: Eius versus à nobis emendati hi sunt: ——ad caput eius

Dextra manus, latices qua fundit Aquarius exit: [detur

Quo prior Ægoceros semper properare vi-

Oceano mersus sopitas condere flammas.

Cicero verò ait:

Serius hac obitus terrai visit Equi vis,

Quā gelidū valido de corpore frigus anhelans

Corpore semifero magno Capricornus in orbe.

Et non malè addidit *magnom orbe.* Nam Capricornus in Zodiaco est, non Pegasus. Sed Arati mentem non hi tantum, sed nec Theon satis cepisse videtur. Nam Solensis noster per τέλλεσθαι non semper *oriri* intelligit, sed & alibi, & hic melius *lucere* interpreteris. Itaque si redeas ab Austro ad Borean ἐν τῷ κύκλῳ τῷ ζῳδιακῷ vt Theon loquitur, posterior lucet Capricorno Aquarius, Capricornus Aquario prior, & ad inferiora inclinatior. Clara est sententia. Interpretaberis itaque, meo iudicio, non malè hoc pacto versus Arateos, quos suprà retuli:

—*Sed Aquarius Ægocero esse*

Posterior, contra Ægoceros prior esse videtur,

Atq; Notum inferior.

Frigus anhelans.] Q. Cicero. [corni.

Bruma gelu glaciant iubare exspirans Capri-

Contorquet tempore cursum.] Alij *cum torquet* malè. Pro *cursum* alij *currum.* Non improbo. Ita & alibi:

Curriculum nunquam defesso corpore sedans.

Tunc fixum tremulo.] Alij *fissum*: Lege:

Tunc fessum tremulo q. fr. corpus

Sed tamen anni iam.] Aldina habet. *Sed tamen iam anni* immutatis paululum, & repetitis vocis præcedentis literis. Ego libens legerim repetita syllaba ἀμέσως præcedenti; hoc pacto:

Sed tamen en anni labuntur tempore toto.

Anni est gignendi casus non rectus pluralis. Deinde *labuntur* refertur ad nautas subaudito nominatiuo, vt & apud Aratum. *Labuntur* dixit, vt antè:

Nam non longinquum spaciū labere diurnum.

Atque etiam supero naui.] Non est locus alius in Arateis Ciceronis deprauatior. Eum ego sic restituo:

Atque etiam supero, endo mari, pelageq; vagatus

Mense, Sagittipotens Solis cū sustinet orbem.

*   *   *   *

Nā iam tū minus exiguo lux tēpore praesto est.

Hoc signū veniens poterunt prænoscere nauta.

Iam propè præcipitante licebit visere nocte,

Vt sese emergens ostendat Scorpius alte,

Posteriore trahens flexum vi corporis arcum.

Supero mense dixit pro superiore, ἐνὶ προτέρῳ Arato. Ita infrà: *superis prastare duobus Dicitur*, vbi malè legitur *superest*. Ita & Auienus locutus est, & Capella *Posteram* dixit pro posteriori. Versus vnus, aut alter, vt vides, deest, talis fortè qualem nos in nostra interpolatione immiscuimus, aut talis:

Subducas fessum, veniet cum vespera, nauim.

Hoc est ἑσπέριος κατάγοιτο. Versu sequenti *tum* substitui, pro *cum*, vt & versu secundo plerique codices malè *tum sustinet* habent, pro *cum sustinet*. Posteà pro *Iam* lego *Nam*: & pro *pracipiti nate* substituo *pracipitante*, pro *nocti*, *nocte*. Deinde lego *emergens ostendat*. Ita citat ipse Cicero: neque vlla erat immutandi causa. Ordo est; Vt Scorpius emergens alto sese ostendat. Sed quia hoc non intellexerunt exscriptores, mutarunt. Pro *alto* quoque in omnibus codicibus *altè* legitur. Cicero τόξον apud Aratum non benè Arcum interpretatur, quamlibet assentiatur Germanicus: melius Festus *telum*. Nam telum Sagittarij aculeo Scorpij est proximum: itaque simul oritur, vt Theon docet.

ad summum versarier orbem] Legisse puto Ciceronem non ἄκρος περὶ τραχύν, sed ἄκρον περὶ κυκλόν. Sententia recta est.

à palma.] Aratus ἀπὸ χερὸς ἐπ' ἰξύν. Sed lectio hæc ex officina Morelliana est. Nam non Aldina tantum, sed & alij omnes vetustiores codices habent *à prima.* Possit legi eleganti cum Metaphora *à ripa depulsus ad vndas.* Nam *vmbras* quod hic quidam habent codices non probo. Versu præcedenti quoque malim pro *conditur ante* legi *altè* vel etiam *conditur alto.*

misso reuecans.] Non dubium est legendum

missere vacans. Auienus: *Inscia nam domini est.* Versu sequente *penna, pinna, pennis,* an *pinnis* legas nihil refert.

Et clinata.] Alij *Hac clinata.*

Igniferum mulcens.] Alij ridiculè *mulgens.* Supra quoque dixit:

Huic ceruix dextra mulcetur Aquari.

Non minus.] Legendum *Non nimis ingenti cum corpore.* ὁ νέος ὁ μεγέθει. Paulo post deesse videtur versus vnus, aut alter, aut omninò non intellexit Cicero illum Arateum:

— χαλεποῖς γὰρ ἐξ ἄλλος ἐλθεῖν
νυκτὸς ἀεξομένης. ——

Tum magni curuus.] Curuum vocat Delphinum, quia in dorso Gibbum habet, quemadmodum & Pistrix, & alia Cetosa. *Curuaturam* vocat Hyginus: aut ob caudæ flexus.

haud nimio.] malè alij *aut nimio:*

lata tenui.] Legendum: *latè tenui.*

Aquilone locata.] Lego:

Sunt inter partes gelidas Aquilonis locata.

Non prætereundum est, quod antè nos monuit Scaliger, Aratum non intellectum à Tullio adolescente. Nam Aratus hoc loco μετάβασιν facit ἀπὸ τῶν βορείων μετὰ νότια. Sed Cicero per τὰ μὲν ὑπ intelligit stellas in priore Delphini parte sitas, siue, vt ipse loquitur, in fronte, & in ore, cum re verà in ore nullæ sint, & τὰ δὲ νότια interpretatur partem eius inferiorem. Ait enim:

At pars inferior Delphini fusa videtur.

Ita legendum, non *fusca.* κέχυται dixit Aratus.

Simul inter.] *Simul* nouiter Cicero pro copula accipit. Ita suprà:

Electra, Steropéque, simul sanctissima Maia.

Hoc semel dixisse sufficiat, neque enim lubet ταυτολογεῖν.

Quem qui suspicit.] Legendum est:

Quem qui suspiciens in cælum nocte serenâ
Latè dispensum non viderit, haud ita verò
Catera se speret cognoscere signa potesse.

Aratea sunt. τοῦτον ὅτις νυκτὶ ὅλῳ ... ἐπὶ ...
Υψοῦ ... ἀλλὰ ...
Οὐρανὸν ... .

Sed Tullius legit ἄλλα, & ὅλα interpretatus est ὅλῳ vt alibi monuimus. πεπτηῶτα dispensum transtulit, non dispersum quod pertinaciter referunt omnes codices. Nos etiam alibi πεπτηῶτα in hac significatione sumi notauimus. Locus hic optimè est restitutus.

Nanque pedes subter.] Ita Auienus:

Talos & ipse virûm gemina ad vestigia custos
Insequitur.

Sed alia est Arati mens: qui cum Canem sub dorso Orionis collocasset, subiungit:

— ἀμφοτέροισιν ποσὶν ὑπὸ ποσσὶ βεβηκὼς

indicans videlicet cum pedibus posterioribus inniti. Itaque illud ὑπὸ ποσὶ ipsius Sirij pedes spectat, non Orionis.

subter præcordia Vester] Scriptum fuit abbreuiatè VER, pro *Venter.* Aratus ὑπὸ αὐτὴν Γαστέρα κυάνεος. Sed *tegit* valere non potest: repone *tenet* aut *gerit,* vt sit:

Hunc gerit obscurus subter præcordia venter.

Ver teto.] Ita Aldina editio, pro *Nec teto:* nam R pro T error est frequentissimus, V pro N in hoc fragmento non rarus. Ita pro *ve corporis* antiqui libri habent *ne corporis,* pro *Equinis, Equinus,* & similia alia. Exprimit hic Arateum illud:

Ἀλλ' ὁ κάτω πεφασμένος.

in lumina cæli.] melius: *in culmina cæli.*

Oriens iacet.] Legendum est.

Hûc propter, subterq́ pedes, quos diximus antè
Orienti iacet leuipes lepus.

Ante non est πρόσθεν, sed ἐπίρρημα. Benè *quos diximus antè;* nam suprà habuimus: *Namq; pedes subter* &c. Cum dicit *leuipes lepus* coniunxit ἐτυμολογίαν cum nomine. Nam L. Ælius scripsit Leporem dictum, quod sit leuipes, quod à Varrone sæpè reprehenditur, & ab Isidoro refertur. Sed Græci ij qui in Sicilia erant λέποριν dicebant: itaque inde potius descendit vocabuli origo.

orieus iam denique paullo.] Alij plerique *paulum.* Nescio an legendum sit.

Præcipitantē agitans, orientē deniq. paulum. *Denique, simul, tum,* similesq́ue particulas pro copula vsurpat Cicero. Sensus itaque est. Canis leporem insequitur occidentem agitans, & paulum iam ortum. Ita conueniet Arato: alias ipse sensus non constabit.

pralabitur Argo.] alij *prolabitur.*

Conuersam.] Alij malè *conuexam* & infrà *conuexa,* pro *conuersa,* Dicitur Arato πεζαμμένη, & παλίσσυτος.

Pondere proras.] Lege: *vt in alto ponere proras Antè solent.*

cole semper loca.] Lege: *calè se per loca portat.* Ita alibi:

At propter se Aquila ardēti cū corpore portat.

Versus hic deest apud Hyginum in Fabula Argonautarum vbi omnes hi versus citantur. In eo versus penultimus qui de Naui loquitur imperfectus ponitur hoc modo:

Inde gubernaclum * * * *

Posteà homines inepti suppleruut *tendere à puppe volanti.* Ridiculè, nam eam lectionē quæ in vulgatis est rectam esse nō est dubitandum.

Constringere portus] Hyginus citat *contingere.* Et ita plurimi codices. Aratus ἱκάνεται ἰκμένον.

Auersamq́.] Ita omnes codices. Tu lege: *Auersamq́ trahunt.* Germanicus:

Auersamq́ ratem votis damnatus ad oram
Perligat.

cum lumine clara.] Alij *clara cum luce videtur.*

tur. Nam quod in versu præcedenti *se* & *ne* pro *sine*, & *celũ* pro *celsum* legitur nullius est pretij.

vestigia condit.] Lego cum Hygino: *vestigia tangit.*

vsque sitam.] Aldina *in sitam* vnde, si vulgata non placet *initam* potes efficere. Inire, est insequi.

squammosi.] Melius *squammoso*, & ita citat ipse Cicero lib. II. de Natura Deorum. Versu sequenti alij habent:

Fluminis illustris tangentem corpore ripas.

Benè *Fluminis illustris*, ποταμοῦ ἀστερόεντος Arat.

Serpentem poteris.] Ita suprà: *serpens prolabitur Argo.* Cicero citat. *Serpentem aspicies.* Sed non ita scripserat.

Flumine mixta.] Deceptus est Cicero eo quod Aratus post Fluuium de Nodo tractet: Itaque τὰ λῖνα ait Flumine misceri, quod nimis absurdum est. Nam Pistrix media est inter Nodum vinculorũ, & Eridanum. Sed iuuenile est erratum. Et tamen Auienus quoque dixit:

Fusaq; qua gemines astringunt vincula Pisces
Eridani coëunt anfractibus. —

Hic.] Male alij *Hac*, vel *hanc*. Malè pro *nectuntur*, *vertuntur*, & pro *iacit*, *iacet*.

Pistricis spine.] Alij ex hac lectione eliciuerunt *Pistrix è spina* nullo sensu. Atqui nullo labore poterant coniicere legendum:

— *quam iacit ex se*
Pistricis spina, eualida cum luce refulgens.

Nam *eualidum* dicere non minus licet, quam *eualere* & *eualescere* simili significatu cum voce primigenia.

Contegit omnes.] Ita suprà:

Hunc Aries tegit, & squãmoso corpore Pisces.

Ibi dixerat Aratus ὑπὸ κριῷ τε καὶ ἰχθύσιν ἀμφοτέροισιν vt hic ὑπὸ πλευρῇσι λαγωοῦ.

Nam qua sideribus.] Lege: *Nam quas*, & posteà *Has illo*: Formas enim nominat.

astrorum custos] Græcorum more, qui Obseruare dicunt φυλάσσειν. Est itaque ἄστρων φύλαξ astrorum obseruator.

parue sub culmine fusa.] Lego cum antiquis codicibus paruo *cum lumine fusa.* Vox illa *sub* spuria est, duæque illæ dictiones *cum lumine* in vnam coaluerunt ob repetitas literas.

clarere figurâ.] Lege: *clarare figurâ.* Ita suprà: *aflatu primordia clarat.* Idem in libro de suo consulatu dixit:

Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna.

Lucretius:

Multaq; in his rebus quærendum, multáque [*nobis*
Clarandum est planè si res exponere auemus.

Ausonius: *veteres qui clarat Athenas.* *Clarare* actiuum est, *Clarere* neutrum, vt vocibus vtar Grammaticorum.

sub pedibus stratas.] Alij *sparsas.* Ita suprà *fusa, sparsaq; videntur.*

E multis tamen hic.] Aldina non malè: *E multis tamen is.*

sub magnis pedibus.] Alij *magni.*

flumine Fontis.] Ita in Germanicum Notis legendum docuimus, non *lumine.* Astipulantur nonnulli codices.

Et tenues.] Aldina *Etenes.* Vera est lectio *Ha tenues*, vel *Ea tenues* καὶ συμμίγεισι. Pro *Aquarij* alij melius habent *Aquai.* Aratus: τῶν πάντων χυδλαίοισιν ὕδωρ. Sed tamen & hæc lectio sustineri potest. Nam & Aqua à nonnullis Aquarium, seu κάλπη vocatur. Vide quæ ad Imagines annotauimus.

sine nomine cendunt.] Lege *cedunt.* Videtur Cicero, vt Germanicus pro ΔΙΝΩΤΟΙ apud Aratum ΑΓΝΩΤΟΙ legisse, vt & alibi annotauimus. Sed Cicero ea quæ de Corona Australi dicuntur omninò non intellexit.

Iupiter hunc paruum.] Lege contrà codices, & distingue:

Arctura magnũ spacium superà dedit, orbem
Iupiter huic paruũ inferiore in parte locauit.

Spatium & *orbem* vocat arcum illum qui ab Orientali Finitoris Signo ad Occidentale per datum Signum ducitur. *Metas* vocat Cæsar.

Nam eum fulgentem.] Non cepit hîc Cicero Arati mentem, vt alibi ostensum est.

subitis auris.] Nescio an scripserit Cicero:

Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem
Coperit, & subitas auras diduxerit aura.

Sanè non ineleganter ita potuisset scribere, hoc sensu. Nihil est quod illas tempestates demulceat, nisi aura superueniens subitas illas auras diduxerit, Borealis videlicet Australes. Confer cum Arato: videbis eam esse sententiam. Sed tamen Cicero tam in sequentibus quàm præcedentibus eadem quidem dicit quæ Aratus, sed aliquantò parcius.

medio in cælo.] Auienus: *Medio sub tramite cæli.* Germanicus: *medium scandens iter ætheris alti.* Nimirum punctum medium intelligunt arcus illius qui inter duo Finitoris puncta dicitur, vbi videlicet ipse arcus à Meridiano intersecatur. Hæc est, quam mediam cæli viam dicunt. Nam Centaurus omninò illis non potuit μεσουρανεῖν.

caligans vestiet vmbra. Legendum censeo.

Atque Aram tenui caligo vestiat vmbrâ.

Caligo est νὺξ Arato.

Ad signorum obitum.] Cicero Fauonium ponit, vbi Aratus Eurum. Sed sine dubio Cicero apud Aratum non legit εὔροιο, sed ζεφύροιο: Ideoque Fauonium transtulit. Nec malè addit *ad Signorũ obitum.* Nam Fauonius est ad Occasum Siderũ, eumque, si propriè loquimur Æquinoctialem, cui opponitur Subsolanus.

Quà sese clara.] Ita Aldina. Et tolerari hoc potest, vt ipse Centaurus hoc epitheto ornetur.

Alij *clarâ*, alij *clarum* habent.

Coniungere.] Citat ipse Cicero lib. II. de Natura Deorum *submergere*, Sed & hic & illic libri sunt corrupti, legendum iis postpositis ex lectionum mistura.

Cedit, Equi partes properant subiungere Chelis. Elegantèr. Aratus: ὑποτρέχουσι δ' ὑπὸ σφίσι χηλαὶ ἔχουσιν.

Hic dextram porgens.] *Porgam* pro *Porrigam* veteres dixisse Festus testatur, vt *surgo* pro *surrigo*. Sed Aldina editio non habet *porgens*, sed *pergens*: Id ego non improbo, nam simili modo & alibi *labens*, & *serpens*, & *se portans* dicit. Sed dices vnde regitur τὸ *Dextram*: Nimirum à sequentibus *Tondit* & *cedit*. Nam Cedere dextram eleganter dicimus, vnde celebre illud in fabulis *Cedo manum*. Possis tamen *vadit* legere τὸ διώκουσα vt ad Feram referatur, quæ Hostia dicitur Hygino. Et hoc verisimile est, licet pugnent codices, quia addit *truculentus* hoc est σφαγεύς, ab eo scilicet à quo & *trucidare* dicimus.

inferais de partibus] Illud quod apud Aratum est ἀφανέσθαι Tullius interpretatur *infernis de partibus*: Auienus, *Desuper*: Theon ἀφαίρειν vocari ait τὴν ἀνατολὴν, qui eodem loco etiam pro occasu sumi asseuerat. Ita vox vna non tantum diuersas, sed & contrarias habet significationes. Ego *vlterius* transtulerim.

ad terga Nepas.] Cancrum hic à Cicerone Nepā vocari alibi tradidimus. Itaq. eo te relego.

Extremum] Cicero citat *Extremam* vt ad Hydram hæc vox, non ad sinum referatur. Aut hic, aut illic erratum est. *Nitens.* dixit, vt suprà:

Ille tamen nitens grauiter vestigia ponit.

vt & alibi sæpè.

Rostro tundit.] Malè alij *Rostro tondet*; Ciceronis imitator Hyginus: *sustinet in dorso coruum rostro corpus eius tundentem.* κόπτει dixit Aratus.

Antecanem.] Lege *Ante-canis*, vel vt Scaliger προκυνὸς *Antecanes*. Sed alterum etiam apud Plinium reperitur, neque melius possit transferri Græcum Προκύων.

Æternumq́; volens.] Transponendi sunt hi versus hoc modo:

Hæc sunt quæ visens nocturno tempore signa,
Æternumq́; volens mundi cognoscere motum,
Legitimo cernes cælum lustrantia cursu.

labier orbes.] Melius *orbem*.

portata teruntur] Alij *protrita feruntur*. Quid si *portata feruntur*?

Sat mplunt.] alij *Sed maluntt*.

Hæc faciunt.] Legendum *Hæ faciunt*; Nam dixit *Quinque solent stellæ*.

Quorum ego.] Aldina habet *Quare ego*; Scriptum fuit *Quar. ego* pro *Quarum*: Nam, vt dixi, stellas nominauit.

totas euoluero.] Mauult pater *torbes*: Et vero est simile.

certo voluuntur.] Alij *euoluuntur*.

edicam.] Aldina editio habet:

Fixa simul magno sedem gentibus orbes.

Clarum est, esse syllabæ defectum: Sed ita scriptū fuerit, *magnos edemb.* Nā vsitata est ex scriptoribus isthæc abbreuiatio. Legēdum itaque:

Verū hæc quæ semper certo euoluuntur in orbe
Fixa, simul magnos edemus gentibus orbes.

Nota est Poëtarum phrasis *edere populis*, & *vulgare gentibus*. *Simul* vt alibi monuimus copulæ est loco. Neque te moueat quod hic in numero loquatur plurali, cum supra in singulari dixerit *Quarum ego nunc nequeo.* Nam hic nouum est μόλον, & si hoc non sufficit Auienum vide qui in eodem hoc loco numeros confundit. Plura exempla adferre possem, si tanti foret nugari.

Amplexi terra.] Legè *terram*, vel *terras*.

volitantia lumina.] Apud Aratum ita legit Cicero:

Ἄστρα ἀριστομενέοντα ἀνερχόμενα ἐνιαυτόν.
Σήματα δ' οὐ μάλα πάντα ἐπισταμένην ἀΐξειν.

Facilis est lapsus ΑΣΤΡΑ pro ΜΕΤΡΑ. Deinde Cicero per Σήματα non significationes, sed sidera, quæ Signa vocantur, intellexit.

Tum multos orbes.] Aldina *Tum magnos orbeis*. Ita suprà *magnos edemus gentibus orbeis*.

nodis cælestibus aptos.] Idem Cicero lib. III. de Natur. Deor. *qui tam certos cæli motus, tam ratos astrorum ordines, tamq́; inter se omnia connexa & apta viderit.* Et in Tusculanis: *Fulgentem gladium è lacunari seta equina aptum.* Vtitur sæpe Ennius, Virgilius, Lucilius, Lucretius; quin & Accius, Salustius, & Varro. Locos complures apud Nonium reperies. Quærenda est huius verbi origo. Apere antiquis erat vinculo comprehendere; συναρμόζειν. Inde fit apex, vt Festus monet. Inde fit *aptus* συναρμοσθείς, quod propriè colligatum significat, sed μεταφορικῶς, pro eo quod Græci ἁρμόδιον dicunt sumitur. Aliud est *aptus* ab apiscendo, de quo hic loquendi nō est locus.

duo ternos.] Ita Virgilius:

Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros.

Nec sic.] Ita vetustissimi codices, pro quo alij *Nam si* reposuerunt. Ego putem non malè legi posse omissis vltimis literis: *En, si nocturno*, &c. Iuuat meam coniecturam quod codex quidam vetustus *En, si* habeat. Pro *cognoscens* omninò *conuisens* legendum. Nam *visere*, & *conuisere* sunt verba Poetice Ciceroniana.

hic nimeo]. Aldina *in numero*. Vnde non malè videri possit, pro *hic*, *in* legendum, vt & versu sequenti, vbi Aldina editio *Hic non perpetuum* habet. Pro *notatur*, sunt qui *vocatur* habeant.

Ego

Ego *rotatur* quod propius est substituam, vt sit.

Lacteus is nimio fulgens candore rotatur.

Nimio valet magno: vt suprà: *haud nimio lustratus nitore*: Item *Haud nimis ingenti cum corpore*, hoc est, *valdè ingenti.*

Hic non perpetuum.] Legisse puto Ciceronem, aliter quàm nos, in Arateis:

—— γάλα μιν καλέουσι.
Τῷ δή τοι χροιὴ μὲν ἀλίγκιον οὐδ᾽ ἐπὶ κύκλον
Δινεῦνται. ——

illustratum genus ardens.] Lege:

Ora petens Geminorum illustria: tum genus ardens.

at in Andromeda hic.] Lego:

—— at Andromeda his dextrâ de parte tenetur.

Sed quæ hic apud Aratum sequuntur, à Cicerone sunt omissa, nisi quid desit. Versus ille *Cui manus* à me est non à Cicerone. Operæ Typographicæ in charactere errarunt.

clinato corpore tergum.] Legisse videtur Cicero apud Aratum:

Οὐλαί θ᾽ ἵππου. τὸ μετάφρενον ὄρνιθος
Ἀκρη ζώνη κεφαλῇ, πολλοί τ᾽ ὀφιουχίου ὦμοι
Αὐτὸν διασείοντες ἐλαυνόμενοι διὰ κύκλον.

Imò Auienus etiam non legit ὑπωχόμενον. Nam vertit:

—— perstringitur Ales ab ipso
Verticis extremo.

Connititur.] Possit legi *Connectitur*. Sed quia & aliis in locis sic legitur, nihil ausim mutare.

Conuertit & orbis.] Ita codices nullo sensu. Legerim libens:

At verò totum spacium connectet Orbis
Magnus Leo, & claro collucēs lumine Cancer.

Virgo circulo Cancri est Australior. At Leo totum διχοτομούμενον circuli quod sub se est contegit, vt & Cancer. ὑπὸ γὰρ τὰ ζώδια ἐστὶν ὁ κύκλος. αὐτὰ γὰρ ὑπέρκειται ὅλον, vt Theon docet. Notanda verò ista, *connectet* pro *vestit* *collucens* pro *lucens*, *connititur*, pro *nititur* & similia. Notanda inquā magis quàm imitanda.

medio distinguens.] Deest in Arato illud vnde hoc expressum est. Sensus esse videtur Solem Solstitij æstiui tempore medium esse inter Arcticum, & Eclipticam. Hoc vult Germanicus:

Tunc habet æthereij cursus fastigia summa,
Erectoq́; Pole Phœbus non applicat vnquam
Candentes currus.

Et Auienus:

—— neque celsum semita in axem
Sideris erigitur.

tirco disiungitur ipso.] Hæc mutila esse plerique existimarunt, quos ego secutus post hasce voces duos versus interieci, hos nimirum:

Subter testarum caua tegmina, & intus, & extra
Lumen habens: sani sed vis horrenda Leonis.

Sed Typographi vt superiores, ità & hos versus à Ciceronianis alio characteris genere non distinxerant. Nunc verò bene cogitanti mihi apparet nihil hic deesse, si hoc pacto, quod vero est simile, legatur.

Hic totus medius Circo disiungitur: iste
Pectoribus validis, atque aluo possidet orbem.

Hic nimirum Cancer, à Circulo Æstiuo διχάζεται. Sed iste, Leo videlicet, orbem possidet στῆθος, καὶ γαστέρα. Vide Aratum. Cætera quæ Aratus dicit de oculis Cancri non minus à Cicerone quam à Germanico (vt in nostris ad illum Notis docuimus) sunt omissæ: siue quod ea in libris quibus illi vsi sunt deessent, siue quod illis, vt multa alia, superflua sunt visa.

Alter ab inferniis] Aldus habet:

Alter ab inferniis Austri conuertitur auris

Alij omnes:

Alter ab inferniis Cancro connectitur austris.

Ego conieci duos versus in vnum coaluisse: itaque restitui ex coniectura.

Ille quidem à Borea Cancro connectitur auris
Alter ab inferniis contrà conuititur Austris.

Ansam errori dedit Hemistichij posterioris similitudo. Confer cum istis Arateis.

Ἄλλ᾽ ὁ μὲν ἐν βορέῃ περὶ καρκίνον ἠρήρεισται,
Ἄλλος δ᾽ ἀντιόωντι νότῳ.

Itaque iam benè cohærent ea quæ sequuntur *Distribuens medium*, &c. pro quo alij *Ast alter medium* legerunt, quia videbant aliàs cum superioribus non cōnecti. Sed eorū tam ἀμαθία risu digna est, quam audacia indignatione.

Caruleaq́; feram.] Alij *fera*. Lego:

Caruleamq́; fera caudam Pistricis.

crebro cum lumine.] Aldina *crabro*. Lego *claro* vt alij habent. Sed illud quoque *Argolecam* non placet. Legendum est:

Argoam retinet claro cum lumine Nauem.

Verissima emendatio.

Condens.] Legendū est *Cedens* περιερχόμενος. Similem errorem suprà quoque obseruauimus.

flexu.] Ita codices. Sed legendum puto *flexus*. Ita *pulsus* dicitur Sol τρεπτικὸς ὁ τρεπόμενος apud Auienum.

supera tres luce.] ἀντὶ τοῦ *luci* ablatiui pro datiuo. Vide Marcellum.

Hasce inter.] Imò *Hosce inter* μέσα τοῦ θερινοῦ καὶ χειμερινοῦ. Theon. Legendum præterea:

Hosce inter mediam partem retinere videtur.

Erroris caussa clara est.

contingens corpore.] Alij *pectore*. ζώνη Arato.

tenet flexu Crateram.] Ita omnes codices. Sed perperam. Optimè emendauit

Hydra tenet flexu: Cratera, & Coruus adhæret.

Hydra tenet circulum flexu, quæ καμπὴ Arato. Legendum etiam deinceps: *Et pauca è Chelis stella.* Notus error. Aratus:

—— ἔτι δ᾽ ἀστέρες οὐ μάλα πολλοὶ
χηλάων. ——

Deuinctos

Deuinctus.] Alij *deiunctos.*

diuino lumine.] Aldina non malè: *diuino Numine*. Miror cur mutauerint alij. Stoicorum πρόνοιαν intelligit Cicero.

hi motu.] Aldina *in motus*. Legi possit:

Quattuor in motus cuncti voluuntur eosdem.

Sed scriptum puto: *Quattuor ꝗ motu*, quod & verum.

Queis Luna conuexum.] Hæc est Aldina lectio. Alij habent:

Queis Luna conuexum cæli tangimus orbem,

Possit legi transpositis vocibus:

Queis Luna cæli conuexum tangimus orbem.

Sed verum est:

Queis hunc conuexũ cæli contingimus Orbem.

sub eum succedere.] Vides non legisse Ciceronem τόσσ' ὑμῖν sed τόσσῃ μιν; Et ita omninò apud Aratum legendum est.

Humidus inde loci.] Ennius:

Constitit inde loci propter sos dia Dearum.

Phrasis est antiquis Poëtis vsitata. pro *orbi* in fine huius versus alij habent *orbe*. Sed legendum:

Humidus inde loci collucet Aquarius orbe.

Sed *Orbi* antiqua est scriptura.

ludere Pisces.] Locus est deprauatus, neque ab vllis libris medela. Puto legendum:

Exin' squammifero serpentes sudere Pisces.

Sudere enim veteres scribebant, pro *sydere*, vnde ea vox apud Germanicum in *munere* est deprauata. Possit tamen *squammiferi* retineri. Sed alterum est intolerabile.

conuestit lumine.] Malè alij *conuertit*. Suprà habuimus *spatium conuestiet orbis.*

cursus.] Ita Aldina. Alij *vertentia tempora cursu*. Lego *vertentis tempora cursus*. Πάντ' ἐνιαυτὸν ἄγει Aratus. Possis etiam *vertenti tempora cursu.*

quantus terris confectus.] Puto veram esse Lectionem:

Hic quantum terris conuexus pellitur orbis;

Conuexum orbem etiam alibi nominauit.

ille patens.] Alij *Tantundem pandens*. Pro *edit*, alij *extat* habent. Lege:

Tantundem ille patẽs supera mortalibus exit.

Tot cælum iussus.] Hoc esse mendosum viderunt & illi qui *iussu* emendarunt. Sed vtrunque & absurdum, & ridiculum. Emendo:

Tot cælum rursus fugientia signa reuisunt.

Hoc spatium tranans.] Suprà dixit:

— summo cæli de vertice tranans.

de nocte relictum est.] Relictum est τὸ λοιπὸν. Ita alibi:

—— pari spacio partes tres esse relictas.

Signifero ex orbis.] Aldina hæc est. Alij habent: *Signifer ex orbe, & signorũm ordine fultum.* Scriptum fuit ꝗ Ꝓ ꝗ ꝗ ꝗ

Quod superà terras primũ de nocte relictum

Signifero ex orbi' st & signorũ ordine fultum.

Ita infrà: *Signifero solet ex orbi* pro *orbe*. *Fultum* quia Aratus ἀρηρὸς dixit. Repetendum autem ꝗ in posterioribus ex vocula.

Cæli de tegmine sumes.] Ita alibi:

Cum redeunt ad idẽ cæli sub tegmine signum.

Et alibi *cæli sub tegmine fulti*. Malè autem οὐρανὸν cælum interpretatur. Legendum verò:

Certas ipse notas cæli de tegmine sumens,

Ortus atque obitus omneis existere possis.

se toto lumine.] Alij:

Nam simul ac primum supero se lumine Cancer.

Sed ea lectio non est antiqua. Itaque lego:

Nam simul vt supero se totum lumine Cancer Extulit.

Dimidiam retinens.] Legendum puto:

Dimidiam retinet stellis distincta Corona Partem iam superà, atque alia de parte repulsa est.

Cancrumq́ recondit.] Alibi docuimus legenda hæc hoc pacto.

Atque humeros vsque à genibus, clarumque recondit

Anguetenens validis magnum à ceruicibus Anguem.

Duo epitheta coniunxit Græcum in morem. Si propius velis accedere ad vulgatam lectionem, poteris reponere *Camurúmque recondit*. Camurum veteribus Latinis, licet propriè de de cornibus dicatur, est τὸ ἐπικαμπὲς, tortum, quod Anguium est proprium.

conuestit.] Ita & alibi Ciceronem locutum ostendimus. Alij malè *conuertit.*

vis maior Aquarl.] Falsum hoc, neque ex Arati mente, qui dixit καὶ αὐτὸς: quod videntes nonnulli substituerunt *vis maior Aëti*, admodum ineptè. neque enim accedit ad veterem lectionem, neque vero est simile Tullium hic Græca voce vsum fuisse: & vt esset nónne rectius fuisset αὐτὸς dicere, quam ἀητὸς, quod admodum est Poëticum, & raro in vsu. Sed deinde quidnam est *vis maior?* Lege *simul vis magna Aquilai.*

candens illustria lumina Virgo.] Lege:

—— candens illustri lumine Virgo.

iam clare corpore Serpens.] Malè hoc aliqui de Angue intellexerunt, qui hanc vocem literâ maiuscula notarunt. est enim non nomen, sed Participium, & ad Hydram, de qua sequitur, est referendum. Eam phrasin Tullio in carmine vsitatam suprà satis ostendimus.

Et cum iam toto.] Vera hæc est lectio. Alij habent. *Et iam iam* qui hunc versum quoque sequenti postponunt.

Existet pariter.] Hoc est orietur. Suprà *Quæ simul existant cernes.*

caudam contegit vmbra.] Nihil hîc deest, vt in nostris

in nostris ad Aratum Notis exposuimus. Attamen in nostra interpolatione versum vnum hic inseruimus, non tam quod quid desiderari putaremus, quàm quod vellemus interpretationem nostram textui Arateo esse quàm conformissimam. Versum verò hunc alij perperam ita concipiunt:

Nondum tota latet : non caudam contegit vmbra.

ille vacans.] malè alij *vagans.*

Nam secum.] Malè alij *Non se cum.*

In cælum totum.] Non satis hic Cicero Aratum exprimit: vt nec infrà vbi ait:

Quem rutila fulgens pluma prætervolat ales.

Nam Aratus ibi ἰχθὺν ὑψοῦ expressit.

Latè fusa volat.] Lego:

Latè fusa volans in terras labitur vnda.

Hemistichium quod sequitur hasce voces: *Latè fusa volat*, vnà cum quatuor versibus sequentibus in plerisque codicibus desiderantur. Sunt tamen verè Ciceroniani, & ex Arato expressi, & ad sensum necessarij.

Vt quondam Orion.] Legendum puto: *Vt quondam Orion.*

Chius.] Vera hæc lectio. Nam licet Chius pro insula propriè corripiatur, & pro Adiectiuo producatur, tamen id non nimis strictè obseruatur, adeò vt Auienus etiam adiectiuum corripuerit, vt hic Cicero substantiuum produxit. Sed Aldina habet *Echinus*. vnde alij *Echineis* contrà sensum & metrum effecerunt. Nisi hæc lectio quam proposuimus vera esset, legi possit *Echinas*. Sed Chios non est vna Echinadum. nam Echinades sunt in Acheloo flumine, Chius in Ægæo. Itaque esset aut error Ciceronis, aut figurata locutio, vt Echinas pro omni insula dicatur, εἶδος ἀντὶ γένους. Sed frustrà nugamur cum vera lectio constet. nam *Echinus* pro *Chius* scriptum est. E litera ex præcedenti voce repetita est: & nota accentus περισπωμένου in literam N migrauit.

Brachia quam viridi.] Ita Aldina. Alij substituerunt *Brachia cui viridi*. Omnino legendum est:

Brachia qua viridi conuestit tegmine vitis.

In Chio insula plurimæ sunt vites, præsertim ad Aruisium promontorium, à quo Arusia vina dicimus, vt ab ipsa insula, Chia. Brachia verò non intelligo vitium ipsarum, (quod voluit Illustrissimus Scaliger) Sed lucorum brachia, vt & Auienus ait hoc loco:

—— *& frondentia latè*

Brachia lucorum.

epulas cauare.] Imò *epulas ornare* vt habet vetus codex. Feris enim quas venatus erat, Orion Ænopionis cænas condecorabat. Nihil est clarius.

Nam retinent Arcti.] Aldina *Arcto*. Lege: *Arctis*. Et ita semper scribitur in Cæsaris Germanici libro antiquissima manu exarato.

post humeros.] Melius alij *humeris*.

cum lumine pandit.] Alij *cum lumina*. Lego *simul cum lumina pandit.*

Antepedum.] Arato qui dicuntur πρόποδες Ciceroni Græco more *Antepedes* dicuntur. Græci ἀντίποδας dicerent, quanquam Ptolemæus in Tabulis suis id sumere videatur non pro pedibus ἐμπροσθίοις, sed pro parte pedum priori. Sed vt προκύων Ciceroni est *Antecanis*, ità οἱ πρόποδες *Antepedes*.

conuerso corpore.] Alij *conuersus*, παραμόρφος Arato.

præcordia lustrans.] Alij *gestans* Ego nihil mutem.

Insistit, & mergit.] Vera lectio est *emergit Nixi caput.*

pectore Cepheus.] Aldina, & aliæ editiones *corpore*. Suprà quoque vbi dixit Aratus:

—— ὁ δ' ζώνῃ τότε κρᾶτα
Γαῖαν ἐπιξύει·

Cicero tantùm dixit *cedit conuerso corpore Cepheus.*

Obit & Lepus.] Alij malè *obiit simul.*

Inde obiens Capricornus.] Duo versus qui infrà sequuntur ex Aldini codicis authoritate hic inseruntur. Hoc pacto lege:

Inferiora cadunt Auriga lumina lapsu.
Crus dextrumque pedem linquens obit infera Perseus
In loca, tum cedens à puppi linquitur Argo.
Inde obiens Capricornus. ——

Et ita deinceps quæ sequuntur. nam Perseus, & puppis Argus ex Arati mente Sagittario oriente occidunt. Aratus omnia quæ ad Aurigam pertinent suo more coniungens dixit τὰ σκέλεα eius sub Sagittario occidere, sed non manum dextram, & Capram, & hædos: quæ Capricorno demum oriente occidũt. Cicero contrà ea distinguenda putauit, & ea quæ sub Sagittario ab iis quæ sub Capricorno occidunt censuit separanda. Idem & Cicero, & alij interpretes in sua translatione fecerunt, præsertim in tertia hac Phænomenon parte, quæ περὶ συνανατολῶν, καὶ συγκαταδύσεων tractat, quod videre ex diligenti collatione perfacile est. Sed Critici quidam fidentiores dum Ciceronẽ in Arateum ordinem redigunt, non cõsiderarunt se & contra Arati, & contra Ciceronis mentem vadere, dum Perseum, & puppim Nauis iis annumerant quæ Capricorno oriente occidunt. Sed duos hos versus qui hîc omissi sunt alij in fine huius Fragmenti posuerunt, alij ante duos vltimos collocarunt. Vtrunque, vt patet perperam.

emergunt alite lapsum.] Alij magna differentia, contra metrum:

—— *emergunt Alite vnà,*

Et volucris terris existit clara Sagitta.
Sed hæc lectio vero est proprior. Legendum enim meo iudicio:

——— emergunt alite lapsu
E terris volucris: existit clara Sagitta.

Volucres vocat Cicero Aquilam, & Olorem. Cætera sunt clara.

Vt cum Luna means.] Citat hos versus Priscianus, vt & illum qui infrà est:

Ast autem tenui qua candet lumine Phatno.

Qui nescio quo pacto in nostra editione sit deprauatus.

Cana fulix itidem] Cicero, vt & Auienus ἐρωδιὸν fulicem transfernnt, cum ἐρωδιὸν pleriq. ardeā malint interpretari, κέπφον verò fulicem siue fulicam. In veteri verò codice legitur *Rana fulix*, & Manuscripta exemplaria in libris de Diuinatione, vbi hi versus citantur, habent *Rana fulix* quod proximè accedit. Rauus color est ἐπὶ ξηρὸν Arato Et fieri potest vt hoc loco legerit Cicero apud Aratus non ἐπὶ ξηρὴν ὅτ' ἐρωδιὸς sed ἐπὶ ξηρὸν ὅς' ἐρωδιὸς. Sane primores literæ conueniunt. Apud Auienum etiam, si hæc scriptura in Cicerone recipienda est, vbi nunc legitur *parua fulix* similiter *Rana fulix* legi possit.

Aquai dulcis alumna.] Aqua dulcis est palustris, vt salsa marina. Est περίφρασις ranarum. Πατέρας γυρίνων nominat Solensis.

Acredula vocibus instat.] In nostris ad Aratum Notis quid sit ὀλολυγὼν docuimus, aut sanè coniecimus. Sed quid est Acredula? Apud Isidorum inuenio: *Luscinia auis inde nomen sumpsit, quod cantu suo significare solet diei surgentis exortum, quasi lucinia. Eadem & Acredula, de qua Cicero in Prognosticis:*

Et matutinos exercet Acredula cantus.

Ante omnia moneo hæc verba quæ ad Acredulam pertinent paulo post ponenda: nam Acredula omnino non est Luscinia, sed vt pleriquevolunt vlula. Sequitur verò apud Isidorum. *Vlula auis* ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν. Igitur Isidori ὀλολυγὼν quod apud Aratum est, & Acredula quod apud Tullium, & vlula idem significant, si verba transponas vt dixi. Notanda verò præterea est lectionis varietas. Nam totum Hemistichium posterius aliter citat, memoriæ vt puto lapsu, qui Grammaticis frequens. Admodum tamen mihi placet mea in Aratum explicatio ex ipsis Plinij verbis desumpta, vt videlicet ὀλολυγὼν, sit Rana, aut eius aliqua species. Et quid si ipse Cicero ita sensetit? Sane id innuere videntur eiusdem Isidori verba, quæ alibi reperio. *Agredula, rana parua in sicco, vel agris commorantes, vnde & nuncupata.* Nota est omnibus litterarum C & G confusio. Admodum hoc firmat meam illam obseruationem.

Iam verò.] Fragmentum hoc ex Cicerone ipso est, vt & alia pleraque. Citat & Photius lib. 18. cap. 25. Iam Notas hasce percursorias absoluimus, quibus Ciceronem clariorem non paulum & fecimus, quem & ipsum non paruum nostra interpolatione quam in hoc volumine inueniās iuuimus, vtpote ex qua luce sit meridiana clarius qui versus Tullianus cui Arateo respondeat. Nam anteà multi erant qui non modo quo referri deberent, sed nec quid omninò significarent, sciebatur. Cuius generis ille est:

Tertia sub caudam ad genus ipsum lumina pandit.

quem alij fatentur se quo pertineat penitus ignorare. Ex nostra interpolatione clarum est ad illud Arati pertinere: ἄκρῳ δ' ὑπ' ὀλολύγονι ... γόνατι. Eiusdem generis est & illud fragmentum, quod vti & prius apud Priscianum reperitur: *sub pedibus profert finita Boöti.* Quod de Virgine dici nos ostendimus. nam Boöti genitiuus est priscus, vt Vlyssi, & Achilli. *Finita* verò dixit vt & alibi: *finita in partibus Austri.* Ille verò versus nunquam Ciceronianis fragmentis adscriptus est:

Et Ionis in regno, cælíq; in parte recepta est.

Quem tamen citat Lactantius, & nos huc pertinere reipsa ostendimus. Erant & alia quædam fragmenta Ciceronis Arateorum, quæ quò referri debeant ignoro, vt est,

Quem neque tempestas perimet, neque longa vetustas.
Interimet stinguent praclara insignia cæli.

Quos versus ego affirmarim ex hoc opere non esse, nisi Cicero admodum limites Arateos excesserit, quod fieri potuit, in Proœmio præsertim, aut Epilogo.

Item:

Caprigeni pecoris custos de gurgite vasto.

nisi hoc ad illa Aratea spectet:

—— χαίρει δ' ἐπ' αἰγὸς ἀνὴρ
Αὐταῖς ἐρρίγησιν, ἐπὴν ... μίγνυται ἴππῳ.

Vt sit:

Capigeni pecoris custos de gurgite vasto
Si modicas videat volucres ascendere gaudet.

Quod & verum. Considera ea quæ præcedunt apud Aratum. Illud etiam Fragmentum:

Nauibus amissis fluitantia quærere aplustra,

non inuenit versum Arateum cui ad verbum respondeat. Sed si quid ab Arati verbis velis discedere facilè aut illi loco vbi de Capella, & hædis, aut vbi de Capricorno, aut de Ara agitur, poteris inculcare.

FINIS.

ARATI PHÆNOMENA, RVFO FESTO [a] AVIENO PARAPHRASTE.

CARMINIS inceptor mihi Iuppiter: auspice terras
Linquo Ioue, excelsam reserat dux Iupiter æthram:
Imus in astra, Iouis monitu: Iouis omine cælum,
Et Iouis imperio mortalibus æthera pando.
[b] *Hic statio, hic sedes primi patris, iste paterni*
Principium motus, vis fulminis iste corusci,
Vita elementorum. mundi calor, ætheris ignis,
Astrorumque vigor, perpes substantia lucis,
Et numerus celsi modulaminis: hic tener aër,
Materiaque grauis concretio, succus ab alto
Corporibus cælo, cunctarum alimonia rerum,
Flos & flamma animæ, qui discurrente meatu,
Mentis [c] *primigenæ penetralia dura resoluens,*
Impleuit largo venas operatus amore,
[d] *Ordinis vt proprij fœdus daret iste, calorem:*
Quo digesta capax solidaret semina mundus,
Inseruit rite hunc primũ, medium, atque [e] *secundum.*
[f] *Vox secreta canit sibi. nam permixtus vtrinque,*
Et fultus sese geminum latus, vnus & idem est
[g] *Auctor agendorum, proprijque patrator amoris,*
Et mundi vere pastor sacer, hic chaos altum
Lumine [h] *perrumpit: tenebrarum hic vincula primus*
Soluit, & ipse parens rerum fluitantia fixit:
Hic dispersa locis statuit primordia iustis:
Hic digestorum speciem dedit, iste colorem
Imposuit rebus, sexuque immixtus vtroque,
Atque æui pariter gemini, simul omnia lustrans
Sufficit alterno res semine: rerum opifex hic,
Hic altor rerum, rex mundi, celsa potestas
Ætheris atque Erebi, [i] *pigra inclinatio nodi,*
Insociabilium discretio iusta deorum,
Cuius & extremum tellus opus, igneæ cuius
Lumina sunt late, [k] *sol, & soror: ille, diei*
Tendat vt infusi rutilum iubar, altera, noctis
Vt face flammanti tenebrosos rumpat amictus:
Nec desit genitis pater vllo in tempore rebus.
Istius ille anni pulcher chorus, alta vt hebescat
Terra gelu, ver vt blandis adrideat aruis,
Puluerulenta siti tellurem vt torreat æstas,
Et grauis autumni redeat fœtura parentis:

HVGEIANI GROTII IN AVIENVM NOTÆ PERBREVES.

[a] Ita vocatur ab Hieronymo Seruio, Macrobio.

[b] *Hic & iste* de eodem: vt infrà:
Hic digestorum speciem dedit, iste calorem
Imposuit rebus.

[c] Ex Orpheo, qui πρωτογόνον vocat. Ita Lucianus πρωτογόνων ἀρχόντων. Arnobius: *primigenij motus.*

[d] *Ordinis vt proprij fœdus daret: iste calorem,*
Quo digesta capax solidaret semina Mundus,
Inseruit: rite hunc primum, medium, atque secundum
Vox secreta canit sibi.

[e] Dubito, an non potius *supremum* sit legendum: ὕπατον Arato.

[f] Ita Capella de Philologia Deum adorante: *vocabula quadam voce mentis inclamans.*

[g] Rectum hoc: sed vide, an non rectius foret *Actor*: ἀρχηγὸς τῶν προχειριζομένων.

[h] Sequentia postulant *perrupit*. Sed est præteritum τὸ ἀρχαϊκόν: vt apud Iurisconsultos *rumptum* pro *ruptum*.

[i] Legendum videtur *rapida inclinatio Mundi*: infrà *trahit inclinatio cælum*, & alibi *teres inclinatio Mundi*.

[k] Videri possint hæc desumpta verbotenus ex Mose Genes. 1. *Fecitque Deus duo luminaria magna: Luminare maius, vt præesset diei: Luminare minus, vt præesset nocti.* Nam *Luminaria*, sunt eadem, quæ *Lumina*, vt apud Ciceronem, *nondum tot luminaribus extinctis.*

[a] Malim:

Viscera, & æthereos animans genitabilis artus.

[b] Eudoxi. vt infrà: *Sic astrum dici Cnydius dedit.*

[c] Enumerat solstitia, & æquinoctia: Itaque necesse est per Nepam hic Cancrum intelligamus, vt alibi docuimus. Sed Æquinoctium Cācri in ipsa æstate, non in Autumno est. Puto itaque distinguendum hoc pacto:

Cur Hyperionios Nepa circunflecteret ignes:
Autumni reditu cur sub gelido Capricorno
Bruma, &c.

Autumni reditu κατὰ τὴν φθινόπωρον.

[d] *madida cum tempore noctis.*

[e] *demenso.*

[f] *Palanti.* Vocabulum est Liuio, & antiquioribus vsitatum.

[g] Vix commodum sensum elicies, ni legas:

——— incola Tauri
Musa vt Cecropios superaret & Aonas agros.

Musa incola Tauri, Cilix, Solensis, Aratea. Taurus enim mons in Cilicia. Manilius in Arati gratiam:

Montis ab excelso speculantur vertice Tauri.

[h] *viticomo*:

[i] *Multa operum*: hnc est *multa opera*, πολὺ τῶν ἔργων vt suprà *rerum fluitantia* pro *res fluitantes*: & alibi centies. Indicat verò Auienus sese ante Arateam Paraphrasin alia Poëmata edidisse: Puta, περιήγησιν Dionysij, Oram maritimam, Fabulas.

[k] Antiqui codices non malè: *Nox agit & verso.*

[l] *Nam numeris, & honore carent: micat omnibus ignis,*
Et rutilo cunctis flagrat coma flammea crine:
Sed quia non certa formarum luce notantur
Omnia sideribus, cassum fit cætera volgus.

Vulgum cassum vocat stellas ἀμόρφωτους: de quibus & alibi: *ignoti vise vulgi semet in æthram Protollunt.* Manilius: *cum Luna conditur omne Stellarum vulgus: fugiunt sine nomine signa.*

Hoc duce per tumidi ferimus freta gurgitis, isto
Præceptore solum grauibus versamus aratris:
Iste modum statuit signis, hic rebus honorem
Infundit, tenebris hic interlabitur æthræ:
[a] *Viscera, & æternos animat genitabilis artus.*
Denique ne longum marcentia corda iacerent,
Mundanique ortus mens immemor, omnia sensim
Vilia conciperet; neque se subduceret vnquam,
Fontis in æterni primordia, quo velut amnis
Quem festina citis vrget Natura fluentis,
Lapsu continuo ruitura in corpora nostra
Prorumpunt animæ, seriemque per æthera nectunt,
Hic primum [b] *Cnidij radium senis intulit astris,*
Mortalemque loqui docuit conuexa deorum,
Cur Hyperionios [c] *Nepa circunflecteret ignes,*
Autumni reditu: cur sub gelido Capricorno
Bruma pruinosi iuga tristia solueret anni:
Cur spacium lucis, madida [d] *cur tempora noctis*
Libra celerque Aries [e] *demerso pondere Olympi*
Æquarent, qua parte Polus sublimior alto
Cardine cæruleas Thetidis non tangeret vndas:
Quis Polus vmbrifero lateat declinis in axe,
Et vaga [f] *pallanti cur signa errore ferantur:*
Quæ rursum ingenio numerisque Solensibus idem
Iuppiter efferri melius dedit [g] *incola tauri,*
Musa vt Cecropios raperetur & Aonas agros.
Me quoque nunc similis stimulat furor edere versu
Tempora, cum duris versare ligonibus arua
Conueniat, cum veliuolo dare carbasa ponto,
Et cum [h] *victicomo crinem tondere Lyæo.*
O mihi nota adyti iam numina Parnassei,
O [i] *per multa operum mea semper cura Camœna,*
Iam placet in superum visus sustollere cælum,
Atque oculis reserare viam per sidera: maior,
Maior agit mentem solito deus; ampla patescit
Cirrha mihi, & totis se Helicon inspirat ab antris.

ARCTOS.

OMNIA *quæ flammis pingunt radiantibus æthram,*
[k] *Nox & agit, verso ceu fixa trahuntur Olympo:*
At non cuncta tamen Signorum in lege putanda:
[l] *Nam numeris & honore carēs micat omnibus ignis,*
Et rutilo cunctis flagrat coma flammea crine:
Sed quia non certa formarum in luce notantur
Omnia, sideribus cassum fit cætera volgus.
Mobilis en etiam mundi se machina versat,

Ponderis

Ponderis & proprij trahit inclinatio cælum:
Sed non axis item curui vertigine fertur
Ætheris, vt stilus instabili conuoluitur orbi,
[a]*Luce manente tenusque procul sacra viscera cæli*
Perforat, & media molem terra tenet: illum
Non prolixa dies, non incumbentis Olympi
Cursus agit, motátve loco labor, vt semel hærens
[b] *Constitit, & ferri se circum cuncta remisit.*

[c] NEC *minus extremo dispar polus: Oceano*[d] *pars*
Sublime erigitur, subit altera mersa sub vndas
Pars Erebum, & nigri iacet hæc vt conscia Ditis:
Hic notus, horriferis aquilonibus illa rigescunt.
[e] *Hac teres in gemina stridit vertigine cardo.*
Alter in obtutum facilis latet, alter & alto
Deprimitur barathro. Sed qua sublimior axis
Tethyos vndosæ linquit cetosa fluenta,
Contemplare sacras vt mundus [f] *subiit Arctos.*
Sic astrum dici Cnidius dedit, Ausone easdem
Voce feras Vrsasque & Plaustra vocare solemus:
Fabula nanque Vrsas, species dat Plaustra videri.
Has pater omnipotens nemorosi in valle Lycei
Adsuetas duris quondam venatibus, æthra
Intulit, & rapto [g] *genitricis flore sacrauit:*
Vel ceu fama dehinc docet altera, Creta vbi fluctu
Tunditur insanis late circumsona Cauris,
Iuppiter has idem rerum memor indultarum,
Et custoditæ referens pia dona salutis,
Cum puer agrestes inter Curetas, & inter
Dictææ, longum latuit crepitacula rupis,
Scandere flammigerum victor permisit Olympum,
Nescia signa salis, nocturnique inscia casus,
Hospita & insanis aquilonibus: haud tamen ollis
Ora vel aduerso sunt obuia pectora motu:
Versa Lycaonis sed suspectatur in Vrsis
Forma super: pariterque polo vestigia librant,
In spinam & flammis ardentia dorsa iacentes.
Sic Iouis altrices teretem prope cardinis axem,
In caput, inque humeros Helice Cynosuraque versæ,
Præscia venturis dant semper signa procellis.
Nanque Helice Graios, Tyrios Cynosura per altum
Parua regit: [h] *non vlla facem succenderit vnquam*
Stella prior, neque flammigeros ediixerit ortus
Ante alia, immerso cum iam Titanius orbe
Imbuit & tremulo Tartesia terga rubore;
Cressia quam flammans inter primordia noctis
Maior agat, vultusque sacros ostendat Olympo.
Illa licet paruo iaceat temone per æthram,

[a] *Ipse manens, tenuisque procul sacra viscera cæli Perferat.*
Notandum est *procul, latè, super*, aliáque similia in Auieno sæpe inueniri πλεονάζοντα.

[b] ἄραρεν Arato. Manilius:
Perque ipsum Terra directus constitit orbem.

[c] Forte *Terminus extremo dispar Polus:* Extremo Axi Terminus est dispar Polus. Aratus:
καί μιν πειραίνουσι δύω πόλοι ἀμφοτέρωθεν.

[d] Quomodo hic *pars* sumatur alibi demonstraui.

[e] Legendum *Acteres:* & ita habent libri antiqui.

[f] *subiicit*.

[g] *genitrices*. Ita melius legetur.

[h] Sequentia admodum corrupta immutatis & nonnunquam, vt fieri debet, transpositis literis, ita conati sumus restituere.

— non vlla facē succenderit vnquam
Stella prior, neque flammigeros eduxerit ortus
Antè alia, immerso cum iam Titanius orbe
Imbuerit tremulo Tartessia terga rubore,
Cressia quàm flammas inter primordia noctis
Maior agat, vultusque sacros ostendat Olympo.
Illa licet paruo iaceat Temone per æthram,
Verior insidum tamen est currentibus æquor:
Cardine nam certo conuertitur: huic, mora longos
Pigra tenet gyros, quæ, ceu remorata, parumper
Flectitur, at tarde cohibet cunctamina lapsu:
Sed quia Sidoniis dux est Cynosura carinis,
Rectior vndoso cursus sulcatur in æstu.

Ita respōdebunt cum Arateis, cum quibus conferes. *Titanius* pro *Titan*, vt βάκχιος apud Euripidem. & Onomacritum Bacchus: Mauortius, Mauors apud Petronium. Cum *illa* dicit Cynosuram, cum *huic* Helicen intelligit. *Parumper*, vt in Ciceronianis *paulum* pro *paulatim* positum videtur.

—— hunc quoque, vbi artus
Longius effusum spaciosa volumina tendunt,
Compta Lycaoniis includunt Plaustra choreis
Compta, ornata κομψά.

[b] Eadem Phrasis infrà inuenitur: *caput inclinatur ab ore.*

[c] melius: *summa confinia caudæ.*

[d] *reparator Eoi*, Reparare illi est ἀνανεώσασθαι: Ita alibi *absoluit totos reparabilis annos*: Et in Catalectis: *Phœnix reparabilis ales*. *Eoum* quoque dixit suo more: vt: *Mundus ab Eoo trahitur reparabilis alto*: Et in Catalectis: *Quam modo nascentem rutilus conspexit Eous.*
[e] malim *salo*: Antiqui libri perperam *Sole.*

[f] *Illa laboranti similis succedet imago, Protinus.*

[g] melius *cui* vel *cum.*

Verior, infidum tamen est currentibus æquor.
Cardine nam toto conuertitur. haud mora, longos
Pigra tenes gyros, neque ceu mollita parumper
Flectitur aut tardo cohibet cunctamina lapsu,
Denique Sidoniis dux est Cynosura carinis:
Rectior vndoso cursus sulcatur in æstu.
INTER *vtranque dehinc præclari nominis Arcton*
Ceu circumflexo sinuantur flumina lapsu,
Squammeum agmen agens Draco voluitur, atque obit ambas
Spirarum curuis anfractibus:[a] *hunc quoque, vt artus*
Longius effusum, spaciosa volumina tendunt.
Compta Lycaoniis includunt Plaustra choreis:
Qua caput est Helices, fundunt sese vltima monstri
Agmina, & hac cæli vix cauda in parte quiescit:
Altera qua spira sinus est, sublime reponit
Verticis, & curuo ceu circumclusa Dracone,
In dorsum alterius dorso iacet Anguis[b] *ab ore*
Vertitur, ac longe postremam lapsus in Arcton.
Rursum maioris repetit confinia signi.
Nec qua stella caput flammarum insignit honore,
Sola micat, sola ve rubent incendia cristæ:
Sed setosa duplex adolet duo tempora fulgor,
Et duo sub geminis oculi fulgoribus ardent.
Vnicus ignis item mento æstuat, ipsaque forma
Verticis in nutum veluti curuata parumper,
Qua per dimensos demittitur ordo meatus,
Flectitur, atque Helices caudam spectare videtur,
Cuius in extremum spacio propiore per æthram,
Sibila portenti succedunt ora Draconis.
Quin super illa etiam[c] *summa confinia caudæ*
Stella subit, dextri qua temporis igne coruscans,
Æmula vicinis accendit lumina flammis:
At decliue caput vertexque obliquior astris,
Hac in parte sacri procumbere cernitur axis:
Qua pater Oceanus rutili[d] *reparatus Eoi,*
Occasus ortusque[e] *solo moderante coërcet,*
Et gemina alternæ miscet diuortia metæ.

ENGONASIN.

INDE *pruinoso si lumen abusque Dracone,*
In conuexa feras, oculosque in proxima mundi
Declines, qua parte globo tumet altior ortus,
[f] *Illa laboranti similis succedet imago:*
Protinus expertem quam quondam dixit Aratus
Nominis, & cuius latuit quoque causa laboris:
Panyasi sed nota tamen,[g] *seu longior ætas*
Eruit.

Eruit excußis arcana exordia rebus.
Nam dura [a] *immodici memorat sub lege tyranni,*
Amphitryoniadem primæuo in flore iuuentæ,
Qua cedunt medij longe secreta diei,
Hesperidum venisse locos, atque aurea mala,
Inscia quæ lenti semper custodia somni
Seruabat, carpsisse manu: postquam ille nouercæ
Insaturata odiis serpens, victoris ab ictu,
Spirarumque sinus, & fortia vincula laxans,
Occubuit, sic membra genu subnixa sinistro,
Sustentasse ferunt, sic insedisse labore
Deuictum fama est: ac tum Tirynthius, [b] *Æthra*
Inclytus & solio fultus sublime paterno est.
Iuppiter hanc speciem, miseratus acerba laborum,
Reddidit, & talem cerni permisit Olympo.
En manus ipsa Dei violenta in verbera pendens
[c] *Erigitur, dextraque dehinc impreßio planta*
Tempora deculcat maculosi prona Draconis.

a Indomiti.

b Æthrâ.

c Antiqui libri *exigitur* non malè: sed hæc lectio melior.

CORONA.

POPLITE *succidui, qua sideris ampla* [d] *patescunt*
Terga dehinc, mersumq; iacet sublime humerorum,
Aspice ceu rutilis vibret lux Gnosia flammis,
Hæc quondam Bacchi monumentum fulget amoris:
Hæc Ariadnæi capitis testatur honorem.
Trina ter illustrant hanc lumina, parsque Coronæ
Serpentem vicina subit, qua sibila in Arcton
Ora Draco inclinans stridet flabris aquilonis:
Post tergum Nixi pars voluitur, ac velut hærens
Rursum defeßi refertur nuncia signi.

d potest hoc tolerari; sed vide num malis *fatiscunt*.

OPHIVCHVS.

ISTIVS *extremo sub vertice, vertice quippe.*
Sideris Innixi, clarum nosces Ophiuchum.
[e] *Triccæi sidus stat nominis, & cui pingui*
Thure Epidaureæ fumant altaria sedis.
In styga decursis Parcarum ab origine fusis
Merserat Hippolytum sors vltima: iamque per imas
Cocyti tenebras & stagna nigrantia Ditis,
Portitor ille Charon Thesidâ fata vehebat.
Hic immaturi sed enim miseratus acerbum
Leti supplicium, Neptunique aspera iussa,
Algentes artus Erebo procul intimo ab vsque
Suscitat, atque anima rursum tepefacta calore
Viscera mundanas reuocat medicator in oras.
Non tulit omnipotens vnquam generato
Deucalionea, fas esse nouißima fata

e Tricca vrbs Thessaliæ, vbi colitur Æsculapius, vt & in Epidauro.

Vincere

Vincere, & incassum decurrere pensa sororum:
Moxque trisulca polo iaculatus fulmina celso,
Et super aëriæ vibrans incendia flammæ,
Morte repertorem medicinæ audacis in vmbras
Deiicit: ac [a] *gnato reparans solatia Phœbo,*
Asperaque extincti miseratus fata nepotis,
Surgere nocturno iubet inter sidera motu.
Hic ergo insignes ardens venas Ophiuchus.
Hic rigidos artus forma Anguitenentis honore
Arduus, hic tantos humeris vibrantibus ignes
Euomit, vt pleno cum Luna [b] *nitescit in orbe,*
Menstruaque ingenti iam tempora diuidit ortu,
Nequaquam lentis obscurior ex humeris lux
Marceat: at manibus non compar flamma rubescit.
Nam suffusa leui resplendent vltima luce:
Sed cerni sunt prompta tamen: postremaque parco
Igne micant. ille angue manum consertus vtranque
Erigitur, serpensque dehinc elabitur ambas
Flexilis, & medium cingit spiris Ophiuchum:
Quem super hærentem plantarum mole duarum
Scorpios in geminas effusus viscera [c] *parteis,*
Afflictusque oculos, maculosaque pectora pressus,
Sustinet. attiguus euoluitur Anguis in auras,
Agmine non æquo, neque tenta volumina compar.
Nam qua dextra manus sinuoso affigitur Angui,
Parcius ab domino terga explicat, [d] *altera porro*
Plurimus, ac multo per læuum pondere lapsus
[e] *Funditus: & rutilo qua lux sedet ignea mento,*
Vsque Ariadnææ sese vicina coronæ
Lubricus inclinat.[f] *post spreta brachia quondam*
Formidata truci suspexeris Orioni:
Hæc concessa etenim curuis mercatio velis.
Huc falcata Hiodij repserunt cornua monstri,
Sidereæ nimium facis indiga: nanque hebes ollis
Ignis, & obtuso marcent incendia crine.

BOOTES.

[g] CALLISTO *rutilat stellis, quibus vsque ferinam*
Prona sit effigiem, quo cardine torqueat axem,
Semper in occiduis attollens lampada flammis
Arctophylax, siue, vt veteres cecinere, Bootes,
Famosa Arcadici testans commenta tyranni.
Et licet instanti similis similisque minanti
Terga Helices iuxta premat arduus, haud tamen vnquam
In picturata plaustrum procurrere matris
Fas datur, antiquis quoniam contagio in illo
Criminis

[a] vide an malis *gnati reparans solatia*, occisi nimirû Æsculapij gnati Phœbi.

[b] antiqui codices *nitescet*. quod si probabitur (quanquam rationem mutandi non video) versu sequenti legendum erit *diuidet*.

[c] Antiqui *partis* antiqua scriptura.

[d] Phrasis Auieno vsitata: ad Græcorum imitationem: τά δ' ἴπεχα μίγεις.

[e] *Funditur.*

[f] Eleganter me hæc emendasse non temerè iactabo:

—— post spiram brachia quondam
Formidata truci suspexeris Orioni:
Hæc concessa etenim curuis minitatio Chelis,
Huc falcata Chij repserunt cornua monstri,

Grammatica postulat *Chius* cum locum designat corripi: cum adiectiuum produci: Sed regulam hanc Poëtæ negligunt. Nam & pro loco Cicero, produxit: & pro adiectiuo corripuit Auienus, vt infrà: *Curua Chij cælo cum surgunt brachia signi.*

[g] Hæc quoque corruptissima: conieci emendandum:

Callisto rutilat stellis, quibus vsque Ferinâ
Prona sit effigie, quo cardine torquet & axem
Semper inocciduis attollens lampada flammis.

Pronam esse propriè de Ferâ. Scio Manilium quoque alibi ita locutum.

Criminis, & veterum prohibetur culpa malorum.
Nec minus in membris [a] *lux olim maxima vibrat*
Omnibus, ardet apex capiti, micat ignea late
Dextera flāmam, humeri flammam mouet instar *
Inter vtrunque femur, qua se confinia lucis
Diducunt pedibus, maior qua luminis auras
Verberat, & rutilo sidus magis aestuat astro.
*Nam locus Arcturo sacer * adscribitur,* [b] *illinc*
Aurea qua summos adstringunt cingula amictus,
Ebria flammanti consurgit stella rubore.

[a] *lux olli maxima vibrat.* quae sequuntur mutila sunt, & corruptissima.

[b] *illic.*

VIRGO.

QVA *protenduntur vestigia summa Boötis,*
Quaque per immensum circunflagrantibus astris,
Circulus obliquo late iacet Astriger orbe,
Contemplare sacros subiecta Virginis artus.
Quam te, quā memorē, siue est genitor tibi summus
Iuppiter ex Themide in terras demissa parente:
Seu patris astrai clarum es genus, aurea cuius
Sidera sunt proles, & qui pro munere morum
Inculpabilium nomen dedit omnibus astris:
Aut Pelusiaci magis es dea littoris Isis,
[c] *Digna Poli consors, & cura latrantis Anubis:*
Seu tu diua Ceres, sic nam tibi flagrat arista,
[d] *Et ceu Siriaco torretur spica calore:*
Protentata manu ter quae pernicibus alis,
Nec sat certa gradum, viduataque vertice summo
Fluxipeda vestis vestigia, lubricum vt auum
Sors agat & subitis obrepat mobile fatum
Temporibus, precor in terras procul athere ab alto
Flecte oculos, placidamque meis venerabilis oro
Pande sacris aurem. Tu cum sincera priorum
Vita hominum nullis ageret sub legibus auum,
Aureaque innocuos seruarent secula mores
Sponte sua, nec criminibus via prompta pateret,
Inter confusos populorum libera caetus
Versabare libens, nullique obnoxia culpae
Corda inhibens [e] *media, casto res more tenebas:*
Nullus telluri limes datus, indice nullo
Culta secabantur, neque iam discretio campum
Metiri in dominos monstrauerat: omnia rerum
Vsurpantis erant, promiscua [f] *thura per agros*
Praestiterant cunctis communia cuncta videri.
Denique cum placidas crebro Dea viseret vrbes,
Tectaque iusta virūm [g] *passim succederet illa,*
Feruentis late pelagi natura, salumque
Fluctibus instabile, & glauci vada turgida ponti,

[c] *Digna Poli, consors & cura latrantis Anubis.* Ita distinguendum. *Digna Poli,* ἀξία πόλου.

[d] Opus haec habent manu medica: Coniicio:
Et, ceu Siriaco, torretur spica calore,
Protentata manu; seu tu pernicibus alis,
Nec sat certa gradum, viduataque vertice summo
Fluxa Polo vestis vestigia, lubrica vt auum
Sors agat.
Varias de Virgine refert fabulas, cum suis rationibus. Dixerat esse Astraeam, Isidem, Cererem: Nunc Fortunam, quia alas habet, & capite obscura est. Anonymus: *Quidam verò Fortunam, pro eo quod sine capite astris infertur.* Hyginus: *Sed hanc alij Fortunam, alij Cererem dixerunt: & hoc magis non conuenit inter eos, quod caput eius nimium obscurum videtur.*

[e] *medias casto res more tenebas.*

[f] Lege: *rura per agros.*

[g] distingue: *passim succederet, illa Feruentis,* &c.

Qua senior cano nutrit sub gurgite Nereus
Delphinos virides, & physiteras anhelos,
Ignorata suo seclusaque fine iacebant.
Nulla fides vndis, tumido commercia fluctu
Nulla petebantur, neque longis nauita terris
Insinuare ratem [a] *ius fecerat, exul vt oris*
Omnibus externas veheret per inhospita gazas
Æquora, [b] *& insano penderet sæpe profundo*
Omnia: sed cunctis nasci dabat aurea terris
Iustitia, & nullo discreuerat aëre regna.
A T *postquam argento deformis voluit ætas*
Rarius in terras os inclinabat honestum
Iam Dea, vix summos adlabens denique montes,
Cum cedente die Phœbus sub nocte propinqua
Occiduus pronos vrgeret in æquora currus,
[c] *Vsurpandam oculis se dabat adcurrentum:*
Non vt fessa virûm repararet gaudia vultu,
Sed [d] *crepula vt late vomeret conuicia voce.*
Parcite vile genus, lacrymis aiebat obortis:
Causa querelarũ vestrum est scelus, aurea quondam
Iudice me vestri vixerunt secla parentes.
Degener in vobis animus, solertia vobis
Peruigil, arte noua vitam traducere [e] *mos est:*
Omne æuum studiis excuditis: hinc quoque rursum,
Proh pudor atque dolor, nascetur vilior ætas.
Et lacerata genas ibit Bellona per vrbes
Saucia, vt insidias agitent certamina mentes.
Hæc vbi permœsto [f] *rauco congesserat ore,*
Alite procursu sese in conuexa ferebat
Protinus, atque oculos fugiens exosa sequentum
Linquebat cœtus hominum. ruit hæc quoque rursum
Viuendi series, ac successere pudendo
Ærea secla habitu: fraus ilicet, & furor ardens,
Atque cruentus amor chalybis, segnisque libido,
[g] *Et malesuada lucri rabies subit omnia, terror*
Degener, ac mœsta facies formidinis implet:
Secreti [h] *immodicus vada gurgitis vltima versat*
Tiphys: Agenoreo color hinc [i] *mentirier ostro*
Incipit, Assyriumque bibunt noua vellera succum,
Ebria vt [k] *extremo splendescat lana veneno,*
Sic iusta in populos mox Virginis inculpata
Exarsere odia, & cælum pernicibus intrat
Diua alis, spaciumque sibi subuecta per auras,
Vnde procul terras summa vix cerneret æthra,
Propter [l] *anhela libens late capit astra Bootis.*
I S T I V S *extremis humerorum partibus vrget*
Stella facem, qualique rubens incendia flamma,

Qua

[a] Fortè *consueuerat*.

[b] — *& insano penderet sæpe profundo:*
Omnia sed cunctis nasci dabit aurea
Terris
Iustitia.
Pendere hic, vt sæpè apud Manilium est μετεωρίζεσθαι, iactari, periclitari.

[c] *Vsurpandam oculis sese dabat adcurrentum*:

[d] Fortè *crepera*, quæ vox à crepando deducitur, vnde & *increpare* dicimus: nisi malis per transpositionem *pulchrâ*: Nam & *pulchrè dicere* frequens apud Ciceronem.

[e] Morem dixit, vt Græci ἦθος animi affectum: & infrà *cæcus mos mentis acerba*.

[f] Duo Epitheta coniunxit more Græco: quod & alibi inuenias.

[g] Distingue:
Et malesuada lucri rabies subit: omnia Terror
Degener, ac mœsta facies formidinis implet.

[h] *indomitus*. Eundem errorem suprà emendauimus.

[i] *mentirier*, passiuè, pro *simulari*: & *mentirier incipit* pro *mentitur*, vt & sæpe Manilius.

[k] *externo*.

[l] ita infrà: *face denique vertex Ardet anhelanti*.

Quæ subiecta procul caudam maioris ad Vrsæ
Vertice brumalis circunuoluuntur Olympi:
Talis [a] *vtrique modo simul & fulgore micat lux*
Plurima quippe procul clare fax ardet in [b] *Arcton.*
Nec contemplandi labor anxius, omnia primis
Obuia [c] *ceu vibrant obtutibus, vnus ab ora*
Quæ sunt prima fere vestigia, præminet ignis:
Altera qua pedibus regio est clunalibus, ardet
Stella itidem, genibusque dehinc se tertia promit,
Æmula quæ rutilæ flagrant confinia caudæ.
Non tamen his species, non sunt cognomina certa.
Sed permixta simul [d] *vulgi vice conuoluuntur.*

GEMINI.

ILLA *quidem supero conserta relabitur axe,*
Inscia piscosi semper salis, ipsius autem
Subiectos capiti Geminos tibi cernere fas est,
Spartanam Geminos sobolem, prolemque tonantis
Egregiam, & [e] *proprio post reddita numina cælo.*
Nam Lacedæmoniis Mars cum caluisset [f] *Aphidnis,*
Castora Cecropij tulit inclementia belli:
At frater lucemque & fata superstitis æui
Exosus, sortem lacrymis efflagitat æquam:
Protinus alterna germanos tempore vitæ
Iuppiter attollit, cælique in celsa receptans
Æterna flagrare facis iubet ignibus ambo.

CANCER.

ALVO *Helices Cancer subuoluitur: astraq; Cãcro*
Iuno nouercales vt semper proderet iras,
Præstitit. [g] *hic etenim Lernæi gurgitis Hydram*
Vreret Alcides cum flammiger ausus in ipsum
Repere victorem, qua duro concaua dorso
Tegmina curuantur, geminus micat ardor in auras:
Hos dixere Asinos, ortos Thesprotide terra.
Et sidus Lenæe tuum disterminat aër
Crassior. hos itidem qualis præsepibus esse
Forma solet, dispar chelarum flamma coruscat.
Nanque tribus stellis adoletur dextera Cancro:
Læua duas pigro succendit fomite flammas.

LEO.

QVA *postrema pedum rutilat vestigia in Arcto,*
Maxima flammigeri mundus trahit ora Leonis.
Membra dehinc longi qua sese semita cæli
Plurima protendit, torrentur fomite acuto
Singula, & assiduis ardet Leo viscera flammis.

[a] *vtrunque* Aduerbialiter: ἀμφότερον Græcis, vt:
Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

[b] *Arcto.*

[c] malis forte *conuibrant*, quo vocabulo Apuleius vtitur.

[d] vide quæ supra notauimus.

[e] malim *patrio.*

[f] Rectè *Lacedamoniis Aphidnis*: Aliæ enim Aphidnæ Atticæ teste Stephano: Eadem hæc fabula apud Hyginum est: Is ait: *vt Castor in oppido Ariadnis sit occisus* L. *Aphidnis.*

[g] Distingue:
—*hic etenim, Lernæi gurgitis Hydram*
Vreret Alcides cum Flammiger, ausus in ipsum
Repere victorem; qua duro concaua dorso
Tegmina curuantur, geminus micat ardor in auras:
Hos dixère Asinos ortos Thesprotide terra,
Et sidus Lenae tuum: disterminat aër
Crassior hos.
Fabula est apud Hyginum, Anonymum, & Græcos Scholiastas.

Hic Hyperionij flagrat via solis, & illo
Se duce cærulei referunt [a] momenta caloris.
Tunc succisa Ceres statim cum [b] mergite culmi
Construitur, flauos tondentur semina crines
Omnia, & aduectas late coquit area messes.
Tunc & Threicij repetunt animosa aquilones
Flabra polo, tunc [c] Oceanum stata flamina cæli
Propellunt pelagus: longis hoc tempore in anni
Ocia sunt remis: pontus vehit ipse carinas.

AVRIGA.

AVRIGATOREM *par sit quoque cura videre:*
Nanque tuas aures implebit fabula solers
Cretæi pecoris: hac lac memoratur alumno
Infudisse Ioui Capra, nutrix dicta tonantis.
Stelligero subuecta polo est: ille impiger autem
Pulcher Erichthonius, currus & quattuor olim
Iunxit equos, pronus qui non procul in Geminorum
Læua iacet, fusoque super se corpore tendit
Plurimus, [d] atque Helices caput inclinatur ab ore.
Ille quidē in spacium mēbra explicat: at Capra læuo
Fixa humero clare sustollitur: ipsius autem
Fine manus paruas Hœdorum suspice flammas,
Qui postquam Oceano sese expediere sonoro,
Sæua procellosis immittunt flabra fluentis,
Vt spumosa truci pulsentur littora fluctu,
Et vaga cæruleas inuoluant æquora puppes.

TAVRVS.

NEC *minus Aurigæ qua sunt vestigia curui,*
Cornigeri late tenduntur pectora Tauri.
Illic setosam pecoris perquirere frontem
Esto memor: flexo iacet illic crure, minaces
In terram figens oculos: tum cætera signa
Flammarum similem procul inter sidera formam
Ostentare valent: [e] gemino sic cornua ductu
Erigit ætherij rigor ignis & ignis vtrinque.
Sic camuris ardet protractibus, haud tibi signis
Perquirenda aliis pecoris frons æqua resurget:
Oceano proprio Taurum deprenderis ore.
Cornua sic vera sub imagine curua dehiscunt:
Sic [f] media creber pecori frontem asperat ignis:
Sic Hyades Tauri toto procul ore corascant.
At Borean læuo qua Taurus acumine pulsat,
Desuper aurigæ dexter pes imminet astro.
Vna pedem Aurigæ dextrum cornuque sinistrum
Stella tenet pecoris: simul in conuexa feruntur:
Sed prior occidui Taurus subit æquoris vndas.

[a] Hac significatione momen, & momentum sæpe vsurpat Manilius.

[b] Maro: *Cerealis mergite culmi.* Vide Seruium.

[c] Nota: *Oceanum pelagus*, vt *Sterti-ninum acumen*. Infrà: *Surgunt Oceano iam gurgite.*

[d] Lege: *Atq. Helices caput.*

[e] Lege & distingue:
——*gemino sic cornua ductu*
Erigit ætherij vigor ignis, & ignis vtrinque.
Sic camuris ardet protractibus: haud tibi signis
Perquirenda aliis pecoris frons æquore surget.
Oceano:
De camuro vide Festum, & Macrobium. Isidorus: *Camerum enim verbo Græco curuum significat:* Hodie *Camer* legitur. Deriuat autem ἀπὸ τῆς καμάρας. Taurum vocat pecus, vt & infrà: Æquor Oceanum, vt Oceanum pelagus suprà.

[f] *mediam.*

CEPHEVS.

NEc mea musa senem [a] *tacitū Cephea relinquet:*
Iāsidem quoque summa poli Cephea reuoluunt:
Illum quin etiam rutilæ pater intulit æthræ,
Donauitque polo. tergum Cynosurides Vrsæ
Post habitat, geminasque manus à pectore tendit.
[b] *At diducta pedes tamen huic mensura seniles*
Diuidit, extrema quantum pede distat ab Vrsa.
Non eget huius enim sedes sacra numinis hilum.

CASSIEPEIA.

RVRSVM *decliui si visum tramite* [c] *vergas,*
Prima tibi vt flexi linquatur spira Draconis,
Infortunatam spectabis Cassiepeiam.
Sed nec multa tamen, cum cælum lumine toto
Luna replet, terram vt superet fax aurea noctem,
Occurret genitrix oculis quærentibus [d] *adsunt*
Lucida mœrenti, tenuis rubet ignis, & [e] *ægre*
Lux hebes est matri: vix qualem Caria quondam
Nouerat intrantem per claustra tenacia clauem.
Formatur stellis distantibus: inque humeros vix
Tenditur angustos, nata fera fata retundunt.

ANDROMEDA

NANQVE *subest, teretisque poli simul orbe* [f] *notatur,*
Andromeda [g] *incendi, quæ semper luce coruscans*
Sponte oculos in membra rapit: face denique vertex
Ardet anhelanti; geminamque per aëra fundunt
Lucem humeri, & summis lux æstuat ignea plantis:
Ignea quinetiam per cælum [h] *singula flagrant*
Andromedæ, & toto vibrant in corpore flammæ.
Sed tamen hic etiam viuax est pœna dolenti:
Nam diducta vlnas magna distendit in æthra,
[i] *Vinculaque in cælo retinent quoque tenuia, quippe*
Brachia contortis adstringunt nubila nodis.

EQVVS.

RVRSVS *odorato* [k] *quæ vertex crine tumescit,*
Andromedæ capiti succingitur indiga pleni
Aluus Equi, summo [l] *quam fax in vertice vibrat*
Virginis, inque auras cornu vice surgit acuti,
[m] *Ipsa sub abscisso late micat aurea ventre,*
Cornipedis simul hunc lux indiscreta renectit,
Communique rubent duo semper sidera flamma.
Tres latus atque armos aliæ [n] *pecoris pinxere,*
Et spacio disiuncta pari fax æmula flagrat.

---

[a] *Tacitum* Passiue: Cephea, κηφῆα, Ionicè.

[b] *At diducta pedes tantum huic mensura seniles.*
Diuidit, extremo quantum pede distat ab Vrsâ:
Non eget huius enim sedes sacra luminis hilum.

Sedem dixit sidus, vt Aratus τοῖόν οἱ θρόνος ἱερὸς ἕδρα: Germanicus *in sede notarit.* *non hilum* dixit more veterum: Lucilius:

Quodque tuas laudes culpas non proficis hilum

Alius Poëta: *—— Sisyphu' versat*
Saxum nitendo sudans, nec proficit hilum.

& mirum est *hilum* produci, *nihilum* corripi.

[c] Malit forte quis *vertas.* Ego hoc retineo. Manilius:

—— Vtraque caudam
Vergit in alterius rostrum.

[d] *absunt.*

[e] malim *agra.* quæ sequuntur alibi sunt explicata.

[f] *rotatur* κυλίνδεται Arato.

[g] *ingenti quæ semper luce coruscans.*

[h] malim *cingula.* ζώματα Arato.

[i] *Vinculaq; in cælo retinet quoque: tenuia quippe*
Brachia contortis astringunt vincula nodis.

Scriptum fuit BINCVLA: postcà literæ traiectæ: vna iniecta.

[k] *quà.*

[l] iterùm *qua.*

[m] Distingue: *Ipsa sub abscisso latè iacet aurea ventre Cornipedis:*

[n] Equum vocat Pecus, vt suprà Taurum. Versus est Spondaïcus, vt multi in Auieno.

Plurimus ignis inest, vasto globus æstuat orbe.
Sed non & capiti similis rubor, ipsaque ceruix
Quamuis procero surgat iuba maxima collo,
Languida marcenti vix est spectabilis igne.
Vltima qua mento sese explicat, haud minor illa
Quattuor est primis quæ formant lumine claro
Cornipedis simulant: non[a] *hinc Equus integer artus,*
Non quadrupes cælo sustollitur,[b] *at tenus aluo*
Erigitur, media iam cætera pone negantur,
Et quatit ætherias primis modo cruribus auras.
[c] *Nunc hunc Aonio quondam memorant Helicone,*
Inclita post Lyciæ redeuntem bella Chimæræ,
Mystica quà rupes doctis obmurmurat antris,
Herbarum carpsisse comas, & gramine odoro
Expleuisse famem, sed cum sitis arida fauces
Vreret, ac nullo manaret gurges hiatu,
Illisisse pedem, cornuque excita repente,
Lympha comœnalem fudit procul Hippocrenen.
Aones hoc latici posuerunt nomen[d] *equino*
Pastores: strepit hæc placido inter saxa susurro,
Atque Helicone cadens sese sitientibus herbis
Inserit, Ascræus donec vaga gurgite valles
Viuificet, rigat[e] *has animas & Thespia pubes*
Semper, & in latices inhiat gens fontis alumni.
Ast Equus alterno redit inter sidera motu,
Oceanique salo caput exerit, haud tibi magni
Cura laboris erit cælo spectare sereno
Cornipedem: micat ille procul flagrantibus astris,
Et perfusa recens educit pectora ponto.

ARIES.

TVNC *celer ille Aries, longi qui limitis orbe*
Æthera percurrens, nunquam Cynosuridos Vrsæ
Segnior ablapsu conuertitur, haud procul astro
Visus Equi, magno celsum secat aëra motu.
Parcior hic rutila semper facis, indiguus ignis
Spectatur iusti. nam quanti luminis astra
Esse solent, aciem quibus aurea Luna retundit,
Marcida lanigeri tantum se forma sub auras
Exerit: in tenui quanquam primordia Phœben
Orbe habeant,[f] *nulloque decus dea proferat ore.*
Sed licet hunc oculis frustra flectere per æthram,
(Nam semper propriis caret ignibus) en tibi[g] *propter*
Andromedæ claro rutilantia cingula in astro
Suspectanda patent. vocat ingens baltheus vltro
Quærentem,[h] *non longa Aries statione locatus,*
In conuexa redit paruo se tramite: subter

---

[a] *hic* ὄγε Arato.

[b] ——— *at tenus aluo*
Erigitur mediâ: nam cætera pone negantur,

[c] *Nanque hunc.*

[d] Equinum vocat, vt Persius Caballinum.

[e] *hâc* legendum.

[f] melius *nullomque decus.*

[g] Aduerbialiter: Cicero: *Etenim propter est spelunca quadam.* Propter à pro descendit, eâ formâ, quâ *subter* à *sub*, & *inter* ab *in*.

[h] —*non longâ Aries statione remotus*
In conuexa redit: paruo se tramite subter
Distinet.

Aratus: ὀλίγον γὰρ ὑπ' αὐτὴν ἐσ[illegible]. *Distinet* vt apud Lucretium. *Et mare, quod latè Terrarũ distinet oras*, διείργει.

Distinct & medio cælum citus ordine currit,
Vltima Chelarum qua brachia, quaque corusco
Circulus axe means rutilum secat Oriona.

DELTOTON.

E S T *etiam Graio quod semper nomine* [a] *nostri,*
Deltoton memorant:[b] *simile est latus istud vtrunque:*
Porrigitur summum signo caput: angulus arctat,
Et geminis suprema iugi vicinia mordet.
Tertia quæ stantes sustentat linea ductus,
Parcior, haud simili sese sub limite tendit,
Et contracta modum gemina face flammigerarum
Stellarum superat. quin & [c] *quæ subter* [d] *in astro*
Lanati marcent pecoris, pluuioque tepescunt
Iam vicina noto, minor istic linea luce
Et fulgore facis præuertitur: at locus olli
Post tergum Andromedæ; sic se tulit ordo dicatus.

PISCES.

H I N C *si vicino flectaris lumina visu,*
Inque notum sensim boreali ab cardine [e] *doctus*
Inclinere oculos, proles tibi [f] *tertia Pisces*
Surgent Bombycij: sedes data quippe duobus
Piscibus ingenti qua celsam circulus æthram
Orbe secat, tendit qua [g] *penna extrema sinistræ*
Ales equus, mundo quà pectora Laniger alto
Vrget, & aduerso surgente corpore Taurum
Respicit [h] *hinc medio signantur sidere Pisces:*
Quorum alius rigida consurgit in aëra forma
Celsior, & [i] *boream propior sapit alter aquarum,*
Troicus haurit aquas, funditque ephebus ab vrna:
Pone auidus iacet in notialia nubila pronus.
Sed tamen hi late stellis ex ordine fusis
Nectuntur caudas, & lenta trahuntur vtraque
Vincula, per cælum coëunt quæ [k] *cingula rursum,*
Et rutilo confixa quasi super igne tenentur,
[l] *Cælestem memorat quem solers Græcia Nodum.*
Ex humero Andromedæ læuo quoq. noscere Piscem,
Qui rigidum celsi suspectat cardinis axem,
Perfacile est: vlnæ nam proximus iste sinistræ
Cæruleus erigitur.

PERSEVS.

Q V I N *& vestigiapropter*
Persea sub volucri par est tibi quærere forma
In caput inque humeros rotat agrã machina mundi
Andromedam:[m] *Threicē nam sub flabris aquilonis,*
Nititur alato vindex pede, maxima cuius

[a] Nostri, nimirum Latini: vt Cicero:
Nostrique Latini
Orbem Signiferum perhibebunt nomine vero.

[b] Puto legendum.
— simile est latus: istud vtrinque
Porrigitur: summum signo caput angulus arctat,
Et geminum suprema iugum vicinia mordet.
Ait latera, hoc est, lineas duas quæ basi insistunt, esse similes, hoc est æquales: & in angulum coarctari. Videtur itaque latus vocare crura: ἀναγκλόμενα. Possis etiam legere *Simile Stlatus istud vtrunque Porrigitur.* Nam veteres lites Stlites, latus Stlatus dixerunt.

[c] *quà* Locum designat: Vide Aratum.

[d] Ita suprà *rutilantia cingula in Astro*
ductus.

[f] Alibi coniecimus *Dercio* legendum, & sequenti versu *Bambicij.*

[g] *penna.*

[h] *hic.*

[i] *— Boream propior subit: alter aquarũ,*
Troicus haurit aquas, funditque vbi
Ephebus ab vrnâ,
Pone auidus, iacet in Notialia nubila
pronus.
Alibi explicauimus.

[k] Melius hic foret *singula.*

[l] Ex Cicerone: *Quem veteres soliti Cælestem dicere Nodum.*

[m] *Thracē.*

Dextera mærentis soliam prope Cassiepeiæ,
Tenditur, ingentique dehinc vestigia passu
[a] *Puluerulenta quasi cano procul aëre pandit.*

PLEIADES.

PLEIADES *femoris pariter sub fine sinistri*
Perseus protollit: locus has habet arctior omnes
[b] *Connexas. lentæ facis haud procul istas*
Ostentat rutili lux sideris, ægra sororum
Lumina nec claro flagrat rubor aureus astro.
His genitor, vero si fluxit fabula fonte,
Pœnus Atlas, subiit celsæ qui pondera molis,
Cæliger, atque humero magnũ super æthera torquet.
Fama vetus septem memorat genitore creatas
Longæuo: sex se rutila inter sidera tantum
Sustollunt. septem fert fabula prisca sororum
Nomina, sex sese tenui sub lumine reddunt,
[c] *Electra, Alcyone, Celæno, Taygeteque,*
Et Sterope, Meropeque, simul famosaque Maia.
Prole dei cerni sex solas carmine Mynthes
Asserit: Electram cælo abscessisse profundo
Ob formidatum memorat prius Oriona.
Pars ait Idææ deflentem incendia Troiæ,
Et numerosa suæ lugentem funera gentis,
Electram tetris [d] *mæstam dare nubibus orbem,*
Sæpius obscuris caput vt sit cincta tenebris:
Nonnunquam Oceani tamen istam surgere ab vndis,
In conuexa poli, sed sede carere sororum:
[e] *Atque os discretum procul edere destitutam,*
Germanoque choro sobolis lacerata ruinis,
Diffusamque comas cerni, crinisque soluti
Monstrari effigiem: diros hos fama cometas
Commemorat tristi procul istos surgere forma.
Vultum ardere diu, perfundere crinibus æthram,
Sanguine sub pingui rutiloque rubere cruore.
[f] *Quin Meropen addit postquam Sisyphéia vincla,*
Et thalamos sæuo sortita est omine diuûm,
Indignam æria credunt mage sede fuisse.
Sic anceps numere sit fabula, sexque per æthram,
Vergilias cerni tenet vsus, sed simul omnes
Arctauere globum: ter in auras angulus exit
Flammiger, & mixtis Atlantides ignibus ardent,
Nec tamen est fama similis vigor, ampla sorores
Fabula nobilitat: modus ollis parcus, & ignis
[g] *Vix tenui longe face sit spectabilis istas*
Alterno redeunt cum bina crepuscula mundo,
Seu nox [h] *australes adolet cum cærula flammas,*

Seu

[a] ἀνεγειρομένα Arato.

[b] Versus mutilus.

[c] *Electra, Alcyonéque, Celano, Taygetéque,*
Et Sterope, Meropeq; simul, famosáque Maia
Prole Dea. cerni sex solas carmine Mynthes
Asserit.
Mynthen nominat nescio quem, qui Astronomica carmine scripsit, quod si verum est, apud Theonem, pro φασὶ δ' οἱ μῦθοι in Pleiadum fabula legi poterit φησὶ δ' ὁ Μύνθος. Fabulæ sequentes apud Theonem, Hyginum, & Anonymum sunt.

[d] melius *mæstam*.

[e] *Atque os discretum procul edere, destitutam*
Germanosq; choros sobolis lacrimare ruinas,
Diffusamq; comas cerni, crinisq; soluti
Monstrari effigie:
Verissima emendatio. Anonymus: *Vocatumq; Electram, quæ non sustinens videre casum pronepotum fugerit. Vnde & illam dissolutis crinibus propter luctum ire asserunt, & propter comas quidam Cometen appellant.* Hyginus: *Alij dicunt Electram nõ apparere, ideò quod Pleiades existimẽtur choream ducere in stellis. Sed postquam Troia fuit capta, & progenies eius quæ à Dardano fuit euersa, dolore permotam ab his se remouisse, & in circulo qui Arcticus dicitur constitisse, ex quo tam longo tempore lamentantem capillo sparso videri. Itaque è facto Cometen esse appellatum.* Ouidius Fastorum IV.
Siue quod Electra Troiæ spectare ruinas
Non tulit, ante oculos opposuitque manum.

[f] Fortè: *Quin Meropen alij, postquam tua Sisyphe vincla,* & versu sequenti pro *sæuo*, malim *scæuo*, vel *læuo*.

[g] *Vix tenui lõgè face sit spectabilis: istas,*
Alterno redeunt cum bina crepuscula mundo, &c.

[h] Puto *astrales*.

Seu matutinus cum sidera despicit ortus,
Conuolui cælo summa pater annuit æthra.
Nec minus arenti cum crine attollitur æstus,
Et cum cana comas redit anno bruma rigenti,
Tempore designant. nam si se gurgite tollunt
Vergiliæ, curuas in flaua noualia falces
Exercere dies: si condunt æquore flammas,
Tellurem presso proscindere tempus aratro.

LYRA.

EST *Chelys illa dehinc, tenero quæ lusit in æuo*
Mercurius, curua religans testudine chordas,
Vt Parnasseo munus memorabile Phœbo
Formaret neruis opifex deus. hanc vbi rursum
Concentus superi compleuit pulcher Apollo,
Orphea Pangæo docuit gestare sub antro.
[a] *Hic iam fila nouem docta in modulamina mouit;*
Musarum ad speciem: Musa satus ille repertor
Carmina Pleïadum numero deduxerat: at cum
Impia Bassaridum carpsisset dextera vatem,
Et deuota virum tegeret Libethra peremptum,
Intulit hanc cælo miseratus Iuppiter artem
Præstantis iuuenis, pecudes qui & flumina vates
Flexerat: Adnixi quæ semet sidera porro
Sustollunt, læuum propter Chelys hæc femur adstat.
Aduolat ast aliud latus Ales, & ore canoros
Tenditur ad neruos, media est Lyra sede dicata
Cycneo capiti, & curuo conterminus signo.

CYCNVS.

NANQVE *& sidereis Cygnus secat æthera pennis*
Donatus cælo, non claro lucidus astro,
Sed tamen os flagrans, & guttura longa coruscans.
Grandibus haud equidem stellis, non his tamen atris
Obscurisue micat, trahit in conuexa volatum
Perfacilem, & dextræ late [b] *Cepheida dextram*
Radens remigio, summa ad vestigia læuam
Declinatur Equi: sic magno præpes Olympo
Subuehitur, subit occidui sic marmoris vndas.

AQVARIVS.

NAM *post Cornipedem flagrant duo sidera* [c] *Pisces,*
Pisces [c] *Bombycij: caput autem subter equinum*
Laomedontiadæ se dextera tendit ephebi.
Ipse dehinc longos insignis Aquarius artus.
Adstat ad hirsuti caudam pulcher Capricorni.

[a] *Hic nam fila nouem docta ad modulamina mouit*
Musarum ad speciem Musa satus ille repertor.
Carmina Pleïadum numero deduxerat: At cum
Impia Bassaridum carpsisset dextera Vatem,
Et deuota virum tegeret Libethra peremptum,
Intulit hanc cælo, miseratus, Iuppiter artem
Præstantis Iuuenis, pecudes qua & Flumina Vates
Flexerat: At Nixi, &c.

Prima explicantur istis Anonymi: *qui intendit chordas septem Atlãtidum numero*: de Mercurio: & posteà de Orpheo: *Fecit autem chordas nouem iuxta numerum Musarum.* De Lyra, & Orpheo habes apud Manilium libro 1. & libro v. & apud Hyginum. Deuotam dixit Libethram, aut quia sacrata erat Musis & Libero patri, aut quia execranda, ob scelus. Ita Ouidius: *Viuite deuoto fœmina, virque thoro.*

[b] manum Cephei.

[c] *Bambycij*, vt alibi ostendi.

CAPRICORNVS.

IMVS [a] vt australi descendit circulus axe
Signifer, inque notum rutilis cadit orbita solis.
Hispidu setosi marcet species Capricorni.
[b] Huc cum Threicio veniens à cardine Phœbus,
Vertit iter, [c] pulsusque deum, mirabile dictu,
Brumalis redigit; non tum mihi longa phaselis
Æquora tententur, non tum freta turbida pinu
Quis petat: angusto decurrit tramite namque
Parua dies, vastoque dehinc depressus in alto,
Nequicquam pigræ clamarit sidera lucis:
Interea totus notus acer sæuiet vndis,
Excitumque salum verret notus. aurea solis
Cum nota corrigeri sidus pepulit Capricorni,
Tum dirum cælo frigus redit: aspera nautis
Tunc sunt fluctuagis: tamen illi sæpe malorum
Immemores, agitant totos in fluctibus annos,
[d] Mergorum & focæ similes: trahit vnda pauentes.
Ac retrahit: quærunt oculis distantia longe
Littora, & in pontum cogunt lucra semper hiantes.

SAGITTARIVS.

PAR metus ex pelago tibi sit quoque, Sole Sagitta
Cum leuis adflatur, [e] cum lux in arundine flagrat,
Ignis mundani cum tela extrema coquuntur,
Cumque Sagittiferi torret vapor aureus Arcus.
Tum quoque si piceam spectaris surgere noctem,
Informem tetris tellurem vt vestiat alis,
Littus ama, [f] fuge solers cærula tegmina noctis,
Exitiumque sali, rabidique pericula ponti
Anteueni, iam solue memor vaga carbasa malo,
Iam prolixarum iaceat rigor antennarum.
Mensis an infausti vel duri sideris index
Scorpius exoriens fit tempore noctis adultæ.
Hic matutino veniens procul æquore [g] cælum
Exigit è pelago, telum trahit vltima cauda.
Cunctatur pigro post tergum sidera iuxta,
Arcitenens, tardos & gurgite liberat artus.
Tum Cynosura etiam matura in tempore noctis
Altius in boream sustollitur, [h] abditus autem
Orion redeunte die, tum brachia Cepheus,
Protentasque manus, mediamq. immergitur aluum.

SAGITTA.

QVIN norunt [i] alia superum conuexa Sagittam:
Sed tamen hæc arcu tereti caret, inscia neruis:
Inscia nam domini est: [k] cælum super aduolat ales,
Ales

[a] Legendum *vbi*, nisi Auienus *vt*, pro *vbi* posuerit. Nam & suprà legitur:

——— *vt artus*
Longius effusum spatiosa volumina tendunt.

[b] Antiqui codices *Hic iam* optimè. Ridenda est Morelij audacia, qui primus mutauit.

[c] ita alibi *pulsuque Deus semel ordine facto Flectitur artius*, Deus est Sol. Pulsus, ἡ τροπὴ. τρέπειν inter alia est pellere, vnde τρόπαια, & Tropici circuli, quia, vt Hyginus ait, vltrà eos Sol non transit, sed statim reuertitur. Vnde τὴν τροπὴν Astronomi Latini *Pulsum* transtulere. Sallustius in Historiis: *Orion oritur iuxtà Solis æstiui Pulsum.*

[d] Aratus mergos tantùm nominat. Hic rectè Mergos Phocis coniungit. Vtrique enim cum possint in Terris versari aquā præferunt. Nam & Phocas nonnunquam in terris esse, ibique spirare, dormire, parere, tradit Plinius. Latini Vitulos marinos vocant.

[e] *cum lux in arundine flagrat Ignis mundani:*

[f] Versus hic cæsura caret, nisi voces transponas.

[g] Si *chelam* leges ad ipsum Scorpium referetur: si *Telum* ad Arcitenentem: & non ineptè eadem vox erit repetita quod familiare Auieno. Exigit est ἐξάγει, ni malis *Erigit*.

[h] *abditur autem.*

[i] *alias.*

[k] *Telum* Legendum.

Ales Olor, ſed Threitio conterminus axi,
Cana pruinoſas extendit colla ſub Arctos.

AQVILA.

ARMIGER *hanc etiã Iouis aduolat,*[a] *arbiter ignis*
Ætherij, ſed membra minor: procul hic tamen alto
Cum redit à pelago, & mouet in conuexa volatum,
Fine tenebrarum. ſummæque in margine noctis,
Spumoſum late mare ſubruit, omnia cæli,
Omnia terrarum mox flabra procacia verrunt.

[a] Fortè etiam hìc repetita voce: *Armiger* legendum. Sæpè ea Figura vtitur Auienus: Sæpè quoque ea iniquis exſcriptoribus mutãdi dedit occaſionem.

DELPHIS.

TVM *curuus candam ſubit inter ſidera Delphis,*
Dux Neptune tui quondam ſuper æquor amoris.
[b] *Hic iam detruſæ in latebras procul Amphitrites,*
Arduus occiduos humeris vbi ſuſtinet axes
Pleiadum genitor, perruperat hic vagus omni
Gurgite dilectam domino maris vltimo ab orbe.
[c] *Mollis dorſa tulit: breue ſigno corpus in aſtris,*
Et ſuper[d] *auritum ponto ſurgit Capricornum:*
Hic medios artus teter ſtupet,[e] *altera porro*
Quattuor illuſtrat facibus rubor aureus, atque
Bis gemino diſcreta ſitu micat ignipotens lux.
Omnia quæ Soli & rigido interfuſa Aquiloni,
Ætheris incurui moles rotat, inque frequentes
Occaſus ortuſque trahit moderator Olympi,
Sunt digeſta mihi, quæ rurſum limite abuſque
Seſe Hyperionio, pluuialis concaua in auſtri
Dimittunt, terram donec notus ambiat athram,
Dicere Romuleo connitor carmine ſolers.

[b] *Hic nam.*

[c] *Mollis dorſa*, vt ſuprà *curuus caudam*, & *cætera plurimus*. Auienus plerumque ἰωλωίζει.

[d] Neſcio cur Capricornum *Auritum* appellat: Alibi ſæpè *hirſutum* vocat. Conſidera an non & ita hic legendum ſit.

[e] hoc eſt *alteram partem*, vt de Serpente *altera porro Plurimus*.

ORION.

[f] SVBTRAHIT *obliquo qua ſeſe circulus orbe*
Signifer, in borean auſtrales egerit vmbras:
Vt medij iam mole poli fera pectora Tauri,
Suſcipit Orion: neque quiſquam nocte ſerena
Tranſierit, celſo late ſe cardine pandit,
Auratumque rubens dimittit baltheus enſem

[f] Vide an legendum ſit:
Subtrahit obliquo quà ſeſe Circulus orbe
Signifer à Borea, inque Auſtrales ſe gerit vmbras,
Sub medij iam mole Poli fera pectora Tauri
Suſcipit Orion.
Tamen *vt medij* poteſt tolerari, vt ſenſus ſit *mole Poli velut medij*. Sed cætera tolerari non poſſunt.

SIRIVS.

TALIS *& ipſe virum gemina ad veſtigia cuſtos*
Inſequitur, ſic flammigero diſtinguitur aſtro
[g] *Ætheriæ Canis ille plagæ, cui plurimus ardor*
Æſtuat in mento, multus rubor imbuit ora,
[h] *Stridit anhelanti face peſtifer aëra motu,*
Torret & immodicis terras coquit ignibus aſtri.
Hic varios ardet ſtellis rutilantibus artus:

[g] ὁ ἀερικώς.

[h] *Stridit anhelanti face peſtifer: aëra mota*
Torret, & immodici Terras coquit ignibus aſtri.
Antiqui codices habent *immodici*. *Coquit*, vt ſuprà, *cum tela extrema coquuntur*.

[a] Antiqui habent *Aluens Oceneaest*: Legendum *Aluus cyanea est*. Antiqui Y Græcum OE Diphthongo reddere solebant.

[b] *Marcebunt sata cuncta diu*:

[c] *Caleri* pro *calore*. Ita sæpè Auienus, ἀρχαϊκῶς.

[d] Huius vocis repetitio, quæ versu sequenti est, vt ter suprà, errorem præbuit. Legendum enim & hic *Sirius*.

[e] Fortè.

—— altera siqua
Stellarum fulgent rutila, vt quæ plurima longe
Bellua fert lateri.

Lateri pro *latere*. Sed dubito quomodo Canis rectè Bellua dicatur. Vide an malis *longi Regula fert lateris*.

[f] In Manuscripto Germanici in quo hi versus inserũtur pro *autem* est *igneo*. Rectè, vt puto, sed ἐξ ὑπονοίας.

[g] *—— neque enim se Thessala cymba*
Solenne in faciem monstrat mere: Extima puppis
Surgunt Oceano: velut alto à gurgite Nauta
Cum portum tenuere, auidi volitantia raptim
Sipara conuertunt, tergoq́; incurua remulco
Littora certatim subeunt simul:

Antiqui habent *Solenne* non malè: Ita Ouidius *in mare* pro *in mari* posuit. Si parum est id quod velis annectitur, σίφαρος Græcè: Lucanus: *imaq́; pandens Sipara velorum perituras colligit auras.* Silius: *Vos summi annectite sipara veli.* Cicero pro velo Mimico sumpsit de Prouinciis Consulum: Et ita Festus interpretatur. Sed male legitur hodie *Siparium*. Dubito quomodo dixerit *tergo remulco*, cũ *remulco* sit substãtiuum. Antiqui habent *tergumq́; in curua remulco*. Rectè; vt sensus sit, *Litora subeunt certatim tergum nauis remulco.* Remulco trahi dicitur, cum nauis magna Scaphæ remis ducitur, vt Festus monet. Isidorus *Remulcum funis, quo deligata naui trahitur vice remi.* Cæsar: *nauem remulco, multisq́; contendens funibus educit.* Hinc *remulcare*, ῥυμουλκεῖν Polybio, & Diodoro. Afranius dixit: *Si qua celeriter solus poterat in altum remulco retrahitur.* Valgius:

Hic mea me longo succedens Prora remulco
Lætantem gratis sistit in hospitium.

Sed non est similis cunctis vigor: vndique quippe
[a] *Aluus cyanea est, mento grauis effluit ardor,*
Qui formidato sub nomine Sirius æthram
Vrit. huic rutilos si sol adflexerit axes,
Quantus corporibus, quantus labor imminet agris:
[b] *Marcebunt sata cuncta: diu nanque indiga succi*
Si qua iacent, cedunt, valido penetrata [c] *calori,*
Ac decoctorum languebunt germina florum:
Illa autem interno quæ sunt animata vigore,
[d] *Si prius attollit blandusque illabitur herbas*
Sirius & dulci nutrit tepefacta sereno.
Hunc hunc flammanti cum primum vibrat ab ortu,
Auribus atque animo capimus procul. [e] *altera si qua*
Stellarum fulgent, rutilant quæ plurima, longi
Bellua fert lateris, neque multa luce coruscant,
Et designandis tantum sunt addita membris.

LEPVS.

PARVVLVS *in stellis Lepus est quoque: nanque vbi magnus*
Emicat Orion gemina ad vestigia subter
Vrgetur cursu rutili Canis: ille per æthram
Effugit instantem, premit [f] *autem Sirius ore.*
Auitum primus emittit gurges ab vndis:
Ille minax pauidum superēditur, & procul idem
Cum Lepus occiduum sese inclinauit in æquor,
More latebrarum repetens freta, Sirius alto
Defluit ab cælo, mersumque per humida quærit.

ARGO.

MAGNVS *Iasoniam cauda Canis extrahit Argo,*
Puppe refulgentem: [g] *neque enim se Thessala cymba*
Solenni in faciem monstro mouet extima puppis.
Surgunt oceano velut alto à gurgite nautæ,
Cum portum tenuere auidi, volitantia raptim
Sipara conuertunt, tergoque in curua remulco
Littora certatim subeunt simul, illa marinas
Iam defuncta vias, procul imi litteris algas
Pone subit, terramque tenens secura quiescit:
Sic Argo rutilam tantum inter sidera puppim
Ducitur, occultat rigido tenus altera malo.
Sponte gubernaclum puppis dimittit in vndas,
Celsior, ac merso descendit in æquora clauo.

CETOS.

DISTANTEM *Andromedam prolixi tramite mundi,*

Perterret

Perterret Cetos. nam Threicij prope flabra
Andromedam boreæ celso rotat æthere cardo.
Bellua dira noto vehitur: trabis auster in [a] *arcto*
Ora inimica salo: nam qua se laniger alto
Cælo Aries tollit, qua Piscibus astra duobus
Augentur, rutilat subter Nereia Pistrix,
Effusa percurrens non multi fluminis astra.
Illa memor longæ formidinis; illa [b] *duorum*
Inter signa tenax, horret squalentia monstri
Terga procul, pauidumque super caput inserit vndis.

[a] *arcton.*

[b] Forte *Suorum* hoc est patris, & matris, & sponsi.

FLVMEN.

QVIN *& cæruleo flumen quoq. gurgite manans*
Astra inter sedesque deum, [c] *pars æquoris esse*
Credidit Ausonij: nanque hunc dixere priores
Eridanum, Venetos late qui lapsus in agros,
Alpino Adriacos impellit gurgite fluctus.
Hic fusum cælo quondam Phaëthonta sub vndas
Excepit senior, leue cum sensere iugales
Ætherij rectoris onus, cumque ignifer axis
Tramite sub mundi mortales spreuit habenas,
[d] *Diis data tum late texere incendia terras.*
Astra vorax ignis, flamma sola cuncta coquebant,
Donec fata sui miseratus Iuppiter orbis,
Redderet ætherij Phœbo moderamina cursus.
Illum prolixis dura Phaëthondides vlnis
Planxerunt, rediit supero pax aurea mundo.
Eridanumque senem nutu Iouis omniparentis
Astra receperunt. Pharium pars altera Nilum
Commemorat, largo segetes quod nutriat amni,
Arentisque locos, vnda [e] *fœcundat alumna,*
[f] *Vel quod de medij prolapsus parte diei,*
Vastus in æquoreas pelagi sese inferat vndas.
Iste pedem læuum rutili subit Orionis,
[g] *Fusaque quæ geminos adstringunt vincula pisces,*
Eridani coëunt anfractibus, [h] *vt procul ille*
Tenditur effusi vi gurgitis: huc quoque crista
Cedit apex, summa qua lux Pistrice coruscat
Desuper, & flamma caudarum cingula figit.

[c] Hæc sunt corrupta: forte cum prioribus ita restituenda:
Quin est cæruleo Flumen quoque gurgite manans
Astra inter, sedesq; deûm: pars Æquoris esse
Credidit: Ausonij nanque hunc dixere priores
Nonnulli putarunt esse Oceanum: non omnes: Nam Itali veteres Padum. Hyginus: *Complures autem Oceanum esse dixerunt.*

[d] Scriptum fuit *Disdata* pro *didita.*

[e] *Facundet.* Sequitur enim *inferat.*

[f] Anonymus: *ideò inter astra collocatus, quod à Meridianis partibus cursum dirigat.*

[g] Ciceronem imitatur: vt alibi ostendimus.

[h] Legendum puto:
Eridani coeunt anfractibus: hic procul ille
Tenditur effusi vi gurgitis: hic quoque crista
Cedit apex.

PISCIS MAIOR.

INTER *demissum procul in vada cærula clauum*
Puppis Iasoniæ depictaque terga carinæ,
Et Pistrim vndicolam, Leporis qua tenditur aluus
Stellarum creber rutilat rubor, haud tamen istic
Vel lux multa micat, vel fit memorabile nomen:
Nulla etenim forma flammarum Iuppiter ignes

Diſcreuit, nullos ſimulant hæc corporis artus,
Qualia digeſto mundus ſacer ordine voluit,
Semper in antiquum retrahens iter omnia ſecum
Seclorum ſerie longa, iſtas denique ſignant
Internalla faces, ſimilis quoque lux habet [a] *omnis,*
Par modus, occaſu pariter referuntur & ortu,
[b] *Ne exſpectanda forent ponto quod ſola carerent,*
[c] *Cætera deſcriptis aptantur ſingula membris,*
Formarum flagrans leporem, qua Sirius vrget
Languida, nec certo ſub nomine cuncta feruntur:
Vltra ſetoſi rurſum ſpeciem Capricorni,
Cardinis immerſi qua ſunt auſtralia flabra,
In Piſtrim horrificam conuerſus viſcera piſcis
Subuehitur. notium vocat iſtum Græcia piſcem.
Stellæ alia mundo qua pulcher aquarius inſtat,
Et qua criſtato conſurgit bellua dorſo,
Vſque ſub aëry rutilantia ſidera Piſcis,
Sunt mediæ flammæ ſteriles ac lucis egenæ:
Nam paßim ignoti voce vulgi ſemet in æthram
[d] *Protollunt dextram, ſed tantum propter ephebi*
Pocula, quem diuûm menſis geſtare loquuntur,
Efflua ſe ſpecies liquidarum fundit aquarum
Partes in geminas: lux illic clara duabus
Eſt ſolum ſtellis, non hæ ſpacioſa per æthram
Interualla tenent, neque lumen lumine forte
Collidunt, vni Phrygium nam ſubter ephebum
Ardet apex, alij qua curuam bellua caudam
Terminat inſignis, læto vomitur globus igni.
[e] *Cunctis nomen Aqua eſt, quæ ſtellæ denique propter*
Ora Sagittigeri, quo ſe veſtigia prima
Cornipedis ſimulant, circumuoluuntur Olympo
[f] *Quem face ſub tenui tenebroſus marceat ignis.*

ARA.

ECCE *venenata qua Scorpius agmine cauda*
Plurimus erigitur, tepidumque ſupermicat auſtrum,
Paruulus hic Aram locus exprimit. [g] *hoc ſatis arcto*
Tempore ſuſpicies mundo rutilante referri.
[h] *Nam polus aduerſo qui tollitur axe Bootis,*
Quantum ſuſpenſo vada linquit turbida cælo
Oceani, tantum in ſibimet contraria tendit.
Arcturum vertex tenat [i] *ardaus, imbrifer auſtri*
Aram cardo premit: breuis olli ſemita cæli,
Occaſuſque celer, tamen iſto latiparens nox
Fata hominum miſerata prius, miſerata labores,
Certa procellarum ſtatuit [k] *prodere ſigna,*
Ne tibi cum denſo conducitur aëre cælum,

Inter

---

[a] hoc eſt *omnes*

[b] *Ne ſpectanda forent.*

[c] *Cætera deſcriptis aptantur ſingula membris*
Formarum: Flagrans Leporem quà Sirius vrget,
Languida, nec certo ſub nomine cuncta feruntur.

[d] *Protollunt: dextram ſed tantum propter Ephebi,*
Pocula quem Diuûm menſis geſtare loquuntur,

[e] Fortè:
Cunctis nomen Aquæ eſt: Stella quoque denique propter
Ora Sagittiferi, quà ſe veſtigia prima
Cornipedis ſimulant, circumuoluuntur Olympo,

[f] *Quis marceat*, pro *queis marcet*. Ita ſuprà: *quibus vſque forma Prona ſit effigie* pro *prona eſt*. Et infrà *ſimilis quibus haud ſit imago*.

[g] *hanc* Aram videlicet.

[h] *Nam Polus, aduerſo qua tollitur Axe Bootes,*
niſi malis: *Nam Poli ab aduerſo qui tollitur axe Bootes*

[i] hoc eſt *ſublimis*. Sed puto legendum *Arcticus*.

[k] melius: *procudere*, aut *producere*.

Inter nimbiferas nubes spectabilis extet
Ara poli, longa vt glomerent circumque supraque
Fœta pruinarum se vellera, qualia tristi
Coguntur vento, terraque [a] *excita per æthram*
Nubila conceptos effundunt desuper imbres.
[b] *Non Ara, non sit tali sub tempore vertex*
Clarior hoc: nam sæpe nouum prænoscere signo
Nox docuit, noctis siquis præcepta sequatur,
Incassum zephyri voluunt mare: si quis at ista
Respuat, incautas percellent flabra carinas:
[c] *Vix, scis, sera Iouem subeat miseratio rerum,*
Pigra salus nautis redeat fluitantibus alto.
Certior ast ollis veniet spes, axe supremo
Si boreæ stringat rutilis coma [d] *fulguris auras.*
His signis austri raptabunt flabra fluentum,
Donec de boreæ rutilum iubar emicet axe.
At si Centaurum medio sub tramite cæli
Videris, vt fluctu tantum discedat Eoo,
Quantum adit occasum, sit tectus desuper autem
Nube humerum, & cælo sint omnia signa priora,
Eurus erit, verret salsi vada gurgitis eurus.

CENTAVRVS.

CONTEMPLATOR *enim geminæ rutilãtia formæ*
Viscera, quod signis [e] *subtexit membra duobus.*
Nam qua parte hominem quadrupes sustollit equino
Ventre superstantem, versatur Scorpius ingens:
At qua cornipedem media vir fundit ab aluo,
Curua venenati [f] *sunt tantum brachia signi.*
Ille autem dextram protendere visus ad Aram
Cælicolum, iusta persoluit munera vitæ,
Agrestemque manu prædam gerit: hic vbi celso
Pelion adsurgit dorso, nemorosaque late
Inserit aëriis iuga nubibus, arbiter æqui
[g] *Egerat Alcidæ legum post bella magister.*

HYDRA.

DESVPER *ingenti sese agmine porrigit Hydra,*
Quæ prolata salo longe latus explicat æthra.
In Cancrum protenta caput, caudamque feroci
Centauro inclinat, transit spaciosa Leonis
Viscera, & ingenti sub Virgine summa quiescit.
Quin etiam spirare putes, sic agmina cælo
Lubrica conuoluit, sic spiras pendula torquet,
Sic & flammigero linguam iacit ore trisulcam.
Spirare medio gestat Cratera coruscum,
Vltima cæruleum sustentant agmina Coruum,
Ales vt intento fodiat vaga viscera rostro.

[a] vt suprà: *Excitumque salum.*

[b] Rectè emendaui:
Non Ara, non sit tali sub tempore vertex
Clarior: hoc nam sæpe Notum præno-scere signo
Nox docuit:

[c] *vix, si sera Iouem subeat miseratio rerum.*

[d] Physicè Iouem interpretatur fulgur: ex Græcis Scholiastis, quos diligentissimè perlegit.

[e] vt alibi: *Fraternos subtexens Luna iugales.*
Plinius: *singulis corporum morbis remedia subtexemus.*

[f] Coniicio, *se tendunt brachia signi.*

[g] Fortè *Degerat* hoc est *habitarat*: Anonymus: *habitasse Chironem in Pelio monte.* Legit nimirum Auienus Græcos Interpretes, quos ille transtulit.

PRO-

PROCYON.

VLTIMVS est Procyon Geminorũ subditus astro,
Ore micans rutilo, trina face [a] viscera lucent.
Ista volutatos cernuntur cuncta per annos,
Hæc vehit Oceanus pater omnia, mersaque rursus
Hauriet Oceanus, [b] trahit ingens machina cæli,
Cuncta superpingunt rutilam sua sidera noctem.

PLANETÆ.

QVINQVE itidem stellæ, similis quibus haud sit imago.
Nec quas formarum [c] doctus notet adfixarum,
Per bissena poli volitant rutilantia signa.
Nullus eas [d] alio pacto deprendere certet:
Tam vaga per totam cunctis via defluit æthram.
Semper & aduerso referuntur tramite mundi.
Mundus ab Eoö trahitur reparabilis alto,
Pronus Atlantei procul in vada cærula ponti:
Illæ insubiecti cogunt iter ætheris orbem,
Nitentes in summa poli, motuque feruntur
Aduerso Solis radiis, [e] ceu cum vada cymbam
Prona vehunt, si quis prora nitatur ab alta
In puppim proferre pedem, via carpitur olli
Cursibus inceptis contraria: [f] vis tamen istis
Obuia labenti semper sustollitur æthra,
Vnicaque in Solis adolent incendia flammis,
Longa volutandis tamen ollis tempora currunt.
Pigraque se referunt, sedes sortita priores
Omnia: non illas animis audacibus ergo,
Carmine non cæco [g] tentauimus hoc satis vnum
Musa mihi, satis hoc longi labor egerit æui,
Si defixarum cursus & signa retexam.

CIRCVLI.

QVATTVOR aërios Zonæ cinxere meatus:
Quattuor has cursus & tempora nosse volentem
Scire sat est. quin signa etiam sunt quattuor istis
Plurima, quæ Zonis hærentia conuoluuntur.
Ipsa inconcussa retinentur sede per annos,
Mutuaque [h] implexa sibimet consortia [i] mordent;
At modus in binis protenditur. [k] Aëra pepli
Sidera nocturni; si suspectare libebit:
Nec scindunt medium Phœbeia lumina mensem,
[l] Languet vt in stellis species hebes, omnia cæli
Illustrante dea, ac flammas superante minores,
Orbe sed haud pleno sinit igni feruere acuto
Sidera, candentis speciem super inspice Lactis

Protendi

---

[a] σωματοειδὴς καὶ σωμάτωσις vt sæpè.

[b] ——trahit ingens machina cæli
Cuncta super: Pingunt rutilam sua sidera noctem
Super πλεονάζει vt alibi;
Versa Lycaonis sed suspectatur in Vrsis
Forma super.

[c] Lego: ductus.

[d] aliquo pacto hoc est vllo modo.

[e] Hyginus: *Vt si quis in nauicula rostro sedens inquirat ad puppim transire, & nihilominus ipsa nauis iter suũ conficiat, ille quidem videbitur contrà nauicula cursum ire, sed tamen eodem perueniet quo nauis.*

[f] ——Vis tamen illis.
Obuia labentis semper sustollitur æthra,
Vnicáque in solis adolent incendia flammis:

Per æthram suo more æthera intelligit. Duo ponit Axiomata Philosophica. Prius est, quod cælum primum sustineatur quo minus ruat occursu motus secundi. Empedocles dicebat διὰ τὴν δίνησιν θᾶττον φερομένην κωλύεσθαι τὴν φορὰν τοῦ οὐρανοῦ, ὥσπερ τὸ ἐν τοῖς κυάθοις ὕδωρ. Οἰκεία φορὰ est motus peculiaris. Posterius est, quod experientia docetur in primo mobili multas esse stellas, in aliis Sphæris singulas. Aristoteles ἐν μὲν τῇ πρώτῃ φορᾷ τοσοῦτον ἐστὶν ἄστρων πλῆθος, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἓν χωρὶς ἕκαστον.

[g] tentabimus.

[h] implexa.

[i] ita suprà: *iugum vicinia mordet.* Græcè δάκνειν reprimere significat.

[k] Aurea.

[l] Languent vt stellis.

Protendi cælo: [a] *color olli nomen ab ortu*
Primigeno statuit se, Zonam Græcia solers
Concelebrat, nostro sic Balthe9 ore notatur:
Non isti forma similis, similisue colore
Circulus est alius: modus & mensura duobus,
Est compar solis: alios [b] *duo parcior arctat*
Linea, nec multa trahit istos ambitus æthra.
HORVM *alius, duri* [c] *cũ soluunt flabra aquilones,*
Et [d] *cum præcipitant borealia flamina sese*
Axe Lycaonio iacet obuius: hic Geminorum
Sunt capita, hîc genua Aurigæ defixa quiescunt:
Circulus hic idem retinet pede Persea læuo,
Atq. sinistro humero cubito tenus: [e] *hic quoq. dextrã*
Sustinet Andromeda manus extima, desuper acri
Subrigitur borea, cubito inclinatur in austrum
Mærens Andromeda: hic celeris vestigia summa
[f] *Præstringuntur Equi, præstringitur Ales ab ipso*
Verticis extremo: secat hic humeros Ophiuchi
Circulus, & secum flagrantia dorsa reuoluit:
Erigone tepidum sese summittit in austrum,
Virgineusque pudens Zonæ superimminet artus.
Sed Leo, sed Cancer borealis tramite cæli
Viscera protendunt, vt circulus ima calentis
Pectora perque aluum procul in postrema Leonis
Succedit: secat ast [g] *alius per viscera plana,*
Et medio subter caua [h] *tegmina diuidit orbem,*
Lumina recludens altrinsecus. orbita porro
Ista poli partes si discernatur in octo,
Quinque superuoluit se partibus: at tribus alti
Intrat stagna sali: sol istinc flammiger æthram,
Iam religit, [i] *pulsusque deus semel ordine facto*
Flectitur æstiuo, neque celsum semita in axem
Sideris erigitur, via rursum nota iugales
Suscipit, inque notum rutili redit orbita solis.
[k] *Circulus iste quidem Cancro tenus adiacet axe.*
SEMPER *in occiduo procul alter cardine in austri*
Diuidit imbriferi corpus medium Capricorni,
Idcique pedes pueri, postremaque caudæ
[l] *Cerulea, breuis hic lepus, hic canis artus*
Conditur extremos: hic [m] *Thessala cernitur Argo:*
Hic Centaurea fera molis terga secantur:
Iste venenatæ disiecta volumina caudæ
Amputat: hic arcu protenditur ampla Sagitta.
Vltimus hic Phœbo locus est, vbi lapsus in austrum
Pellitur, albenti cum canent tempora bruma:
[n] *Sideris hic meta procul istuc cælite cursu,*
Axe [o] *sereniferi descendit Sol aquilonis.*

[a] —— *color olli nomen ab ortu*
Primigeno statuit: sic Zonam Græcia sollers
Concelebrat, nostro sic Balteus ore vocatur
Græcia sollers vt supra:
Cælestem memorat quem sollers Græcia nodum. Ouidius:
Græcia facundum, sed male forte genus.

[b] pro *duos* ἀρχαϊκῶς, vt alibi notaui.

[c] Scriptum fuit *quum* pro *quà*.

[d] Iterum *quà* legendum.

[e] —— *hic quoque dextram*
Sustinet Andromeda: manus extima desuper acri
Subrigitur Borea.

[f] malim *perstringuntur* & *perstringitur*.

[g] pro *alter*, Cancrum intelligit.

[h] ὄστρεα. Suprà: *qua duro concaua dorso Tegmina curuantur.*

[i] *pulsusque* τῇ τροπῇ. Infrà: *vbi lapsus in Austrum Pellitur.*

[k] *Circulus iste quidem Cancro tenus adiacet Axe*
Semper inoccidue: procul alter cardine in Austri, &c.
Axe pro *Axi*. Suprà *Axe Lycaonio iacet obuius.*

[l] Versus mutilus. possis ita supplere:
—— *postremaq; caudæ*
Cerulea Pistris: Breuis hic Lepus: hic Canis artus
Conditur extremos.

[m] *Sideris hic meta:*

[o] αἰθρίου.

Partibus iste tribus tantum se circulus effert,
Quinque latet, creperi [a] *succendens stagna profundi.*
INTER *vtrunq. dehinc quantus iacet ambitus illi*
Zonarum, [b] *cani speciens quæ lactis in æthra*
Cernitur ingenti se tramite linea tendens,
Diuidit ima noti, discernit & alta aquilonis:
[c] *Hic luci modus & tenebris sub lege magistra*
Pensatur, nox æqua diem subit æmula, Phœbus
Lumina substituit paribusque reuoluitur horis,
Vel cum [d] *summa æstas coquit agri viscera hiantis,*
Vel cum floricomo iam tellus vere mouetur.
Ast illi celsæ qua tramite panditur æthræ.
Indicium est Aries: hunc totum linea quippe
Sustinet: hic Tauri curuantur crura minacis,
Et rutilat stellis hic baltheus Orionis,
[e] *Spira Anguis leuis hic, craterque tenacia corui*
Ora inhiant: hic sunt flexarum denique flammæ
Chelarum: genua hic rigidi vibrant Ophiuchi.
Nec Iouis armigera caret Alite: nanque per ipsum
Fulua Aquila est caput. hic Equus eminet, hîcque comanti
Ceruice erigitur clara dator Hippocrenes.
Treis omnes [f] *recte contentos tramite cæli,*
Distantesque pari spacio sibi transfigit axis,
Omnibus & mediis vt circumfunditur idem.
DESVPER *obliqua est aliis via;* [g] *quartus & iste*
Stringitur arctatus Zonarum mole duarum,
Quas ab diuersa mundi regione locatas
[h] *Scire repercussi momentum diximus astri.*
Hunc alius medium medius secat; haud dea Pallas,
Vel licet hæc cunctos præcellat acumine diuos,
Compingat parili sic lubrica plaustra meatu,
Implicet vt spaciis [i] *sibimet distantibus orbes.*
Qualia deuexo nectuntur ab ordine cuncta,
Vrgenturque viam similem, noctesque diesque,
Lucis ab exortu procul in vada [k] *Calpetitana.*
[l] *Nanque Titaneo cum sunt elata profundo,*
Rursus in occiduos merguntur singula fluctus
Ordine partito. similis nascentibus ortus:
Scandendi lex vna mouet. par denique lapsus.
Omnibus, & simili conduntur sidera casu.
Ille autem Oceani tantum descendit in æquor,
Quantum ab cæruleo distat Cancro Capricornus:
Et quam multus item est vbi gurgite protulit ortum,
[m] *Tantus in aduersas itidem est cum labitur vndas,*
Signifer in spacium quantum deducitur ora
Ambitus extrema. puncti vice terra locanda est;

[a] *succedens.*

[b] *πολιοῖο γάλακτος*. Legendum autem *cani specie* aut *in cani speciem.*

[c] *Hic* Aduerbialiter.

[d] *φθίνει θέρεος* Arato.

[e] *Spira Anguis leuis hic, Craterque: tenacia Corui Ora inhiant.*

[f] *recto.*

[g] *quartus at iste* Aduersatiuè.

[h] *Cire repercussi momentum diximus Astri*
[illegible]

[i] *παραλλήλοις.*

[k] *Calpetana.*

[l] *Nam Tithoneo.* Sic apud Germanicum *Tithonius ortus.*

[m] *Tantus in aduersas itidem est cum labitur vndas Signifer,*

Vnde

Vnde acies oculis cum tenditur, hac quoque puncti
Sedem habet. hos signo procurrit missa per auras
Signiferi in summum, medio de tramite si quis
Dirigat obtutus agilis procul, hosque locorum
Defessos longo spacio tener amputet aer,
Id, quod contenti visus abscinditur, vltro
Si qui in signiferi patulum circunferat orbem,
Sex olli partes magnæ dabit ambitus oræ.
Ast hæ dimensa spacij sic lege locantur,
Binaque decisis includunt partibus astra.

OLLI *Cancer inest, Leo flammifer, Attica Virgo,*
Brachia sunt itidem Chelarum, & Scorpius ipse,
Arcitenens: setosa dehinc species Capricorni
Voluitur, auratam protendit Aquarius vrnam.
Tum duo sunt Pisces, Aries, Taurus, Geminique.
His se bissenis sol admouet, bisque recurrens.
Omnibus absoluit totos reparabilis annos:
[a] *Quæ cum signiferi graditur sol aureus orbem,*
Singula frugiparos attollunt tempora vultus.

ILLIVS *oceano quantum submergitur alto,*
Tantum telluris supereminet, omnibus illa
Noctibus illabens pelago sex inserit astra,
Sex reparat: tanto nox humida tempore semper
Tenditur, extulerit quantum se circulus vndis.

AT *si scire velis, mora lucem quanta retentet,*
Et quanto nox atra sibi trahat ocia lapsu,
Quæ procul oceano consurgunt signa notato:
[b] *Horum semper enim comes est* [c] *Titanius vni:*
Horum prima oculis memor incunabula quære
Luminis ipsa, vagi captans venatibus ipsa,
Ipsa notans mundo [d] *quæ sic se nubibus abdent.*
Aut si consurgunt, vt tellus sæpe tumescit,
Occultata iugo, prætentaque rupe latebunt,
Prompta via est aliis venientum tempora signis
Noscere. [e] *nanque ipso deprenderis indice cuncta*
Oceano, magnam quæ circum amplectitur vndis
Tellurem, curuet celando vt littora mundo,
Latius atque sinu patuli salis hauriat astra,
Istius indicium præbebunt cornua semper,
Vel matutino quæ perstrepit aëre [f] *fluctu,*
Acer Atlantei vel quæ furit æquoris æstus.

NAM *non obscura, cum Cancer commouet ortum,*
Oceano stellæ circumuoluentur vtroque.
[g] *In freta labentes, aut quæ rursus eoi*
Parte ferunt mundi. Minoa clara Corona
Serta cadent, austri tergo cadet incola Piscis:
Hunc medium pendere tamen, mediumq. sub vndas

[a] Fortè *Quem cum.*

[b] *Horum prima oculis memor incunabula quæro:*
Luminis ipsa vagi captans venatibus, ipsa,
Ipsa notans Mundo:
Suo more idem variis vocibus exprimit, καὶ ταυτολογίζει.

[c] Suprà dixi.

[d] *—quæ si se nubibus abdent,*
Aut si non surgent,

[e] *—nanque ipso deprenderis indice cuncta*
Oceano, magnam qui circumplectitur undis
Tellurem, curret celando vt littora Mundo,
Latius, &c.
Mundum vocat, non cælum, vt sæpè, sed cælestia sydera.

[f] *Fluctus.*

[g] Versus mutilus. Supple.
In freta labētes, aut quæ se rursus Eoi
Parte ferunt Mundi.

Cedere per spinam rutila labente Corona
Semper suspicies: at tergi [a] *plurima versum*
Ventre tenus summo supera inter sidera cernes:
Os & colla dehinc & pectora vasta per æquor
Mersantur. premit ab genibus celsos Ophiuchum
Vsq. humeros Cācer. Cācer premit ortus & Anguem.
[b] *Agmine qua vasto fluit ad caput aspera ceruix:*
Qua tumet & spiris, qua turgent pectora, primis.
Parte nec Arcturus distabit multus vtraque:
Iam minor in superis, iam viscera plurimus alto
Conditur: hunc etenim consortem quattuor astris
Oceanus recipit. satur hic vix luminis [c] *Amni*
Cedit, & [d] *inspiciens tandem conuexa relinquit.*
Tum iam plus mediis nox inclinabitur horis,
Cum labente die Phœbo comes ibit in vndas:
Ista quidem vasti conduntur gurgitis alto:
[e] *Contra autem nulls concedit sideris ortu*
Orion rutilans ardentia cingula late,
Et flagrans humeros, & splendens ense corusco,
Eridanumque trahens alio se littore promit.
ADVENIENTE *dehinc villoso colla Leone,*
Omnia quæ Cancro sese emergente per æthram
Extulerant, abeunt: quin & Iouis Ales in vndas
Conditur, & totis raptim petit æquora pennis.
Sed Nixus genibus replicato [f] *luce residens*
Poplite, iam superi celatur corporis artus.
Non tamen iste genu, non læuam gurgite plantam
Occulitur, non oceanus vorat omnia signi.
Proserit Hydra caput; claro Lepus exsilit ortu,
Et Procyon, primique pedes Canis ignicomantis.
ERYGONE *salsis cum vultum* [g] *exegerit vndis,*
Aëris vt patuli iam conscia permeet æthram,
Astrorum numerosa premit: [h] *nam Virgine Eoa*
Consurgente, freto cedit Lyra Cyllenæa,
Cedit Delphinus pelago, ceditque Sagitta,
Primaque pennarum parcanum condit Olorem:
Vix iam cauda salum superat: vix lumine parco
Eminet Eridanus, ponti procul [i] *effluа tingit.*
[k] *Celatur Sonipes caput impiger, ardua ceruix*
Tethyos ima petit salsæ, [l] *iubar ora madescit.*
Hydra superpositum procul in cratera mouetur.
Parte alia & liber vestigia Sirius ardet:
Vltima ceruleo producens æquore puppim,
Illa micat, maloque tenus sese exerit Argo,
Cum iam [m] *virgineos æther vehit altior artus.*
NEC *tum flagratas emittunt marmora Chelas,*
Sideris expertes & clara luce carentes;

Nec

[a] *συνεκδοχικῶς* iterum *ζωδίοις* Versum *τετραμμένον* Arato.

[b] Eleganter emendaui.
Agmine quà vasto fluitat caput, aspera ceruix
Quà tumet, & spiris quà turgent pectora primis.

[c] *almi.*

[d] *incipiens.* Nota *φθίνων incipiens relinquit* pro *incipit relinquere.*

[e] *Contra autem illius concedit sideris ortu.*

[f] *replicato in se ipse residens Poplite.* Ita suprà pro *Luce manente* restitui *Ipse manens* necessario.

[g] Suprà: *Exigit è Pelago.*

[h] *nam Virgine Eoo consurgente freto.*

[i] Suprà: *Effluа se species liquidarum fundit aquarum*

[k] absconditur, vt suprà: *currus celando vt littora Mundo.*

[l] Lege: — *iuba tota madescit:*
Hydra superpositum procul in Cratera mouetur
Parte alia, & liber vestigia Sirius ardet.
Vltima,

[m] Suprà: *Virgineusque fudens Zona superimminet artus*

[n] Vide an malis *flagrantes.* Nam vox hæc non est illius æui.

Non est nota dies, aut est ignobilis ortus:
Namque is indicium proprio fert ore Bootes
Plurimus exoriens, Arcturumque eminus alto
Cardine succendit: iam celso Thessala puppis
Æthere subuehitur: iam mundo funditur Hydra
Longior, extremaque polum subit indiga cauda:
Curua Chij cælo [a] *consurgunt bracchia signi.*
Inspice ceu dextra referatur ab æquore planta,
Inque Genu tantum nixus pede proferat ortum.
Ille Lyræ rutilat conterminus, atque sub vndis
[b] *Hic tenebris petit occidui vaga cærula ponti,*
Et mox oceano reparatur clarus eoo.
Cum Chelis igitur pede tantum promitur vno:
Ipse dehinc versus procul in caput, vltima monstri
Terga manet, manet Arcitenens dum spicula cælo
Exerat, & supera vibret [c] *bellator in æthra.*
Hoc sidus reuehunt Chelæ, crus Scorpius ipse,
Cætera cum medio, lauam, & caput, oraq. [d] *rursum*
Arcus agit. tribus hic tandem [e] *memorantia membra*
Partibus erigitur, tria totum denique signa
Absoluunt pelago. media tum serta Corona,
[f] *Ex qua Centauro diffunditur extima cauda,*
Prima venenati cum repunt bracchia monstri,
Surgunt [g] *oceano iam gurgite, & vltima Cycni,*
Et caput acris Equi premit æquora: iam procul ista
Marmoris occidui penitus petiere profundum,
Hausta salo: caput Andromedæ freta vasta receptant:
Ac formidatam deuexi cardine mundi
Fluctigeni speciem monstri superinuehit auster.
Sed borea de parte trucis velut aggere ab alto
Prospiciens superi [h] *subiecto verticis axe,*
Intentusque procul specie, vaga bracchia Cepheus
Exerit, & [i] *fauam pelagi monet adfore pestem.*
[k] *Illa tamen versa in fluuium postrema profundo,*
Tingitur ab spina capiti quæ proxima summo est,
Vndique succedens Cepheus, & verticem & vlnas
Mersatur patulas. Quin & [l] *tum Scorpius acer*
Nascitur oceano, quicquid per sidera, aquarum
Ad speciem Eridanus pater expuit, abditur alta
Tethye, & occidui tegitur Padus æquore ponti.
Scorpius ingentem perterritat Oriona,
Proserpens pelago. vetus, o Latonia virgo,
Fabula, nec nostro struimus mendacia versu
[m] *Prima, neque obduri compegi germinis: ætas*
Prima dedit populis. casus mos mentis acerbæ,
Immodicusque furor sceleris penetrauerat œstro
Impia corda viri: tabuerunt dira medullis

[a] *cum surgunt.*

[b] *Hic, & ille* de eodem, vt suprà notaui.

[c] hoc est Sagittarius. Germanicus: *Belligeri Titan magnum cum contigit arcum.*

[d] *sursum.*

[e] Restituo *remorantia.*

[f] *Et qua Centauro.*

[g] Supra diximus.

[h] fortè: *subrecto.*

[i] Theon ad Aratum: πετηλαδὸς ἐστί, καὶ φησὶν ἀνατείνειν τὰ κεφάλια τὴν χεῖρα, ὥσπερ παρακελευόμενον τῷ παιδὶ (malè legitur τοῦ παιδὶ) ἐκκλίνειν τὸ κῆτος.

[k] *Illa tamen versa in fluuium postrema profundum Tingitur.*
Fluuium pro mari dixit, vt & alibi.

[l] *cum* Ità legendum.

[m] Locus mutilus, & corruptus.

Protinus in mediis incendia: plurimus ardor
Pectore flagrauit. tenet improbus ille, procaxque,
Te dea, te dura valuit contingere dextra?
Cum sacrata Chij nemora & frondentia late
Brachia lucorum, cum silua colla comasque
Deuota tibimet, manus impia demolita est.
Audax [a] *haud facinus donum foret Oenopioni:*
Digna sed immodico merces stetit illicet ausu.
Nam dea nubiferi perrumpens viscera montis,
Dirum antris animal sæuos vomit hostis in artus.
Ergo vt [b] *falcatis monstrum petit Oriona*
Morsibus, & totas in membra ferocia chelas
Intulit, ille mali pœnas luit. ista furori
Præmia debentur, [c] *sunt hæc commercia læsis*
Semper numinibus. metus hic, metus acer in astro
Permanet, & primo cum Scorpius editur ortu,
Orion trepido terra petit extima cursu.
[d] *Nec minus Andromedæ quicquid volitabit in æthrã,*
Et si quid Pistrix reliquum conuexa vehebant,
Hoc oriente ruunt: omnes procul in vada terror
Ingerit, & cunctos pauor vnus in æquora cogit.
Cepheus ipse caput, distentaque brachia vasto
Induitur ponto: tellurem cingula radunt
Extima, & oceano mersantur pectora rauco
Sola senis, [e] *reliquum polus ast à littore versat.*
Semper in occiduo genitrix quoque Caßiepeia
Sidera præcipitis sequitur labentia natæ,
[f] *Deformemque trahit procul in vada cæca ruinam,*
Prona caputque solo, solio vestigia ab alto
Sustollit miseranda: superquatit ira furorque,
Doridos & Panopes post fata nouißima [g] *matrum:*
Ac memor has pœnas dolor exigit. omnia fluctus
Hæc simul occiduos subeunt. [h] *tamen altera in vndis*
Sufficit, inque vicem lapsorum multa reportat.
Tempore nanque isto reliqua se serta Coronæ
Expediunt pelago, postremique agminis [i] *Hydram*
Erigitur caudam: caput, & turgentia membra
Centauro exsuperant: manus effert dextera prædam
Siluarum. nam prima feræ vestigia [k] *mollis,*
Arcum sera manent: [l] *Arcu redeunte per æthram*
Protulit, incipiunt reliquum Serpentis & artus
Anguitenentis: item fert primis fluctibus Arcus
Amborum capita, & primis geminas Ophiuchi:
Ac primam rutili spiram Serpentis Eoo
[m] *Scorpius oceano surgens agitat. pede Nixi,*
Quem procul auersum semper salis altera mittunt
Tunc artus medij, [n] *tum pectora vasta humerusque.*

[a] *vt* pro *haut* legendum.

[b] Suprà:
Huc falcata Chij repserunt cornua Monstri.

[c] *sunt hæc contermina læsis Semper Numinibus.*

[d] Lege:
Nec minus Andromedæ quicquid volitabat in æthrâ,
Et si quid Pistris reliquum conuexa ferebant,
Hoc oriente ruunt.
Occidunt residua Andromedæ, & Pistris. *Pistris* est Genitiuus.

[e] *—reliquũ Polus ast à littora versat Semper in occiduum.*
Cætera Cephei sunt ἄδυτα.

[f] *Deformemque trahit procul in vada cæca ruinam.*
Prona caput, solaque, & solio vestigia ab alto
Sustollit miseranda superquatit, &c.
Sola sunt vestigia, vnde illud *nullius vnquam Trita solo.*

[g] *matrem* Nimirum Caßiepeam.

[h] *——tamen altera Mundus Sufficit.*
Sufficis, (ἀντικαθίστησι). Maro. *Atq. aliam ex aliâ generando suffice prolem.*

[i] *Hydra.*

[k] Fortè *in ollis* hoc est in illis, manu & membris: in illis enim est Fera.

[l] Lege suadente Arateo sensu:
——Arcu redeunte per æthram
Protolli incipiunt: reliquum Serpentis & artus
Anguitenentis item fert primis fluctibus Arcus.
Amborum capita, & palmas geminas Ophiuchi, &c.

[m] *Scorpius Oceano surgens agit: at Pede Nixi,*
Pede Nixus est ὁ ἐν γόνασιν.

[n] *tunc* quia *tunc* præcessit.

Dexteraque

Dexteraque vlnarum ſpumoſi gurgitis æſtu
Procedunt. Pariter caput & manus altera porro,
Tota ſagittiferi cum vibrant aſtra, feruntur:
Mercurialis item Lyra voluitur, altaque Cepheus
Cardine ſuſtollens veſtigia gurgite nondum
Pectora liber agit, ſed pectora merſus in vndas,
Plauſtra Lycaoniæ pulſat pede deſuper Vrſæ.
Tempore non alio magni Canis ignea cedunt
Sidera: protentum freta iam procul Oriona
Hauſerunt pelago, toto Lepus occidit aſtro.
Tum quoque & oceano fugientem Sirius vrget.
Sed non Aurigam, cum gurgitis ille profundi
[a] *Ima petit, pedibus Capra mox, Hædiue ſequuntur:*
Iſta polo rutilant, illum vada liuida condunt:
Hæc membris diſcreta aliis, exſtantiaque alte
Læuum humerum & ſumma ſeſe attollentia palmæ
Cernuntur, donec labenti congrada ſoli,
Sidere deuexo freta late cerula turbent.
[b] NANQVE *manum Aurigæ, reliquum cel-ſumque coruſci*
Verticis, & dorſo [c] *qua ſpina attollitur alto,*
Deprimit hirſuti ſidus ſurgens Capricorni.
Membra Sagittigero cedunt poſtrema reuecto.
Iam non alatus remoratur ſidera Perſeus
Aëris in ſpatiis, [d] *neque clauum vendicat Argo,*
Alluuione ſato Perſeus pede denique dextro,
Atque genu libero, merſatur cætera ponto.
Argo quod curuis puppim ſuperattrahit oris,
Tingitur, & duro [e] *tingit vada cærula dorſo.*
Ipſa dehinc manet exortum [f] *Cilicis Capricorni:*
Totaque [g] *cum pelago cælo deſcendit ab alto,*
Æquora [h] *cum Procyon, greſſum ſectatus herilem,*
Intrat, & oceano permutat celſa profundo.
Hæc habet occidui plaga gurgitis, iſta ſonoro
Supprimit vnda ſalo. rurſum procul erigit æthra
Cycnum, Aquilamq. Iouis. ſurgunt flāmata Sagittæ
Sidera, perque notum [i] *rutila tum numinis Ara,*
Delphinum [k] *paruas promit Capricornus in auras.*
[l] ET *matutino cum ſurgit Aquarius orbe,*
Os Equus atque pedes nouus exerit: ecce cadentis
Parte poli trahit occiduum nox atra ſub æquor
Centaurum cauda, ſed non caput, aut humerorum
Vaſta ſimul recipit: perſiſtit pectore celſo
Cornipedis ſpecies, & cælum vertice fulcit.
Ora dehinc Serpens, & prima volumina tantum
Conditur: ingentis late tamen agmina caudæ
Penetrabis: ſubit iſte [m] *ſolum,* [n] *ſubit æquora rurſum*

[a] *Ima petit pedibus*, Ita diſtinguo.

[b] *Nanque manum Aurigæ reliquam*, ἄλλην χεῖρα Aratus.

[c] *qua.*

[d] *neque clauum vendicat Argo*
Alluuione ſali, Perſeus pede denique dextro,
Atque genu liber merſatur cætera ponto
Ità ſuprà: *Pectora liber*, & *veſtigia liber.*

[e] *tangit.* Indicare videtur Argo tingi eam partem, quâ puppis attrahitur: Remulcum Iſidoro, & dorſum, quod ſuprà *tergum* dixit, *tergumque incuruæ remulco*, &c.

[f] hoc eſt hirſuti, vt eum alibi nominat. Græci κιλίκιον, & κιλίκιοι vocant omne hirſutum, vnde κιλίκιοι σπατάγγοι, & κιλίκιοι τράγοι, & Cilicia vela.

[g] *tum.*

[h] iterum *tum* legendum.

[i] *rutila cum Numinis Ara.*

[k] *patulas* melius.

[l] Forte *Sed*. Scriptum fuit *Set*: deinde litera prima, vt fieri ſolet, omiſſa.

[m] vide animalis *ſalum.*

[n] ——*ſubit æquora rurſum,*
Integer Oceanus cum ſe Centaurus in-in vndas
Iecerit.

Integer

[a] Sic suprà: *Os Equus, atque pedes exerit*

[b] *——ille per Austrum*
Piscis item, plantâ quẽ pulcher Aquarius vrget,

[c] *Paulatim recauo redeunt Maris, aurea cælo*
Postquam adolent Pisces incendia, denique Pisces
Cum rutilant, mundo dextram hæc attollitur vlnam.

Recauo maris, τῷ κοίλῳ τ̃ ὠκεανοῦ. *Adolere* dixit suo more, pro vrere: vt Maro: *Verbenasque adole pingues.* &, *Adolet cum altaria tædis.* Varro: *Quum intestina adoleuissent.*

[d] *at cætera.*

[e] melius *salo*, quanquam & illud tolerari possit.

[f] *an Tauro freta pelleret adsurgente.*
Hoc vna cælum subit integer: haud super vlla
Viscera: nascentis neque Tauri deserit astra.

Vltima respondent illis Arateis ὁυδ' ὄγκ ποῦρε Λείπε) ἀντέλλοντο. *Hoc vna* Græco more ἅμ' αὐτῷ, Aratus ζυὼ τῷ. Viscera, suo more vocat Auienus, mẽbra. Seruius ad illud Æneidos: *aruulsaque viscera montis, Viscera, hoc est partes. haud super* Hellenismus, pro *supersunt*. Græci dicerent ὑδένα μέρη πέρι pro περίεισι), ἢ πρῖσι, vt ἴσι pro ἴσασι, πάρα, pro πάρεισι, & similia translato accentu.

[g] *Surgentes Gemini. Tauro Capra, plantaque læua,*
Atque hœdi euadunt: tum primum rursus ab vndis
Cetosa in superum referuntur viscera cælum.

Hîc iterum *viscera* sunt μέρη, ἢ μέλη.

[h] fortè: *nec adhuc membra extima sorbet.*

[i] *Quid ni nascentis suspectat nauita Ponto*
Agmina prima Padi cælo tum feruere aperto,

Et ita deinceps: malim etiam *suspectet*, quod huic interrogationi est aptius, *nascentis Padi* hoc est, *orientis*, nisi malis *scandentis* per transpositionem, ἐξανιόντος enim hoc loco dixit Aratus.

Integer oceani, cum se Centaurus in vndas
Iecerit, atque [a] *nouo vibrarint sidere Pisces.*
His in summa poli surgentibus, [b] *ille per austrum*
Piscis item planta, quem pulcher Aquarius vrget,
Redditur, haud toto tamen hic se corpore promit:
Sed manet alterius venientis tempora signi:
Parte latet, partem supera in conuexa sonoris
Fluctibus absoluit pelagi: sic brachia mœsta
Andromedæ, sic crura dehinc humerique nitentes
[c] *Paulatim recauo redeunt maris aurea cælo.*
Postquam adolent Pisces incendia, denique Pisces
Cum rutilant, mundo dextram hæc attollet in vlnam,
Læuaque virginei rursum se corporis edunt.
PHRIXEI *& postquam pecoris proruperit ortus,*
Australem hic Aries Aram procul admouet vndis
Gurgitis occidui: qua lux redit, excitat idem
Persea proceri sustollere verticis astra,
Et claros fulgere humeros: [d] *ac cætera nondum*
Sunt exempta [e] *solo, quin totum hoc inuida veri*
Natura ambigua rerum ratione reliquit,
Extimus an reliquos Aries produceret artus:
Perseos, [f] *an Tauro freta pelleret adsurgente*
Hoc vna cælum, subit integer haud ipse vlla
Viscera, nascentis noua Tauri deserit astra.
Quippe huius flammis Auriga sidus inhæret:
Nec tamen hunc totum sustollit Taurus in æthram:
Aurigam salsis euoluunt fluctibus omnem
[g] *Surgentes Gemini, Tauro, Capra, plantaque læua*
Nempe hœdi euadit, cum primum rursus ab vndis
Cetosa in superum referuntur viscera cælum.
Nam caudæ & cristæ rigor arduus aëra celsum
Tunc repetunt, diri cum sidera gurgite monstri
Voluit præcipitis teres inclinatio mundi,
Eminus ingentem condit pars prima Booten.
Quattuor hic etenim signis surgentibus altum
Vix penetrat pelagus, neque summa totus ab æthra
Labitur Arcturus. manus olli quippe sinistra
Iuge manet, celsisque super subducitur Vrsis.
AT *cum iam pedibus repetit fluctus Ophiuchus.*
Vt genua oceanus vasto procul æquore condat,
Signum erit Eoa Geminos procedere parte:
Nec lateri Pistrix cuiquam vicina videtur,
Sed iam tota super sustollitur: expuit atram
Iam pelagus speciẽ, [h] *nec adhuc tamẽ extima sorbent,*
[i] *Quid ne nascentis suspectat nauita ponto*
Agmina prima Padi cælo tum feruere aperto?
Vicinasque faces rutili manet Orionis,

Curricula

Curricula vt solers vero mox indice discat
Certa tenebrarum, possitque fideliter astro
Explorare notos, & tuto carbasa ponto?
Credo, ni desit [a] *magnorum congrua cura,*
Prompta via est ipso cognoscere talia semper
Praeceptore Ioue, [b] *& caelo tibi signa magistri*
Omnia ducentur: monet alta Iuppiter aethra
Singula nos, facilis veram dedit arbiter artem,
Ne tempestatum primordia caeca laterent.

PROGNOSTICA.

NONNE *vides primum cum Phoebe in cornua surgit*
Tenuia, & angusto lumen iacit ore per aethram,
Decedente die, pronoque ab tramite solis,
Promat vt [c] *ingressus solers tibi tempora mensis?*
Nanque facem quarti sibimet profitebitur ignis,
Corpora cum [d] *primum perfundens lumine nostra,*
In subiecta soli tenuem porrexerit vmbram.
Ast orbis medij si cedat Cynthia [e] *formam,*
Octauos ortus, octauaque plaustra docebit.
Denique cum toto dea iam surrexerit ore,
Integer vt magni resplendeat ambitus orbis,
Effluxisse sibi medij iam tempora mensis,
Monstrabit caelo: pleni cum rursus egena
Oris eat, tanto procedens lumine formae,
Inferit aerius quantum dea nubibus [f] *ignes,*
Esse senescentis sibimet [g] *dispendia mensis*
Illa docet, quibus in rutili confinia fratris
Tertia vix mundo superest via: cum minus autem
Vmbrarum excludit, sunt tales quattuor ortus
Marcentis Lunae, quales sub mense renato
Quattuor exsurgunt languentis luminis vmbrae:
Atque his octonas includunt ordine luces.
Interiectorum numerum quoque nosse dierum
Prompta via est, proprio semper dea proditur ore,
Scandat quanta polum, quoties temone iugales
Strinxerit, & quanto iam tramite liquerit vndas.
AT *decedentis postrema crepuscula noctis,*
Bis sex signa tibi quae versat signifer orbis
[h] *Monstrabunt cursu: nam Phoebus singula mutat,*
Semper & alterno succedit in omnia lapsu,
Conficiens iter aetherium: nunc igneus illud
Astrum adolet flammis, alij nunc aurea Titan
Lumina miscetur, vel cum deuexus in vndas
Labitur, & rebus formam absumpsere tenebrae:

[a] Hellenismus, pro *cura congrua rebus magnis*

[b] *— & caelo tibi signa magistro*
Omnia ducentur.
aut
——— e caelo tibi signa magistro
Omnia ducentur.
Infrà habemus: *certa hoc ducentur signa magistro*

[c] malim *ingressi* ἀεξομένοιο μηνός: Infrà *Ingredientis erit plenè tibi nuntia mensis.*

[d] malim *primo perfundens lumine*, πρώτη ἀποσκιάδουσι) αὐγή Arato.

[e] Lege *forma*. Saepè in Auieno accusatiuus positus pro ablatiuo, inde puto, quod scribae eodem signo circumflexum accentum, qui ablatiuis adiungitur, & literam m designarent, hoc modo *formã*.

[f] *ignem*: nam respondet τῷ *quantum*.

[g] Ita Horatius: *Damna tamen celeres reparant caelestia Lunae.*

[h] *Monstrabunt: cursu nam Phoebus singula mutat*
Semper,

Vel

[a] Hac voce hoc significatu alibi quoque vtitur:

[b] Hæc nos sic emendauimus:

Nam qui Solem hyberna nouem putat athere volui,
Vt Luna spacium redeat vetus Harpalus ipsam
Ocyus in sedes, monumentaq́; prisca reducit.
Illius ad numeros prolixa decennia rursum
Adiecisse Meton Cecropeâ dicitur arte:
Insediteque animis, tenuit rem Gracia sollers
Protinus, & longos inuentam misit in annos.

Inueni hæc eo modo citata, & optimè explicata in diuino Opere diuini viri de Emendatione Temporum. Græciam solertem dici alibi diximus.

[c] Hic Aratea nō satis intellexit Auienus, vt ex nostris ad Aratum annotationibus liquet. Animaduertendum hîc *exordia ab anno* dicì pro *exordia anni*, vt *fulgor ab auro*. Simili phrasi etiamnum Belgæ, & Galli vtuntur.

[d] Locus corruptus: coniicio emendandum:

Hoc ex fonte velut deduxit tempora Luna
Nauita, quo longum, &c.

Ex Metonesis Parapegmatis deriuantur ἀστρονόμοις.

[e] hoc est, tanquam condicto die rediens. Ita Stata sacra dicuntur, & status dies cum hoste Ciceroni, & Plauto.

[f] ἀκταῖος, Græcum est, & littoralem significat. Virgilius:

Amphion Dircaus in Actao Aracyntho.

Caue enim Atticum intellexeris. Nam Aracynthus nullus in Attica.

[g] *Furit implacabilis.*

[h] Vide ad malis *tibi dixerit*. Sed alteram lectionem ego probo, vt sit sensus *horror sali, quem Astrum sibi comitem dixerat pelago adfore*. Rectè dixit *horrorem astri comitem* συνακόλουθον.

[i] Hellenismus ἔστι ἢ πάρεστι γνῶναι: *licebit cognoscere*.

Vel matutino redit [a] incunabula linquens
Cum pelago, & rebus suffudit luce colores.
Sic diuersa diem comitantur sidera semper.
Non ego nunc longo redeuntia sidera motu
In priscas memorem sedes; habet ista priorum
Pagina, & incerta rerum ratione feruntur.
[b] Nam qua Solem hiberna nouem putat athere volui,
Vt Luna spacium redeat, vetus Harpalus ipsam
Ocyus in sedes monumentaque prisca reducit.
Illius ad numeros prolixa decennia rursum
Adiecisse Meton Cecropia dicitur arte,
Inseditque animis, tenuit rem Gracia solers,
Protinus & longos inuentum misit in annos.
[c] Sed primæua Meton exordia sumpsit ab anno,
Torreret rutilo cum Phœbus sidere Cancrum,
Cingula cum veheret pelagus procul Orionis,
Et cum caruleo flagraret Sirius astro.
[d] HOC vt fons est, vnde & duxit tempora Luna
Nauita, quo longum facili rate curreret aquōr,
Æquora ruris amans, telluri farra parenti
Crederet: ingenti petat hac indagine semper,
Seu qui vela salo, seu qui dat semina terra.
Nec mora discendi, breuis hic labor, & breue tempus
Poscitur: innumeros habet autem industria fructus.
Vtilitas te certa manet, pranoscere motus
Si libet aërios, & tempestatibus ipsis
Edere principium: te primum sponte procellis
Arcebis rabidis, te rursum principe fluctus
Vitabunt alij, si certis singula signis
Tempora discernas. nam mundi cardine verso,
[e] Vt stata raucisoni redit indignatio ponti.
Sape etenim quanquam tranquilla noctis amictu
Mitia protenti requiescant terga profundi,
Doctus securam subducit ab aquore classem
Nauita, & [f] Actaa retinet statione phaselum,
Cum matutina prasensit signa procella.
Nanque alias calo cum tertia lumina Phœbus
Exerit, ille sali [g] fuit implicabilis horror,
Adfore quem pelago comitem [h] sibi dixerat astrum:
Crebro quinta dehinc lux commouet Amphitriten:
Sape inopina mali clades ruit. omnia certis
Indiciis tibi Luna dabit, seu lucis vtrinque
Casa facem, seu cum teretem concrescit in orbem.
Sol quoque venturas aperit tibi sape procellas,
Sidera producens, & cum sale sidera condit.
NEC minus ex aliis [i] aderit cognoscere motus
Æquoris, & magnos cali callere tumultus,

Quos

Quos det certa dies,[a] *qua longi tempora mensis,*
Astrorumque vice & mundi ratione trahantur.
[b] *Aëris immadidum quiddam tellure creatum*
Spiramenta vomunt, vis hoc cum fundit in auras
Venarum, occulte patulo prætexitur agro
[c] *In subiectum oculis, terramque supernatat omnem,*
Multaq. [d] *materies, quam cum calor ignicomantum*
Hausit stellarum, superas subducit in auras,
Et concreta diu compingit nubila mundo.
Si minor hac madidi substantia cespite ab imo
Subrigitur, tenues [e] *nebula caligine fusa*
Tenduntur cælo: vis autem siccior olli
Cum fuit, in celeres [f] *dissoluit vndique ventos,*
Vicinumque sibi flabris dominantibus vltro
Aëra propellit: si maior protinus humor
Consurrexit humo, pluuias quoque nubila fundunt,
Et pluuiis late calor est pater. [g] *hic super imbres*
Exprimit, & ducta feruentis vt obice mundi
Respuit humorem: [h] *si molles, magna vtriusque*
Occurset sibimet velut obuia, cominus agris
Compulsa aërio fragor intonat, amplaque late
Murmura discurrunt pariter crepitantibus auris.
Hic inflictus item, [i] *diuersorumque per æthram*
Sæpe superna furens, illisos fulguris ignes
Excludit, rutilis totamque volantibus æthram
Præstringit flammis: & cælum sulfure odorat.
Omnibus his genitrix tellus, & cespite ab imo
Ducuntur superi motus: ipsa ignea mundi
Lumina flammigero Phœbus temone coruscans.
Et quæ noctiuagos attollit Luna iugales,
His peperere malis exordia. nanque deorsum
Mouit humum cum forte calor, laxata repente
Spiramenta soli venas procul, altaque pandunt
Viscera telluris: bibit imum terra calorem
Desuper, & madidum tepefactus cespes anhelat.
Aëris hos motus, rabiemque volubilis vnda,
Flabra procellarum, mundani tramitis iras,
Præsentire decet. cape solers singula mente,
Præceptisque virûm sitientia pectora pande.

CYNTHIA *cum primû cælo noua cornua promit,*
Cautus vtrinque deam circunspice: nanque reuectæ
Nequaquam semper similis lux imbuit ortum:
Sed species diuersa trahit, [k] *varioque notatur*
Formarum primi cum surgit luminis igne,
Tertia cum rutilat, cum[l] *maior sideris æthram*
Scandit, & aërias quarta face luminat oras,
Ingredientis erit pleue tibi nuncia mensis.

[a] *qui longi tempore mensis.*

[b] Physica disputatio περὶ τῶν ἀρχῶν τῶν μετεωρῶν ex Philosophis, & Arati Scholiastis: non ex Arato. *Immadidum* vetiò dicit; non τὸ ἄνυγρον, sed τὸ ἔνυγρον.

[c] *In subiectum oculis* ἀντιπίπτοντα τοῖς ὀφθαλμοῖς. Admodû Græcissat Auien.

[d] *materia est.*

[e] Nubium, & nebularum eadem materia, ἀτμὶς, ὅτ' ἐστι, τὸ ὑγρὸν, καὶ θερμόν: Sed nubium materia copiosior. Nebula est ὀμίχλη. Ομίχλη Peripateticis νεφέλη ἄγονος. Si vero humor sit maximus fit pluuia.

[f] *dissoluitur.* Venti sunt ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως, ὅτ' ἐκ τοῦ θερμοῦ καὶ ξηροῦ.

[g] —— *hic super imbres*
Exprimit: eductum feruoris at obice
Mundus
Respuit humorem.

Calor attrahit pluuiæ materiam: sed cælum attractam ob feruoris sui obstaculum, & frigoris illius deprimit. Aristoteles: ἀναγομένου γὰρ τοῦ ὑγροῦ ἀεὶ διὰ τὴν τοῦ θερμοῦ δύναμιν, καὶ πάλιν φερομένου κάτω διὰ τὴν ψύξιν πρὸς τὴν γῆν ὑετὸς καλεῖται.

[h] —*si moles magna vtriusque*
Occurset sibimet velut obuia cominus
agris
Compulsu aërio fragor intonat,

Tonitrua & fulmina ex Lucretij sententia sunt ex occursu ἀναθυμιάσεων, καὶ ἀτμίδος: Ait ille:

Præterea Tonitru quatiuntur cærula
cæli
Propterea, quia concurrunt sublime
volantes
Ætheriæ nubes contra pugnantibus
ventis.

[i] *diuersorumque per æthræ*
Sæpè superna furor.

[k] *vario formarum* pro *variis formis*

[l] *Maior sideris* vt infrà *Luminis crassior,*
vt Græci μείζονος τῆς θέας, nimirum καὶ ἐκλείψιν τῆς σελήνης.

ᵃ *Hac castigato si tertia fulserit ortu,*
Pura sit ut fœdis ab sordibus, adfore dices
Clara serena diu.

Serena substantiuè, & hic & alibi sumit. Diximus ad Martianum Capellam.

ᵇ *Percussi tenuem.* Apud Aratū φόως ἀμενηνὸν ἔχουσα interpretatus est Auienus cum Theone σκιὰς πέμπουσα.

ᶜ imò Noto. Non rectè hîc Auienus Aratum interpretatur.

ᵈ *premit.*

ᵉ *Tertia si rursum protollens Cynthia currus*
Sit subrecta faces, & acumina tenta coruscans.

Tenta, vt alibi *tenta volumina* cōpar.

ᶠ Aratus nihil de Noto.

ᵍ ——— *atque coruscos*
Cornibus immodicè prostantibus exserit ignes,
Vix prolixa salum ciet,

ʰ *Nanque hoc vrgeri sese asserit, atque grauari.*
Indice rursus eo veniet Notus,

Hoc nempe Aquilone.

ⁱ —— *inque reclinem*
Sponte habitum pandi;

ᵏ *ora.*

ˡ *hac* scilicet Tempestas.

ᵐ desideratur hîc *cum* quod liquet ex sequentibus *seu cum teres.* Vide vtrum legendum sit. *Cum Dea*: Dea est Luna, vt Deus suprà Sol. Anteà dixit:
— *atque Dea conuoluat circulus ora*

ⁿ *fissa*: Est autē συνεκδοχικὴ σύνταξις.

ᵒ *Induerit qualem.* Similia errata alibi obseruaui.

ᵖ *Hanc* Lunam.

ᵠ *Ipsa monitore* τῆς χροιᾶς, nisi malis:
Hunc perpende oculis, ipso monitore dierum, &c.

vt ad colorem Lunæ referamus.

ʳ *Quartáve, sustollat medios dum Cynthia vultus*
Durabunt cælo:

ᵃ *Hac castigato si tertia fulserit ortu,*
Pura sit, vt fœdis ab sordibus adfore dices,
Clara, serena diu. tenui surrexerit autem
Si face, & ignito suppinxerit ora rubore,
Turbida certantes conuerrent æquora cauri:
Luminis ista dehinc si crassior, atque retusis
Cornibus ingreditur, si quarti sideris ortu
ᵇ *Percussi vt tenuem prætendat corporis vmbram,*
Imbribus aut ᶜ *zephyrũ hebetabitur, arguet vltro*
Flabra noti, aut pluuias. nam crassus desuper aër
Cornua cæca ᵈ *premens, notus vuidus aëra cogit.*
ᵉ *Tertia si rursum protollat Cynthia currus,*
Sic subrecta faces & acumina tenta coruscans,
Vt nec curua quasi declinet cornua, nec tum
Fusa supinatum diducat lumen in auras,
Occiduo Zephyrum prædicet surgere mundo,
ᶠ *Aut Lybia de parte notum. sin quattuor autem*
Cynthia curriculis cælum subit, ᵍ *atque coruscis*
Cornibus immodicè prostantibus vsserit ignes,
Vix prolixa salum ciet, ocyus omnia cauri
Marmora conuoluent, fera verrent flabra profundum,
Istius in Boream quod se sustollit acumen,
Si curuum specie velut annuat, adfore cælo
Sæua procellosi prædicet flabra aquilonis.
ʰ *Nanque hoc vrgeri sese adserit, hocque grauari*
Indice: rursus eo veniet notus, hanc vbi partem
Pone supinari conspexeris, ⁱ *inque reclinem*
Sponte habitum: pandi nam subrigit auster acumen
Inferiore plaga. si Lunam tertius ortus
Proferat, atque dea conuoluat circulus ᵏ *oras,*
Suffusus rutilo, mox tempestate sonora
Spumosum latè pelagus canescere cernes.
Maior & ˡ *hac rauci versabit gurgitis vndas,*
Ipsa quoque immodicè si vultum Luna rubescat.
CONTEMPLATOR *item, seu plenū luminis orbem*
ᵐ *Cynthia distendit, seu cum teres ambitus olli*
Ceditur, & mediæ velut indiga lucis, vtrinque
Sustinet obducta sibimet dispendia forma,
Cornua prima replens, & cornua ⁿ *fessa dehiscens*
ᵒ *Induit, & qualem procedens ore colorem.*
ᵖ *Hinc perpende oculis,* ᵠ *ipsa monitore dierum*
Signa tene, ac totum discerne in tempora mensem.
Non vnum depensa diem tibi signa loquuntur,
Nec vulgo in cunctis adsunt præcepta diebus:
Sed quæ signa nouo dederit nox tertia motu,
ʳ *Quartaue sustollat medios dum Cynthia vultus,*
Durabunt cælo: medioque edixerit ore,

Ignes in plenos: hinc in dispendia rursum
Altera, prouisa signantur tempora Luna.
Illa dehinc donec germani luminis ignis
Accedat Phœba, mensis postrema notabunt.
[a] *Hoc quod protento vehit ingens mundus inani,*
Aëra nomen habet: quod spirat cespite tellus,
Nubila dicuntur: cælum super aula deorum,
[b] *Axea compactum conuoluitur. hic sua certis*
Sunt loca numinibus: borealis verticis alta
Regia Saturni: qua fictior annus anhelat,
Æstatis rutilo, calida stat Iuppiter athra:
Immodicus terram qua desuper ignis adurit,
Gradiuo incolitur [c] *brumalis pulsus habenas*
Qua Solis redigit, pulchro Venus [d] *obtinet astro.*
Ast vbi demerso latet ater circulus orbe,
Cessit Mercurio locus imbrifer: [e] *his super amplas*
Quinque tenens Zonas, certo via feruida Solis
[f] *Limite decurrit, cum Lunam nubila propter,*
Exhalantis humi qua spiramenta madescunt
Ima, vehunt cæli, luxit dum frustra frequenter,
Desuper in nubes rutilantis lampade Lunæ.
Pascitur humore, & varias dea lumine formas
Exprimit incerto: sic crebro denique Phœbe
Nubibus ambiri cum subsint nubila, Lunæ
Creditur, hanc quoties includere circulus ergo
Spectatur, proprio succedunt ordine signa:
Ille alias trino [g] *cum voluit tramite Lunam,*
Et [h] *geminis plerunque meat, solet vnicus idem*
Cingere. Si simplex circumuersabitur orbis,
Signa procellarum certissima, signa sereni
Praferet: [i] *abruptus subito prænunciat euros:*
Marcescens tenui sensim caligine, & athra
Digestus patula, docet vndis adfore pacem.
Si duo se Luna circunfudere, repente
Maxima vis pontum, vis verret maxima terras,
[k] *Maioresque dehinc agitabunt flagna procella.*
Si trinus rutilum constrinxerit ambitus orbem,
Et magis immedica formidine sæuiet auster,
Zonarum teter fuerit si tractus in athra,
Denique disrumpant si sese cingula Luna,
Vltima tempestas [l] *ruet imi gurgitis æstum.*

SOLIS *quinetiam, Solis tibi cura videndi*
Sit potior, Solem melius præuisa sequuntur,
Astrorumque duci monstrata tenacius hærent:
Siue illa occiduas vergat declinis in vndas,
Seu se luciferis reparabilis exerat oris.
Illius ingentes vadi, caliginis atrum,

[a] Hic Auienus rursum facit παρέκβασιν αἰθολογίας ἕνεκα. Vt enim ostendat Lunam nubibus esse proximam singulis Planetis suos locos assignat. Sed Poëticè magis, quàm Astronomicè, Circulo enim Arctico Saturnum, Tropico Cancri Iouē, Æquinoctiali Martem, Tropico Capricorni Venerem, Antarctico circulo Mercurium imponit: cum tamen hi circuli omnibus æquè sint communes.

[b] *Axi compactum.*

[c] ὁ χειμερινὸς τροπικὸς. alibi diximus.

[d] supple locum: aut lege *obnitet*, aut *pulchrum Venus obtinet astron.*

[e] *has.* Soli omnes Zonas asscribit.

[f] *Limite decurrit. Tum Lunam nubila propter,*
Exhalantis humi qua spiramenta madescunt,
Ima vehunt cæli. Lux it dum fusa frequenter
Desuper in nubes, rutilantis lampade Lunæ
Pascitur humore, & varias Dea lumine formas
Exprimit inserto: sic crebro denique Phœbe
Nubibus ambiri, cum subsint nubila Lunæ,
Creditur.

Ait τὴν ἅλω esse ὑπὸ τῶν νεφῶν ὑπόδρομον, οὐ δὲ τῆς μήνης, ἀλλὰ τῆς πρὸς ἔμφασιν. Nimirum lucem Lunæ in nubes descendentem circulum talem nobis offerre. Græcorū nonnulli ita definiunt. ἅλως ἐστὶν αὐγὴ τοῦ ἀέρος ἐπικειμένου, καὶ παχέος ὄντος, φαντασία φωτὸς κυκλουμένου περὶ τὴν σελήνην ἢ τὸν ἥλιον συνισταμένη.

[g] *conuoluit.*

[h] *geminus.*

[i] Aristoteles: αἱ μὲν διασπώμεναι τὸ ἄλλο σημαίνει πνεῦμα, αἱ δὲ μαραινόμεναι εὐδίας. Vide Aratum.

[k] Distingue:
Maioresq́ dehinc agitabunt flagna procellæ,
Si trinus rutilum constrinxerit ambitus orbem:

[l] *eruet:* vt & alias:

Et nebulosarum tractus piceos tenebrarum
[a] Lumine dispiciunt, cum per chaos vmbriferum vis
Flammea peruasit, cum semper noctis amictus
Inserit aëria fulgor facis: ille colore
Pigra mouet, simulat rutulis torpentia flammis
Sol sopita animet, Sol dura obstacula primus
Curru adamanteo referat pater, efflua Phœbus
Igne inbibet, Phœbus radiis densata relaxat.
At cum flammigeri cedit vis inclita Solis
Lucis egens, crassaque deus latet [b] obice nubis,
Et cælo & pelago magnos ait adfore motus.
Non hic cum primos educet gurgite vultus,
Ceu [c] picturato diuersos ore colores
Proferat: haud etenim tali tibi Sole reuecto,
Mitia iam cæli fas exspectare serena.
Et si tranquillo [d] conuexa cucurreris [e] austro,
Indideritque facem ponto deus integer, atra
Nube carens, purusque coma, & splendidus orbe,
Conuenit eoa faciem præsumere lucis.
[f] Sed non ora cauo similis medioque recedens
Orbe, quasi vel si radios discingitur vltro,
Figat vt australem porrecto sidere partem,
[g] Aut borea rigidi iaculetur luminis igne,
Et vento & pluuiis [h] reparata in luce carebit.
DENIQVE *per flãmas procul atq.* [i] *incendia, Solis*
Ipsa dei cadunt blandi si lumina, solers
Tende oculos, certa hoc ducentur signa magistro
Et ne sanguineus late rubor induat ora,
Qualia protractu vaga nubila sæpe rubescunt:
Aut ne [k] labenti piceus color abdat amictu
Lampada, quære diu; si tetro crassior orbe est,
Vuescet pluuiis tellus, inflataque celsus
Aggere deuicto superabunt flumina ripas.
Ignea si fulgor præcurrit plurimus ora,
Flamina crebra salis quatient vada, flumina terras
Conuerrent omnes, & duri flabra aquilonis,
Siluarumque comas, & celsa cacumina flectent.
Vis simul amborum si vultum Solis oberret,
Cuncta noti quatiens, imbres procul arua rigabunt.
ECCE *alias primo nascentis Solis in ortu,*
Vel cum præcipites pelago deus inserit ignes,
Vt coëunt radij [l] nebuloso; cætera quippe
Pars Hyperionia rutilat facie: [m] hicque comarum
Vis confusa micans mundo sua lumina præstat:
[n] His globus ater item liuentia nubila cogit,
Nonnunquam crasso nebularum tectus amictu,
In conuexa redit, tum cælo rursus aperto

Cum

[a] *Lumine dispiciunt, cum per chaos vmbriferum vis*
Flammea peruasit, cum se per noctis amictus
Inserit aëria fulgor facis: ille calore
Pigra mouet: stimulat rutilis torpentia flammis:
Sol sopita animat: Sol dura obstacula primus
Curru adamanteo referat pater.
Noctis amictum πέπλον νυκτός. Pro *aëria* mallem *atheria.*

[b] obiicem dixit pro obstaculo, vt supra *obiice Mundus,* &c.

[c] libenter hoc vocabulo vtitur Auienus: Bis, terve in hoc opusculo.

[d] *Conuexa currere,* hoc est cælum. Sæpe Auienus conuexa vocat cælum. Currere cælum alibi quoque dixit, vt Græci περίχεω τὸ σάδιον.

[e] Lege *astro.*

[f] *Sed non ora cauo similis, medioq; recedens*
Ore quasi.
Comparationis notam postposuit, vt Græcus Poeta λόγοι ὥς.

[g] *Ac Borean.*

[h] melius *reparata luce.*

[i] Distingue *incendia Solis.*

[k] *labentem* melius.

[l] *nebuloso.*

[m] malim *hacq;.*

[n] melius *Sic,*

Cum ruit, oppoſita vultum caligine condit:
Omnibus his ſignis in terram defluit imber
Plurimus. Interdum tenuis prauertere nubes
Viſa deum.[a] *hac celeris ſi præſurrexerit ortum,*
Ipſeque pone ſequens radiorum luce carere
Cernatur, nimbis ingentibus arua madebunt.
At matutini ſi Phœbum[b] *in littoris acta*
Maiorem ſolito produxerit, atque per æthram
Marcenti ſimilis defluxerit extimus orbis,
Alta dehinc ſcandens minuat iubar igniferum Sol,
Pura ſerena aderunt:[c] *nanque olli gurgitis aër*
Craßior in medicum ſurgens diffuderat orbem.
Et iam ſi tenero ſuſtollens tramite cæli
Oblitum iuſti iubar attrahit, hic quoque magnis
Cum madefacta die ſub tempeſtatibus horret
Pallidus hora cadens promittet pura ſerenæ
Diſploſis etenim per apertam nubibus æthram
Ora laboranti ſimilis languentia pallet:
Et diſiectarum moles late nebularum
Indicat exuti faciem clareſcere mundi.
Quin naſcente die venturos conuenit imbres
Noſcere; cum proni procul ad confinia cæli
Deferri piceo ſpectaris nubila tractu,
Et cum declinant radij ſe partem in vtranque,
Lucis in occaſu, nox vt ferat algida rores,
Imber erit. Puras ſi Phœbus condit habenas,
Et[d] *Calpetano tranquillum gurgite lumen*
Tingat, ac in lapſu nubes ignita ſequatur,
Noxque dieſque dehinc venturi rurſus[e] *eoi*
Nimborum expertes[f] *& tempeſtatibus atris*
Durabunt. Sed cum radiis marcentibus ardor
Languet, & in tenui tenduntur acumine fruſtra
Phœbei crines, nimbos aget atra procella.
Talis & obducti cernetur forma diei,
Qualem fraternos ſubtexens Luna iugales
Lucem hebetat: ſubis hac[g] *ſuperi ſacra lumina Solis*
Inferior. mediaque[h] *inter ſtans lampadis orbe*
Arcet flammigera radium facie:[i] *aut tibi rurſum*
Cum matutinos molitur lucifer ortus,
[k] *Ebria ſanguinea ſubuoluant vellera nubes,*
Nanque grauis cælo fundetur protinus imber.
NEC *ſi Sole procul rutila inter*[l] *ſtagna morante*
Emineant radij, radios quoque craßior vmbra
Contegat, ille dies pluuiis ventoque carebit.
Quin erit imber item, ſi Solem circulus ater
Ambiat exortum: maior ſe denique nimbus
Vrgebit cælo, maior ſol a perluet[m] *imber.*

[a] *hac celeri ſi præſurrexerit ortu.*

[b] Vox *in* delenda. Acta, ἀκτή. Eſt recti caſus.

[c] —— *nanque olli gurgitis aër*
Craſſior immodicum ſurgens diffuderat orbem:
Et iam ſe tenero ſuſtollens tramite cæli
Oblitum iuſti iubar attrahit. Hic quoque magnis
Cum madefacta dies ſub tempeſtatibus horret,
Pallidus ora cadens, promittit pura ſerena
Vbique ſubintelligendus nominatiuus *Sol.*

[d] ſuprà *in vada Calpetana.* Verſu præcedenti *condat* non *condit* legendum.

[e] Suprà diximus.

[f] Fortè *ſine tempeſtatibus atris.*

[g] hoc eſt *ſuperioris.* Dixi ad Capellam.

[h] *interſtans* vno verbo.

[i] *haut.*

[k] Ita ſuprà Ebriam lanam dixit.

[l] Ita ſuprà quoque Oceanum vocat. Maro:
Emiſſamque hyemem ſenſit Neptunus, & imis
Stagna refuſa vadis.

[m] Pro coli nota comma reponendum. cohærent enim ſequentia.

Circum-

Circunfusa adeo si singula nescia solui
Seruarent tetra speciem torpentia molis.

SÆPE *etiam Phœbo nubes percussa rubescit,*
Et[a] *meditata dei formam, procul igne recepto*
Concipit effigiem, simulato luminis orbe.
Id qua parte poli spectaueris, adfore ab ipsa
Parte tene ventos: tamen hæc tamen omnia semper
Decedente die melius ventura docebunt.

CONVENIT *hic etiam paruum Præsepe notare:*
Id nubi nomen qua Cancro obuoluitur alto:[b]
Græcis docta dedit:[c] *duo propter denique Asellos*
Suspice, quorum alius Septem vicina trioni
Astra adolet, tepidum procul alter spectat in austrum.
In medio quod nube quasi concrescit adacta,
Id Præsepe vocant. porro hoc Præsepe repente
Si sese ex oculis procul[d] *auferet, ardeat autem*
Congruus[e] *aëriis late rubor ignis Asellis,*
Nequaquam tenues agitabunt stagna procellæ,
At si sideribus similis lux duret, & illi
Tetra sit effigies, cadet altis nubibus imber
Lenior, & parco mox tellus rore madebit:
Sed boreæ si parte trucis velut indiga iustæ
Stella facis, lento marcescere cernitur igne,
Et procul alterius iuba late flagrat Aselli,
Protinus[f] *Æthiopum surget connubilibus auster:*
At regione noti si[g] *lucem stella senescat,*
[h] *Signis Riphæis aquilo crepitabit ab oris.*

QVIN *& terrenis capere rebus certa frequenter*
Signa procellarum: nam cum traxere tumorem
Æquora prolixum, cum littore curua[i] *resultant*
Sponte procul. neque cæruleus colliditur æstus:
Aut cum proceris vertex in montibus vltro
Perstrepit aërium, ventos instare docebunt.

ET *cum parua fulix trepido petit arua volatu,*
Stagna sinens, longasque iterat clangore querelas,
Indicat insanis freta mox canescere ventis.
Denique cum cælo tenduntur pura serena,
Sæuitura polo sunt flamina, primus in ipsa
Mox picturati[k] *conuerrit pectoris artus*
Sturnus edax, premat vt tenues vis obuia plumas,
Et ne post tergum pateat penetrabilis euro.
LATIPEDEMQVE *anatem cernes excedere ponto*
Sæpius, & summa nebulam se tendere rupe:
Iamque super latices florum volitare senectam,
[l]*Stellarumque comas rumpi procul æthere celso,*
Decidere in terras; rutilarum spargere crines
Flammarum, &[m] *longos à tergo ducere tractus:*
Inde

[a] hoc est *amplexa.* Ita Græci vsurpant μελετᾶν. Sed vide an non legendum sit: *Atque imitata Dei formam.* Deus, vt & alibi admonuimus, Sol est.

[b] Tollenda distinctionis nota.

[c] ἀρχαϊκῶς pro *duos.* Alibi diximus.

[d] *auferat.*

[e] malim *aërij*, vt ad ignem referatur.

[f] Nescio an rectè Austrum ex Æthiopia deducat. Nam Æthiopes sunt in Orientali plaga, & in Occidentali: Non in Meridionali.

[g] *lucens.*

[h] *Ingens.* Rectè Schythiæ Boream adscribit: Idque vsitatum.

[i] *resonant.* Ita alibi:
Si matutino Fringuilla resultat ab ore.
Item: *cornix longæua resultat.*
Diximus ad Martianum.

[k] *conuertit.*

[l] *Stellarumque comas rumpi procul, æthere celso*
Decidere in terras.

[m] Virgilium imitatur de eadem re loquentem.

Inde etiam ventorum mox adfore praemanet vsus.
QVOD *si diuersis se passim partibus ignes*
Excutiant, verret pelagus sine fine modoque
Turba procellarum; si duro limite ab Euri,
Si regione Noti, si lenis parte Fauoni,
Aut de Bisthonio mundi procul axe coruscat.
S*i repetunt*[a] *veterem ranae per stagna querelam,*
Vellera si caelo volitent, si discolor Iris
Demittat gemino se fornice, circulus album
Si stellam teter velut ambiat, aequora propter
Si crepitent volucres, si gurgite saepius alto
Pectora mersentur, si crebro garrula hirundo
Stagna adeat, rutilae cum[b] *sint primordia lucis:*
Si matutinas[c] *vlulae dant carmine voces,*
Improba si cornix caput altis inserit vndis,
Flumine terga rigans, si saeuit gutture rauco,
Plurimus abruptis fundetur nubibus imber.
IMBER *erit, totis cum bucula naribus auras*
Concipit: & late pluuiis sola cuncta madebunt,
Cum proprias solers sedes formica relinquens,
Oua cauis effert penetralibus, aspera quippe
Tempestas, gelidusque dies, & frigidus aether,
[d] *Inserit internis terrarum redditus astus,*
Pectora cum curuo purgat gallinula rostro.
AGMINE *cum denso circumuolitare videtur*
Graculus, & tenui cum strident gutture corui,
Cum procera salum repetit clangore frequenti
Ardea: cum paruae defigunt spicula muscae,
Et si nocturnis ardentibus vndique testis,
[e] *Concrescunt fungi, si flammis euincet ignis*
Effluus, aut lucis substantia langueat vltro,
[f] *Conuenit instantes praenoscere protinus imbres.*
[g] *Denique cum patulum torrens Vulcanus ahenum,*
Scintillas flamma circumlabente reliquit.
SI *Notus humentis Libyco trahit aethere nubes,*
[h] *Si nimium ad montem nebularum crassus amictus*
Tendatur, summo nudentur vertice saxa:
Et quà pontus item freta per distenta quiescit,
Nubila si longo se procumbentia tractu
Diffundunt caelo,[i] *& Thetidi terrisque*[k] *supinis*
Pax aderit, nusquam mundo ruet effluus imber.
SED *cum tranquillo tenduntur crassa serena*
Sub Ioue, ventura praenoscere signa procellae
Conuenit: & rursum cum perfurit aëris horror,
Inspice quam referant terris pelagoque quietem.
Inter prima tamen paruum Praesepe notatur,
Arduus excelso quod Cancer cardine voluit.

[a] Virgilium iterum imitatur, qui ait:
Et veterem in limo ranae cecinere querelam.
Alludere vterque videtur ad fabulam quae apud Ouid. recitatur lib. VI. Met. de rusticis à Latona in ranas mutatis.

[b] malim *sunt.*

[c] ὀλολυγόνας vlulas transfert. Astipulari videtur Isidorus: *Vlula auis* ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν. Nos nostram opinionem Plinij & Aristotelis opinione confirmatam alibi attulimus.

[d] *Inserit internis terrarum redditus astus.*
Pectora cum curuo purgat gallinula rostro.
Agmine cum, &c.
Nam Paragraphus voci *Pectora* est apponendus. Monendus verò est lector Auienum multa hic vt & alibi, Aratea omisisse.

[e] *Concrescunt.*

[f] oportet: συμφέρει.

[g] Hic ponenda Paragraphi nota, & colon post *reliquit.* Sed & legendum *relinquit.*

[h] *Sint imum ad montem.*

[i] Copula haec delenda.

[k] *supina* ὕπτιος Graecè, hoc est quieta, ἀτρεμής.

Hec

Hoc, cum concretus tenuari cœperis aër,
Discutit imposita late sibi molis amictum.
Nanque sereniferi [a] *patet hoc in flabra Aquilonis,*
Cum minus & primo purgatur flamine venti
Tempore, tum [b] *propior modulatur noctua carmen,*
Tum vespertinum cornix longæua resultat,
Tum corui crepitant. & [c] *ouantia gutture rauco*
Agmina crebra vocant, tum nota cubilia læti
Succedunt pariter, tum pennis corpora plaudunt.

TVNC *& Strymonias circumuolitare repente*
Suspicies per aperta grues, vbi mitior annus
Sponte procellosum disiecerit aëra [d] *cæli.*
Tunc quoque cum stellis hebet ast lux omnibus vltro,
Nubila nec crassos circunduxere meatus,
Vt iubar occulerent flagrantibus obuia flammis:
Nec caligo inhibet rutilantis lampados ignes,
Orbe nec expleto sacra sidera Luna [e] *recondit:*
Sed iam sponte sua stellarum lumina marcent,
Conuenit hiberna prænoscere signa procellæ.
Nubila si cælo consistere, nubila ferri,
[f] *Si qua superfundi sibimet suspexeris vltro:*
Gramina si carpit semesa petacius anser:

[g] SI *nocturna tibi cornix canit, hesperus æthra*
Cum redit, innumero si cantu graculus instat,
Si matutino fringilla resultat [h] *ab ore,*
Si fugiunt volucres raptim freta turbida Nerei,
Orchilos infestus si floricomis hymenæis
[i] *Ima petit; terra si denique paruus Erithcus*
Succedit trepidæ scruposa concaua rupis;
Cecropias si pastus apis vicinus ad ipsa
Castra inhibet, florumque simul libamina mœstæ.
Proxima decerpunt: si Threiciæ per aperta
Sponte grues trepidant, [k] *nec sese audacius æthræ*
Committant, pinnis vt longos sæpe volatus
Formauere super: si soluit aranea casses,
[l] *Tenuia si toto vehit Auster* [m] *licia cælo,*
Mox tempestates, & nubila tetra cientur.

[n] QVID? *maiora canam: cinis, cinis ipse repente*
Cum coit, albenti nix terras vestit amictu,
Nix operit terras, rutilis vbi lumina prunis
Summa rubent, errantque breui caligine [o] *crassæ.*
Interius nebula, & denso iam fomes in igni
[p] *Marcescit penitus, pluuias mox arguet Austros.*

INDVIT *immodicis cum semet floribus ilex,*
(Indiga nam succi ligno natura rigenti est)
Et cum flore nouo, cum brachia glande grauantur
Vuentis cæli sub nutrimenta latenter,

[a] *patet hoc in flabra Aquilonis* Geminus,

[b] In manuscripto Germanici in quo pauci aliquot Auieni versus leguntur hinc & inde consarcinati, legitur *proprio* Lege *proprium*, vt ad *carmen* referatur.

[c] In Manuscripto melius *ouantes*.

[d] Legendum *calo*. Et ita Manuscript.

[e] Lege *retundit*. Suprà: *aciem quibus aurea Luna retundit.* Et ita hic quoque Manuscriptus.

[f] Manuscriptus rectè *Sicq;* Hyperbaton est. Sic enim hæc construenda: *si nubila ferri, superfundiq; sibimet suspexeris.* Distinguendum quoque ad hunc modum puto.

Sicq; superfundi sibimet suspexeris, vltro
Gramina si carpit semesa petacius anser,

[g] Non conuenit huic loco Paragraphi nota: Est enim διαιρεία συνεχής. Distinctio quoque post τὸ *canit* tollenda.

[h] *Ab* hic πλεονάζει. Dici enim debuerat *ore* Simpliciter, septimo (vt Grammatici volunt) casu.

[i] *Ima petit Terra, si denique paruus Erithcus*
Succedit trepidus scruposa concaua rupis,
Cecropias si pastus apes vicinus ad ipsa
Castra inhibet.
Scruposa vt Madaurensis agrum *scruposum.*

[k] —— *nec sese audacibus æthra*
Committunt pinnis.

[l] τῶν παναλείφῶν. Suprà *tenuia quippe*

[m] τὰ ἀράχνια.

[n] Versus mutilus. Suppleo:
Quid maiora canam? Cinis en, cinis ipse repente.

[o] *crassa.*

[p] *Marcessit penitus. Pluuios mox arguet Austros,*
Induit immodicis cum semet floribus ilex.
Parenthesis quoq. sequens tolli potest.

[a] Sponte operata docet. quin & lentiscus amara,
Indicium est pluuiis: ter fœtum concipit arbos,
Terque nouos genitrix fructus alit: ipsaque trino
Flore renidescens tria tempora prodit arandi.
Ter prorumpentis scillæ teres erigitur flos,
Sulcandique solum ter monstrat tempus adesse.
SIC *& crabronum rauca agmina, si volitare*
Fine sub autumni conspexeris æthere longo,
Iam vespertinus [b] primo cum commouet ortus
Vergilias pelago, dices instare procellas.
Sique sues lentæ, si lanæ sedula nutrix,
Si capra dumosis errans in saltibus, vltro
In Venerem pergat: [c] (quippe ollis vuidus aër
Excitat internum per viscera mota furorem:)
Et tempestates & nubila protinus atra
Adfore præcipies: quin & gaudebit arator,
Quique solum iustis versabit mensibus anni,
Plebe grauium prima: gaudebit tardus arator
Agmine pigrarum: sic quadam lege deorum
His comes est imber. Pecudes si denique terram
Lanigeræ fodiant, [d] caput ant tendatur in arcton,
[e] Cum madidus per marmora turbida condit
Pleiadûi occasus, cum brumæ in frigora cedit
Frugifer autumnus, ruet æthra concitus imber.
At ne perruptis terrarum dorsa lacunis
Infodiant pecudes: si vasto viscera hiatu
Discutiant terræ, veniet vis æthere toto
Dira procellarum, nix omnes vestiet agros,
Nix herbas lædet teneras, nix vret aristas.
At si contigerit plures ardere cometas,
Inualidas segetes torrebit siccior aër.
[f] Nam quæ prorumpunt natura legibus vltro
Spiramenta soli, si mstus defuit humor,
Arida per cælum surgentia desuper æthræ
Ignescunt flammis, mundique impulsa calore
Excutiunt stellas. & crebro crine rubescunt.
CONTEMPLATOR *item, si longo plurima ponto*
Agmina festinant volucrum, [g] solidamque frequentes
Succedunt terram, sterilis desæuiet æstus,
Ac sitient agri: nam quæ circunflua tellus
Adluitur pelago, coquit altam siccior aër
Cespitis arentis ventis, citiusque calores
Sentit humus [h] sic cincta salo: fugæ protinus ergo
Est auium in terras: pauet hos vt viderit æstus
Agricola, & sicco iam deflet [i] mergite culmos.
[k] Sed si tum medico producant agmina ab vndis,
[l] Nec trepido passim versant connexa volatu,
Lætitia est duris pastoribus, [m] adfore parcos

[a] *Sponte*, & *vltrò* & multa alia Auieno [illegible]. *Operata docet* Græca Phrasis: ita Virgilius: *sensit medios delapsus in hostes*. Itaque *sub nutrimenta* nunquè pro *sub nutrimentis*. Fortè tamen legendum:

Vrentis cæli sibi nutrimenta latenter
Sponte parata docet,

[b] *primo pelago* vt suprà *fert primus fluctibus Arctus*.

[c] Parenthesis hic à nobis est addita. Innumera talia tum in hoc, tum in aliis authoribus cum silentio solitus sum emendare: quod ne in aliis faciam, me non laudis cupido, sed metus temeritatis deterret. Itaque grauiora facio communis iudicij.

[d] *caput at tendatur in Arcton*,

[e] Versus hic, vt aliquot alij in Auieno, mutilus est. Forte legendum: *Cum madidus nondum*, &c.

[f] Obiter hic pauca de Cometarum ortu. Confer cum Philosophis, & Manilio.

[g] *solidam* vocat continentem, τὴν ἤπειρον.

[h] *succincta salo*: Hoc ex Plutarchi opinione est, qui ait ξηροτέρας τὰς νήσους τῶν ἠπείρων τυγχάνειν. Fortè ideò quia Insulæ sublimiores esse solent: Vnde dixit Auienus, *coquit altam siccior aër*.

[i] suprà *Tunc succisa Ceres statim cum mergite culmi*.

[k] *Sed si tum medicum producant agmen ab vndis*,

[l] *versent connexa*. *Connexa*, hoc est cælum, vt alibi ostendimus.

[m] Non cepit hic Arati mentem.

Præsumunt imbres: sic in contraria semper
Vota homines agimur, nostrique cupidine fructus
Poscimus alterius dispendia: denique & ipsa
Solers natura, & rerum genitabilis ordo,
Certa suis studiis adfixit signa futuri.
NAMQVE *& ouis cupido si gramina tondeat ore*
Insaturata cibi, decerpens [a] *latius agros,*
Pastor id indicium pluuialis frigoris edet.
Et si persultans aries lasciuius herbas
[b] *Adpetit, aut sese sustollant saltibus hœdi:*
Vel si [c] *iuge gregi cupiant hærere, nec vsquam*
Matribus abscedant, & si sine fine modoque
Pabula delibent, cum tutas vesper adire
Compellat caulas, monstrabunt adfore nimbos.
BVBVS *arator item trahit atræ signa procellæ,*
Lambere si lingua prima bos vestigia forte
Viderit, aut dextrum prosternere corpus in armum.
Vel si prolixis auras mugitibus implent,
Pascua linquentes vix vespere. dat capra moti
Rursum signa poli, cum spinis ilicis atræ
Multa inhiat. docet hæc eadem [d] *sus horrida, cœno*
Gurgitis illuuie si sæpius inuoluatur.
MARTIVS *ipse lupus villarum proxima oberrans,*
Affectansque locos hominum, lectumque laremque
Sponte petens, crasso consurgere nubila cælo
Præmonet. Id parui [e] *cum stringunt denique mures,*
Cum gestire solo, cum ludere forte videntur:
Portendit tibimet canis id præsentia multam
Tellurem fodiens. [f] *tamen hæc tamen* [g] *omnia rerum*
Adfore vel primo nimbos mox sole docebunt,
Vel cum curriculis lux ibit septa secundis,
Tertius aut verso cum venerit ortus Olympo.
NON *spernenda tibi* [h] *sint talia, sed memor vni*
Adde aliud semper: si tertia denique signa
Proueniant, firmo venturum pectore fare:
Et transactorum solers componere mensum
Signa laboribus, [i] *si sic fluxere reperta;*
[k] *Nequaquam trepidare pudor persuadeat vllos*
Astrorum lapsus, astrorum protinus ortus
Discute, si casus similes [l] *& stella per æthram*
Prodidit, [m] *exacti iam summa crepuscula mensis,*
Et surgentis item primordia, conscius artis
Fare sacræ. mensium confinia summa duorum
Cæca latent: luces hæc semper semet in octo
Inscia lunaris tendunt facis: ipse fideli
[n] *Perquires studio: & si quid tibi forte repertum,*
Pluribus indiciis solers fulcire memento.

FINIS.

[a] Forte *latius* quia Aratus lusum exprimit.

[b] *Adpetat.*

[c] Ita suprà *manus olli quippe sinistra Iuge manet.* Plautus dixit *Iugiter.*

[d] *sus horrida cæno,*

[e] alias coniecimus *cum stridunt* quod si verum est repetendum, ἐν τῷ κρινῶ *Præmonent.* Fortè *commonstrant.* Scriptum fuit antiquè *cum-mustrant.* Postcà literæ, quæ deesse videbantur iniectæ.

[f] Frequens Auieno huiusmodi repetitio: Suprà *cinis & cinis.* Item: *tamen hæc, tamen omnia semper.*

[g] malim *omnia rerum* σὺν ἀγρόμενα τεκμήραιο.

[h] malim *sunt.*

[i] *si confluxere reperta.* Ex repetitis literis error natus.

[k] *Nequaquam trepidare pudor persuadeat vllus.*

[l] *ea stella* ἀπηξεν.

[m] non rectè intellexit Aratum. Nam Aratus non dicit ex signorum concordià terminos mensium iudicandos. Sed terminos quoque obseruandos. Decepit Auienum vox ambigua φθί-ζιας.

[n] In Manuscripto Germanici in quo hic locus Auieni est assutus legitur, *Perquire studio*: Imperatiuè. Rectè: Sequitur enim *memento.* Græco autem more, quem plerumque sequitur, produxit breuem in fine vocis ob sequentes consonas, vt suprà, si vera est mea coniectura, *simile flatus.* Virgilius *Hæc tela: scandite muros.*

FINIS.

FRAGMENTVM PROGNOSTICORVM GERMANICI CÆSARIS.

ÆTHERIVM venit thalamum super imbribus atrum,
Et tonitru, crebraque abscondit grandine terras.
Temperat in Geminis annum, nec crede sereno,
Nubila nec diuturna putes cum sidere Cancri
Fons erit ardentis, tamen hoc in littore certum
Flagrantis placide lucens hic temperat annum.
Cum posuit sedem Nemeæis finibus astrum,
Virgineque & Libra, semper pendentia tantum
Nubila continua magis in statione manebunt.
Nunc quoque nulla fides cælum cum Scorpion acer
Stat super: incerta namque omnia lege feruntur.
Heu quantis terras tum Iuppiter ignibus omnes
Obruet, aut glomerata cadet quam densa per astra
Immitis grando cælo, quam sæpe sonabit,
Cum spatium attigerit tendentis singulaque ignis,
Non terris imbres, ponto non flamina deerunt,
Et cæli terret sonitus mortalia corda,
Cum sedem Ægoceri Cithereius attigit ignis.
Horridus at gelidos portendit Aquarius ignes,
Hibernæque cadunt pluuiæ, concretaque grando.
Piscibus à geminis sub prima recurrerit astra.
Hesperus, hæc tibi signa ferat, cum lucifer ora
Ingreditur Venus alma polum: sed vbi Hesperus ignes
Prouocat ætherios, & noctem ducere terris
Incipit, exoriens ecce hæc Citherea mouebit.
Vere caueto imbres, & fulmina culmine ab alto,
Phryxeum rutilo pecus irradiauerit astro
Nubila, commixtusque fragor pluuialibus vndis,
Flaminaque assiduo terris tum flantia pulsu.

E cælo diri deiecti grandinis ictus,
Vere magis nitido Tauri cum sidere fulsit.
Appota Geminis eadem constantia præstat,
Cum dederit soles, inducit nubila cælo:
Nubila cum fuerint, subitos mirabere soles:
Et modo te vento gelido, modo protinus imber
Lucens alterna superabit nube serena.
Sin leuis ingressa est spaciosi sidera Cancri,
Pacem mundus habet, non nulli corpore soles
Pestiferi incendunt, non sidera densa solutos
Astringunt artus: alieno tempore lenis
Omnia pacato tum sidere temperat aër.
Ac rapidis idem ne solibus æstuet orbis.
Efficient magni conspectu signa Leonis.
Virgine erunt pluuiæ, plerique in nube fragores,
Concaua quos reddunt incluso nubila vento.
Detrahit autumno pluuias, eademque repellit,
Nubibus assiduis; cælumque ob frigora prima,
Extremum autumni superent glacialia terræ.
Scorpios at raris ne quis caua terra grauetur,
Horrebit pluuiis: ad diros omnia nimbos,
Continuosque ruit, cum per sinuosa tenetur
Cornua Centauri rapida distincta sagitta.
Ægoceros imbres, & crebo lumine ruptos
Nubibus elidet sonitus, tremuloque nitore
Flagrantis teli mortalia numina vincent.
Hæc eadem fundens prædicit Aquarius imbrem.
Extremis sæuis maria increbrescere ventis,
Ostendunt Pisces Veneris quos stella notarit.
Et quoniam certis exstat via cognita signis,
Accipe quid moueat mundo Cyllenius ignis,
Si modo Phœbei flammas euaserit axis,
Matutina ferens solitos per sidera cursus.
Cum pecudum villis auratum fulserit astrum,

Vento-

Ventorumque graues & diræ grandinis iræ,
Non intermisso patienti tempore surgent.
Quin pluuias alias etiam in regione notabis
Affore non omni: nanque est tunc imber in aruis.
Ast vbi se Taurus sinuatis cornibus effert,
Grandine significat. Geminis tranquilla sereni
Et placidum nautis spondet cælumque fretumque,
Nubila atque imbres, æstus ac frigora miscet.
Certior ardor erit, quanuis iubet aura Fauoni,
Cum vasti calida radiabit sede Leonis.
Templa sed ætherei simul ac possederit ignis,
Omnia mixta feret, pluuias meditabitur ingens,
Vndique grando venit, rumpuntur culmina nimbis.
Centauri attigerit cum iam Cyllenius arcus,
Aut vbi consurgit Capricornus & ipse biformis,
Aut subitos cælo deducet crebrius imbres,
Fulminis aut iactu magnum perrumpit Olympum.
Nulla serenato Capricornus nubila cælo
Comparat, aut gelidos flatus, cælique fragores,
Non alio melius signo prædicere possis.
Piscibus hæc eadem quanuis cognoscere fas sit,
Quandoquidem exoritur mundo Cyllenius ignis.
Quid faceret primum modo cum lumine Solis,
Tempus & occasus moneat quoque discere Phœbi.
Ver erit hibernis totum exsecrabile nimbis,
Et crebro tonitru iunget florentia rura.
Spesque nouæ segetis quatientur grandinis ictu,
Vretur cælum, magni cum regna tonantis
Ingrediens pecudis ingreditur aurea terga,
Hinc & Agenorei stellantia cornua Tauri,
Quidue ferant Gemini, rapido quid sidere Cancer.
Si penitus quæras: Taurum sæuire videbis,
Grandine nec contra ferri ratione probanda,
Aut Cancro, aut Geminis: calidus vestigia seruat.

Hi-

Hic quo dicta Leo, sæuisque caloribus ardet.
Flatus at Geminis miscet tranquilla serenis,
Spiciferæque manu tendenti libera nutu
Dissentit diuæ: sed vt hæc ventura serena
Nunciat, & ventis cessat mare, cessat & aër.
Scorpios in pluuias rarus, sed nubibus atris
Creber agit nimbos, & sæua tonitrua portat,
Clara Sagittiferi tetigit cum lumina signi.
Ægocero semper cælo leuis excidit imber.
Frigidus at rapidis horrebit Aquarius Euris,
Brumalesque dabit pluuias, atque igne perenni
Cum sonitu quatiet nubes secura laboris,
Non frustra animum certo me limite ducat.
Hæc eadem tibi signa dabunt non irrita Pisces.

FINIS.